GRAMMATICA CRITICA
LINGUAE SANSCRITAE

AUCTORE

FRANCISCO BOPP,

DR., PROFESSORE PUBL. ORDIN., ACAD. REG. BORUSS. SOCIO ORDINARIO, INSTIT. REG. AMSTELOD. SODALI, SOCIETT. REG. ASIAT. PARIS. ET LONDIN. SOCIO.

ALTERA EMENDATA EDITIO.

BEROLINI
PROSTAT IN LIBRARIA FERDINANDI DÜMMLER.
MDCCCXXXII.

EX OFFICINA ACADEMICA.

VIRO ILLUSTRISSIMO

LIBERO BARONI GUILELMO AB HUMBOLDT

SERENISSIMI AC POTENTISSIMI REGIS BORUSSIAE MINISTRO

HUNC LIBRUM

SUMMA CUM VENERATIONE

D. D. D.

AUCTOR.

PRAEFATIO PRIORIS VERNACULO SERMONE CONFECTAE EDITIONIS.

Cum Grammaticam hanc conscribere instituerem, magnaque viderem WILKINSII et FORSTERI de lingua Sanscrita merita, facile intellexi, has litteras non tam accuratiori et copiosiori Grammaticorum indigenarum studio augeri et adjuvari posse, quam liberâ adhibitâ criticâ arte, quae rationem et leges, quibus lingua in formationibus suis sit usa, examinare et explicare studeat. Quod propositi mei consilium ita perficere sum conatus, ut, omnibus longis quaestionibus rejectis, non facile compendii fines transgrederer; quare cavebam diligenter, ne, cum singula quaeque accurate tractarem, ratio summa, a qua ista proficiscuntur omnia, negligeretur. Non potuit igitur fieri, quin ratio, quae non ea solum, quae ad intelligendos scriptores et ad facultatem scribendi quandam sunt necessaria, exhibere, sed ulterius progressa ad accuratam interni linguae organismi cognitionem studebat ducere, multum etiam faceret ad constituendam methodum, et, ut alia praetermittam, me cogeret, ut universalem casuum formationis

theoriam, tum in linguae Sanscritae prioris temporis grammaticis tum in reliquarum ejusdem stirpis linguarum compendiis adhuc desideratam proponerem. Ratio enim, qua, vel majore vel minore declinationum numero proposito, casuum theoria particulatim docetur, ad externum magis linguae usum spectat, itaque ea quae naturâ suâ proxime sunt conjuncta, et conjunctim tractata optime sese explicant, tali modo sejunguntur nimis ac divelluntur. Attamen illam in plures declinationes divisionem, quamquam abesse potuerat, ne utriusque methodi commodis carerem, tanquam utile additamentum retinui, et casuum formandorum doctrinae ita subjunxi, ut singulae declinationes locum mihi concederent ubi ea, quae recedunt a regulis universalibus, insererem; quae si universali casuum formationis theoriae addita fuissent omnia, timendum erat certe ne animum a summa re avertissent. Idem fere consilium in Verbi explicatione secutus sum; unius cujusque Temporis atque Modi formatio paucis regulis absolvitur, quae omnes Conjugationes, earumque differentiam, complectuntur, deinde vero de singulis radicum classibus eo tantum consilio seorsim agitur, ut demonstrentur ea, quae Verbis quibusdam anomalis sint propria. Doctrina de litterarum ante terminationes grammaticas mutatione, a WILKINSIO omissa, tam in universa formarum explicatione, quam hac in re potissimum magnae mihi erat utilitati; tali enim modo quam brevissime,

cuique formationi, uno tantum numero addito, quasi historia ipsius poterat apponi.

Est autem nominum formatio ea linguae Sanscritae pars, quae a Grammaticis indigenis accuratissime est tractata; quare nihil aliud in hac parte mihi reliquum erat, quam ut hanc sectionem eâ, quae a perspicuitate et integritate non abesset, brevitate comprehenderem. Cum enim in etymologia ubique omnium maxime praevaleat forma, oporteat, in cujus explicatione et definitione omnis nititur grammatica, totam statim uniuscujusque suffixi historiam enarrandam, sive omnem vim et efficaciam ejus exponendam potius, quam a notione incipiendum et de uno eodemque suffixo pluribus et longe a se remotis locis dicendum putavi. Suffixa tamen, quae Derivatorum formationi inserviunt, mihi, ut jure hac in re sequerer antecessores meos grammaticosque indigenos, sejungenda erant a nominum primitivorum suffixis, etsi utriusque classis sunt singula quaedam, quae inter se consentiant. Suffixa, vi sua et notione cognata, in rerum indice reperiuntur congesta. — Ubi nulla causa certum quendam sibi materiae ordinem poscit, evolvendo maxime idoneus esse videtur alphabeticus; hac igitur ratione usus sum in iis suffixis, quae non item atque illa, quae proxime ad Verbum pertinent, reliquis praeferri debebant. Ceterum ordo alphabeticus in lingua Sanscrita, quoniam litterae systematice divisae sunt, item est systematicus; atque suffixa,

quae vocali tantum continentur, vel a vocali incipiunt, apte in ipso initio mihi collocanda esse videbantur.

Doctrina de compositione verborum in lingua Sanscrita eo majoris est momenti, quod lexicon vel locupletissimum omnia composita, nisi forte sunt appellativa, nequit comprehendere, quoniam novis perpetuisque formationibus nulli hac in re positi sunt fines, potestque unumquodque vocabulum cum quoque fere alio conjungi, dummodo ex significatione eorum conjunctio quaedam cogitari possit. Compositorum vero in sex classes divisionem, quam Indici Grammatici statuunt, retinui, operamque dedi, ut tum singularum notionem et naturam quam accuratissime definirem, tum multis exemplis scriptorum allatis explicarem, ita ut etiam ea respicerem, quae, quamquam satis frequenter occurrunt, primo quidem adspectu ad nullam harum sex classium pertinere videntur, re vero accuratius examinatâ, ad unam earum sine haesitatione referri possunt. Quibus rebus effecisse me arbitror, ut, sive theoreticam, sive practicam rationem respicis, hanc partem melius possem exponere, quam ii qui ante me de hisce rebus scripserant, quorum in operibus haec doctrina parum mihi satis facit, quoniam hac in re magis quam in reliquis omnibus Indicorum Classicorum ratio haberi debet; quorum quidem scriptis ad alia etiam explicanda praecepta me, ut grammaticam quam integerrimam redderem, uti debuisse, demonstratum est saepius (cf. *r.* 493. et 597.).

Neque ulla, opinor, opus erit excusatione, quod equidem, recedens ab antecessoribus meis, *Visargam* ex terminationibus grammaticis quasi detruserim, positis continuo pro hoc signo iis litteris, quae certis quibusdam conditionibus ex legibus definitis in *Visargam* mutantur. Quanquam autem haec mutatio in fine etiam sententiae, h. e. ante Pausam locum habet, minime tamen e. c. Nominativum, quem Grammatica extra sententiam, i. e. extra aliorum verborum nexum proponit, tanquam in fine sententiae positum esse, necessario cogitari debet. Quodsi ad constructionem omnino non respicitur, aptissime sonus primitivus स् vel र् ponatur; discantque tirones ex euphoniae regulis, quibus locis hae litterae finales vel in *Visargam* vel alio modo commutentur; cum contra, si v. c. अग्निभः et अग्निपः scribitur, non facile perspiciatur, in priori exemplo *Visargam* secundum euphoniae legem ex र्, in posteriori ex स् esse ortam. Qua quidem in re, quantum mea ratio prioris temporis conamina superet, a perito primi hujus Grammaticae fasciculi critico nuper est comprobatum (*Journal Asiatique* t. VI.).*)

---

*) Si E. Burnoufius l. l. in doctis de *Visarga* notis non potest quin aliquatenus suspicetur, *Visargam* suapte natura certas quasdam nominum et verborum terminationes denotare posse: hanc criticam dubitationem verisimilitudinem quandam habere non nego equidem, quanquam, re accuratius examinata, *Visargae* phoneticam modo, nec vero grammaticam et etymologicam hypostasin tribuere possum. Phoneticam quidem hypostasin esse *Visargae* in grammatica mea non negatur, quoniam, sive ex euphoniae legibus pro lit-

Syntaxin linguae Sanscritae edam, glossario quod jam inceptum est, perfecto; ad juvandum enim et augendum littera-

---

tera *s*, sive pro littera *r* positum sit, nunquam pendet ex harum litterarum pronunciatione, cum in quoque loco, et in omni, quo fungitur munere, spiritum valeat, leniorem quidem illo qui ह् litterâ exprimitur; quare signo : integra phonetica hypostasis firmata est. Contra vero causam inveni nullam, cur putarim, *Visargam* grammatice non pendere ex litteris *s* et *r*. Qui hanc sententiam velit tueri, videat, ne in maximas sane incurrat difficultates, cogaturque, ex arbitraria quadam suâ definitione tria *Visargae* genera proponere; quorum unum cum antecedente *a* mutaretur in *ó*, et eo quidem loco quo alterum genus in *r* mutari deberet. Tertium denique genus illud esset, quod sub fine radicum ex litteris *s* sive *r* oritur, ut भाः, भासम्, गीः, गिरम्; quo fit, ut hoc tertium genus denuo in duas partes dividi possit. Quum igitur nemo queat dubitare, quin in Sanscrita lingua spiritus finalis quibusdam conditionibus ex *s* et *r* litteris oriatur, non minus quam in Graeca spiritus asper saepissime pro *s* primitivo ponitur; ex mea quidem sententia aptissime ita statuitur, ut *Visarga* terminationum grammaticarum, quibus proprii et primitivi spiritus finalis potestatem non tribuimus, pariter litterarum *s* et *r* mutatione explicetur, nec contra *Visarga* primitiva in *s* et *r* litteras mutetur. Quae quidem res primum, quod optime monet doctissimus E. Burnouf, cognatarum linguarum similitudine magis quoque probatur; tum vel Grammatici Indici *s* litteram, non *Visargam*, propriam Nominativi et secundae Verborum personae notam esse statuunt; denique facile, opinor, apparebit, अक्षिपस्, neque अक्षिपः primariam esse formam, quum secundae personae charactere conjunctam quodam modo esse hanc formam cum Praesentis क्षिपसि, nemo negare possit. Quodsi equidem in Nomin. sing. num. गजस् non गजः scribo, contra Indicos Grammaticos in eo tantum repugno, quod euphoniae regulam aliquam negligo, quam sequi deberem, si गजस् in nexu scripturae vel ante Pausam vel ante क्, ख्, प्, फ् litteras positum esse fingerem. Scriptores quidem sequantur hanc regulam; Grammaticae autem sit, formam Nominativi, aliasque defendere ab iis mutationibus, quas in orationis nexu, per loci in quo ponendae sunt vim et potestatem, subire debent. Quodsi statueretur, eam formam, quam verbum aliquod sub fine sententiae, itaque extra vim sequentis litterae positum, assumit, esse primariam: *Visarga* quidem forma primaria multarum grammaticarum terminationum esset; sed वित् et लप् etc. item essent formae primariae radicum, quae hosce casus obliquos formant: विदम्, विदे, लभम्, लभे etc., totumque radicum systema admodum labefactaretur, cum non concederetur, subitam orationis interruptionem in ultimam finalis verbi litteram vim habere posse. Sin vero quaeritur, quae sit causa, cur *s* sive *r* finale, certis conditionibus, in spiritum mutetur, ea certe inest in mutabilitate, depravatione et debilitatione, quibus temporum de-

rum Sanscritarum studium hoc magis syntaxi illa mihi videtur necessarium, praesertim cum WILSONI lexicon utilissimum quidem opus, quamquam tironibus multis ex causis non satis apt

---

cursu litterae finales maxime subjectae sunt. Nam *s* et *r* litterarum in debilem spiritum transitus quam proxime accedit ad integram illarum suppressionem, et mollitiae sane speciem prae se fert hac in re lingua Sanscrita, quippe quae litteras istas finales, quas cognatae Europaeae linguae in quoque loco admittunt, ante certas tantum ipsisque aptissimas litteras ferre possit. Antiquissimo autem tempore in lingua Sanscrita etiam finales *s* et *r* litteras immutabiles fuisse oportet. Nec minus perspicuus mihi quoque est *s* litterae finalis in vocalem transitus; cum enim Grammatici Indici mutationem terminationis अस् in ओ ita explicent, ut dicant, स् mutatum esse in उ, quod cum antecedente अ in ओ transeat; in eorum sententiam abire nullus dubito, cum ओ in lingua Sanscrita *a* et *u* sonorum conjunctione ortum esse satis appareat. Praeterea notatu dignissimum est, litteras sibilantes et semivocales य्, र्, ल्, व् ad debiliores pertinere consonantes litteras, quarum mutatio in vocalem idcirco est facillima; qua in re silentio non est praetereundum, quod in lingua Gallica ipsa quoque *l* littera post *a* in *u* commutat, quod cum illo *a* exhibeat vocalem *o*; unde dicitur *faux* ex *falsus*, *animaux* pro *animals* etc. Lingua Sanscrita quidem mutationem terminationis *as* in *ô* (= *a* + *u*) certis modo conditionibus, ante sonoras scilicet consonantes et अ vocalem, admittit; lingua Palica autem, quam maxime cognata Sanscritae, viam, quam ista est ingressa, ita confecit, ut sine ullo sequentis litterae respectu terminationem *as* semper in *ô* immutaret (vid. E. BURNOUFII et LASSENII librum «*Essai sur le Pali*» Paris 1826.). Quae quum ita sint, satis mihi videor demonstrasse, quam parum sit idoneum, de euphonicis *Visargae* immutationibus agere, id quod in antecessorum meorum grammaticis est factum; ea enim, quae de *Visargae* propria phonetica potestate dicenda sunt, ad regulas pronunciationis pertinent, et, ea quae sola restat difficultas, hac re continetur, quod in lingua Sanscrita, utpote jam dudum emortua, fortasse gradus fortitudinis sive debilitatis definiri non potest, quo spiritus finalis sit pronunciatus; quapropter non solum hac in re, verum etiam in ceterarum litterarum pronunciatione ipsam Indorum traditionem sequamur necesse est. Theoria autem grammatica *Visargae* per euphoniae utriusque illius litterae regulas, certis quibusdam locis in spiritum commutatae, conficitur. Hoc loco mihi adnotare etiam liceat, in prioribus Grammaticis de *Anusvârae* quoque euphonicis immutationibus disputari, quod item in mea Grammatica evitatum est, cum parum apte ex euphoniae legibus mutari dicatur littera, quâ nullum unquam vocabulum naturâ suâ terminatur, et quae eâ ipsâ de causâ nullam euphonicam mutationem potest subire; sed aut ex reg. 16. libere pro म् finali ejusque euphonicis mutationibus poni potest, itaque nasalium ङ्, ञ्, ण्,

tum, in Europa raro nunc reperiatur.*) Ceterum ad practicam Grammaticae explicationem anno sequente episodium Mahâ-Bhârati, Ardschuni reditum ex Indri coelo, una cum versione et analysi grammatica publici faciam juris. Praeterea iis, qui in discenda lingua Sanscrita praeceptoris institutione carent, prae ceteris, quo facilius introducantur in harum litterarum studium, editionem meam Nali, tum propter versionem latinam ad verbum factam, tum propter eximiam poesis virtutem et scribendi generis simplicitatem, commendandam esse arbitror.

Scr. Berolini d. X. m. Nov. a. MDCCCXXVII.

AUCTOR.

ञ् et ङ् vice fungitur; aut ex reg. 69., tanquam singularis quidam sonus, mutatio est euphonica litterae म् finalis.

*) Nuper aliud hujus generis opus est editum, ROSENII scilicet radicum collectio, quae cum hac grammatica, citatis ex ea regulis ad conjugationem spectantibus, arcte conjuncta est, et significationum Verborum accurata investigatione aptaque earum dispositione priores longe superat radicum collectiones.

PRAEFATIO HUJUS EDITIONIS.

Glossarium quod in prioris editionis praefatione promiseram, posthac edidi (Berolini 1830 apud Ferdinandum Dümmler), analysin quoque grammaticam, non quidem episodio l. c. commemorato, sed primo Nali capiti curavi accomodandam, alterique illius carminis editioni, Berolinensi, apposui. Syntaxin autem nondum absolvere potui. Ne tamen extensum hac de re opus exspectent lectores; Sanscrita enim lingua, apud antiquiores imprimis auctores, locupletissimae et perfectissimae suae Grammaticae raro transgreditur fines a natura constitutos, ita ut, qui ea repetere noluerit, quae ad generalis Grammaticae pertinent principia et eodem jure in cujusvis alius ex eadem familia linguae compendio locum habeant, paucis capitibus absolvat syntaxin sanscritam.

Quod ad rationem hujus editionis ad priorem attinet germanice scriptam, eandem conservavi regularum dispositionem, atque, ubi novas adjeci, duabus regulis per litteras *a* et *b* distinctis eundem anteposui numerum. Ceterum leges quibus formationes grammaticae nituntur altius explorare, flexio-

numque descriptionem tum concisiorem tum faciliorem reddere studui. Maximi adjumenti hac in re mihi fuit casuum in *fortes* et *debiles* divisio, formarumque Verborum in *puras* et *auctas*, terminationumque personalium in *graves* et *leves* sejunctio, unde pendet, id quod *r.* 300[a]). explicavi, sive *gunatarum,* ut hoc verbo utar, sive non *gunatarum* formarum usus, eadem prorsus ratione, atque in Gallica lingua dicitur e. c. „*je viens*" adjecto quodam *Gunae* incremento, vocali scilicet *i* insertâ, quum in Plurali „*nous venons*" propter graviorem ejus terminationem, pura restituatur radicis forma.

Post priorem hujus editionis fasciculum (usque ad *r.* 491.) in lucem editum cognatae Zendicae linguae operam navavi, et saepius iis perquisitis partibus, quas Parisiis et Hamburgi curarunt Viri clarissimi E. BURNOUF et OLSHAUSEN, notatu dignissimas deprehendi formas, quae vel ad firmandas vel illustrandas vel corrigendas theorias in hoc libro propositas maximi mihi videbantur esse momenti. De quibus rebus rationem reddidi in Addendis, ubi etiam varias formas, quae *Vêdorum* propriae sunt, antiquiores et perfectiores commemoravi, easque explicare studui.

Scr. Berolini d. XXX. m. Martii a. MDCCCXXXII.

AUCTOR.

GRAMMATICA CRITICA
LINGUAE SANSCRITAE.

LITTERARUM SCRIPTURA ATQUE PRONUNCIATIO.

1. In systematico sanscritarum litterarum ordine vocales a consonantibus separantur, primum tenentes locum; numero sunt quattuordecim, scilicet decem simplices et quattuor compositae vel diphthongi. Inter simplices quinque sunt breves totidemque longae, ita ut quaevis brevis sibi respondentem habeat longam vocalem. Consonantes litterae secundum organa, quibus pronunciantur, in quinque ordines rediguntur; quibus sextus et septimus additur ordo, quorum prior semivocales complectitur, posterior sibilantes, ह (*h*), et litteram quandam, quae *lr* sonum indicat, sed in *Vêdis* tantum invenitur. Totus consonantium numerus est quattuor et triginta.

Annot. Vulgo adduntur vocalibus duo signa, scilicet *Anusvâra* et *Visarga*, quorum prius ex puncto (·) consistit, quod in syllabae fine nasalem sonum indicat, de quo fusius in *r.* 15. et 16. agitur. Posterius e duobus punctis (:) consistit, spiritumque indicat, qui certis legibus pro euphonica स et र (*s, r*) consonantium mutatione, nunquam vero ह (*h*) litterae loco ponitur. Haec quidem duo signa, quanquam consonantium potius quam vocalium habent naturam, a grammaticis indicis ideo inter vocales referuntur, et speciminis causa अ vocali adscribuntur (अं, अः), quia in syllabarum fine solum occurrunt, nunquam vero syllabam incipere vel consonantem sequi possunt. Syllabae autem, ex Indorum sententia, omnes in vocalem desinunt litteram, quae sono nasili tantum, *Anusvârae* signo expresso, vel leni,

quam *Visarga* exprimit, aspiratione affici potest. Sunt Grammatici, qui consonantibus etiam क्ष litter ꞏ annumerant, quae vero ad compositas pertinet litteras, nam क et ष litterarum est conjunctio.

SANSCRITORUM SIGNORUM FORMA ATQUE SIGNIFICATIO.

VOCALES.*)

Simplices: अ *a*, आ *â*; इ *i*, ई *î*; उ *u*, ऊ *û*; ऋ *ri*, ॠ *rî*; ऌ *lri*, ॡ *lrî*.
Diphthongi: ए *ê*, ऐ *ai*; ओ *ô*, औ *au*.

ANUSVARA ET VISARGA.

ं, (ँ v. *r.* 17.) *ng*; ः, ᳵ *h***).

CONSONANTES.

1mus ordo,	Gutturales	क *ka*,	ख *kha*;	ग *ga*,	घ *gha*;	ङ *nga*.
2us ordo,	Palatinae	च *tscha*,	छ *tschha*;	ज *dscha*,	झ *dschha*;	ञ *na*.
3us ordo,	Linguales	ट *ta*,	ठ *tha*;	ड *da*,	ढ *dha*;	ण *na*.
4us ordo,	Dentales	त *ta*,	थ *tha*;	द *da*,	ध *dha*;	न *na*.
5us ordo,	Labiales	प *pa*,	फ *pha*;	ब *ba*,	भ *bha*;	म *ma*.
6us ordo,	Semivocales	य *ya*,	र *ra*,	ल *la*,	व *va*.	
7mus ordo,	Sibilantes	श *sa*,	ष *scha*,	स *sa*,	ह *ha*,	ळ *lra*.

NUMERORUM SIGNA.

१ 1, २ 2, ३ 3, ४ 4, ५ 5, ६ 6, ७ 7, ८ 8, ९ 9, ० 0.

Annot. ओ et औ diphthongi etiam ओ et औ scribuntur. Sunt quoque variantes formae ad exprimendas litteras अ (cum iis in quibus अ signum contentum est) ए, ऐ, झ, ण, भ, scilicet:

अ	ए	ऐ	झ	ण	भ	भ
a	*ê*	*ai*	*dschh*	*n*	*bh*	*bh.*

*) Longas vocales una cum *e* et *o* diphthongis circumflexi signo soleo notare.

**) De *Anusvârae* usu atque positione vide *r.* 15. 16. et 17.

MEDIA ATQUE FINALIA VOCALIUM SIGNA.

2. Vocalium formae supra depictae in vocabulorum initio tantum ponuntur; in eorum medio et fine autem *a* breve (अ) non scribitur, sed quaevis consonans littera, quae non alia quapiam vocali aut ् signo (vid. *r.* 6.) conjungatur, cum *a* brevi pronunciatur e. c. अक lege *aka*, neque *ak*, quae quidem posterior syllaba अक् scribenda est. Reliquae vero vocales sequentibus signis supplentur, quorum unum, scilicet *i* breve (ि), consonanti litterae, post quam pronunciandum est, praeponitur, veluti कि (*ki*). Quattuor signa consonantibus postponuntur, scilicet ा *â*, ी *î*, ो *ô*, ौ *au**); e. c. का *kâ*, की *kî*, को *kô*, कौ *kau*. Sex signa consonantibus subscribuntur, scilicet ु *u*, ू *û*, ृ *ri*, ॄ *rî*, ॢ *lri*, ॣ *lrî*; uti कु *ku*, कू *kû*, कृ *kri*, कॄ *krî*, कॢ *klri*, कॣ *klrî*. Duo signa supra consonantes ponuntur, scilicet े *ê*, et ै *ai*, e. c. के *kê*, कै *kai*. Quae quidem omnia quo facilius possint conspici, initiales atque finales vocales, ex earum ordine, cum क consonante conjunctas, adscribimus.

अक आका इकि ईकी उकु ऊकू ऋकृ ॠकॄ ऌकॢ ॡकॣ
aka âkâ, iki îkî, uku ûkû, rikri rîkrî, lriklri lrîklrî,

एके ऐकै ओको औकौ
êkê, aikai, ôkô, aukau.

3. Sunt consonantes litterae, quae parvam formae subeunt mutationem, si cum quibusdam vocalium signis conjunguntur. Dentalis *d* littera (द) linguali *t* (ट) similis est, ubi cum ु, ू, ृ, vocalibus componitur, quibuscum scribitur दु *du*, दू *dû*, दृ *dri*. र cum ु scribitur रु *ru*, et cum ू रू *rû*. ह cum ु compositum scribitur हु *hu*, cum ू हू *hû*, cum ृ हृ. श littera, ubi vocalibus vel quietis signo (्) instruitur, plerumque hanc assumit formam (श).

---

*) Dua haec signa, quorum prius ex े *ê* et ा *â*, alterum ex ै *ai* et ा *â* conflatum est, scribuntur quoque ो, ौ.

LITTERARUM NOMEN.

4. Propria sanscritae linguae scriptura देवनागरी (*Dêvanâgarî*) *Deorum scriptura* nominatur. Scribitur tamen etiam Bengalicis, Tamulicis aliisque litteris. Ad singulas autem nominandas litteras, कार vox, *qui facit* significans, cum singularum litterarum sono ab Indis conjungitur, veluti अकार *a-kâra*, इकार *i-kâra*. Consonantes semper cum *a* vocali pronunciantur, et syllabae hac vocali formatae कार *kâra* vocabulum additur; e. c. ककार *ka-kâra*, गकार *ga-kâra* (v. *r.* 2.).

SINGULARIA QUAEDAM SIGNA.

5. (ऽ) Hoc signum apostrophi locum tenet, ubi अ in initio vocabuli post ए aut ओ eliditur; e. c. ते ऽभवन् (*tê 'bhavan*) *illi fuerunt*, pro अभवन्.

Annot. Immerito adhibetur hoc signum, ubi (secundum *r.* 35.) duo convenientes *A*-vocalis soni in unum coalescunt; ita in *Dêvî-Mâhâtmyae*, *Mârkhandêya-Purânae* episodii, editione Calcuttensi legitur चचारा ऽसुरसैन्येषु (II, 52.). Quae quidem scriptura eam ob causam falsa est, quia in आ longo, चचारा vocabuli, initialis sequentis vocis vocalis jam est contenta, ideoque ऽ signo non amplius potest suppleri, nisi hujus signi potestatem et usum ita extendere volumus, ut tum vocalium elisarum, tum earum, quae cum praecedente vocali coaluerunt, locum teneat, et non solum pro अ, sed pro omnibus aliis in vocum initio vocalibus ponatur. Ego tamen praetulerim, ऽ signum intra proprium suum in *r.* 5. explicatum usum coercere, pro omnibus vero vocalibus initialibus, ubi cum praecedente coalescunt vocali, aliud inducere signum, de quo fusius in *r.* 30[b]. agitur.

6. (्) Hoc signum, quod Indi विराम i. e. *quies* nominant, quietis signum appellare placet. Sub consonantibus ponitur, ut *a* breve (अ) abesse indicet, quod secundum *r.* 2. in quavis consonante vocalis experte contentum est; e. c. महत् (*mahat*) *magnus*, sine quietis signo *mahata* legendum esset.

7. (ॅ, ्र) Haec duo signa र् consonantis locum tenent; prius super consonante ponitur, ante quam, posterius sub consonante ponitur post quam legendum est; e. c. कर्मन् (*karman*) *factum*, क्रतु (*kratu*) *sacrificium*. Si consonanti, ante quam र् legendum est, vocalis vel *Anusvârae* signum, vel ambo imposita sunt, ॅ signum eis postponitur; e. c. सर्वेन्द्रियाणि vel सर्वेंद्रियाणि (*sarvêndriyâni*) *omnes sensus*, सर्वं (*sarvam*) *omne*. Etiam *i* longi (ी) signo, ॅ postponitur, quanquam ante ipsum pronunciatur; e. c. कर्त्री (*kartrî*) *effectrix*; ो et ौ in medio ponunt signum ॅ; e. c. सर्वो (*sarvô*) *quisque*, सर्पौ (*sarpau*) *duo angues*.

8. (।) Tanquam separationis signum in versus fine*), et in oratione soluta, in periodi fine ponitur. In strophae fine autem repetitur (॥).

COMPOSITAE CONSONANTES.

9. Quodsi duae vel plures consonantes conveniunt, plerumque inter se conjunguntur, contra regulam 6, secundum quam sub consonantibus vocali destitutis quietis signum ponendum est. Ita scribitur मत्स्य (*matsya*) *piscis*, consonantibus त, स, य conjunctis, pro मत्स्य, quod quidem posterius scribendi genus prorsus inusitatum est. In omnibus consonantibus conjungendis duae potissimum discernuntur rationes: consonantes conjungendae aut juxta sese aut sub sese ponuntur. Prior ubi adhibetur ratio, ultima tantum conjunctarum litterarum integram retinet formam, litterae autem ipsi praepositae perpendicularem lineam abjiciunt, quae plurimis consonantibus ad dextrum latus est; e. c. e त formatur त्, e न — न्, e स — स्. Hac ratione मत्स्य vocabuli scribendi genus intelligitur. Eae autem conso-

---

*) vel distichi, secundam metricam Indorum rationem, secundum quam quivis versus, propter mediam ipsius caesuram, distichon habetur.

nantes, quae perpendiculari linea non finiuntur, hac, modo dicta ratione cum sequente littera non possunt componi; quapropter aut secundum alteram rationem, qua posterior priori subscribitur litterae, conjunguntur, veluti ह्व e ह + व; aut duae sese excipientes consonantes parva formae mutatione contrahuntur, e. c. ह्म *h-ma*, ह्य *h-ya*, e ह + म et ह + य. Litterae, quae in perpendicularem lineam desinunt, utraque ratione cum sequente littera possunt componi, ubi tamen posterioris litterae forma et scribendi usus solent decernere; ita e. c. च्च neque च्च scribitur, quia च cum sequente च non apte componi potest; apte vero conjungitur च consonans cum छ ponendo च ante छ (च्छ).

Duae sunt compositae litterae, usu admodum frequentatae, quae, quoniam conjunctionis partes non possunt discerni, simplicis litterae prae se ferunt speciem, क्ष dico et ज्ञ, quarum prior ex क् et ष् (*k*, *sch*) posterior e ज् et ञ् (*dsch*, *n*) conflata est.

Jam in tironum gratiam sequentes compositas litteras adscribimus, quae tamen maximam partem pro singulis ipsarum partibus facile possunt cognosci.

कक, क्क *k-ka*, कख, क्ख *k-kha*, क्च *k-tscha*, क्त *k-ta*, क्त्य *k-t-ya*, क्त्र *k-t-ra*, क्त्र्य *k-t-r-ya*, क्त्व *k-t-va*, क्न *k-na*, क्न्य *k-n-ya*, क्म *k-ma*, क्य *k-ya*, क्र *k-ra*, क्र्य *k-r-ya*, क्ल *k-la*, क्व *k-va*, क्ष *k-scha*.

ख्न *kh-na*, ख्य *kh-ya*, ख्र *kh-ra*, ख्व *kh-va*.

ग्ग *g-ga*, ग्न (ग्न) *g-na*, ग्र *g-ra*.

घ्न *gh-na*, घ्न्य *gh-n-ya*, घ्य *gh-ya*, घ्र *gh-ra*, घ्ल *gh-la*.

ङ्क *ng-ka*, ङ्क्ष *ng-k-scha*, ङ्ग *ng-ga*, ङ्घ *ng-gha*, ङ्म *ng-ma*.

च्च *tsch-tscha*, च्छ *tsch-tschha*, च्ञ *tsch-na*.

छ्म *tschh-ma*, छ्य *tschh-ya*, छ्र *tschh-ra*.

ज्ज *dsch-dscha*, ज्ञ (ज्‌ञ) *dsch-na*, ज्र *dsch-ra.*

ञ्च *n-tscha*, ञ्ज *n-dscha*, ञ्छ *n-tschha.*

ट्ट *t-ta*, ट्म *t-ma*, ट्य *t-ya*, ट्र *t-ra*, ट्व *t-va.*

ठ्म *th-ma*, ठ्य *th-ya*, ठ्र *th-ra*, ठ्व *th-va.*

ड्ग *d-ga*, ड्ड *d-da*, ड्म *d-ma*, ड्य *d-ya*, ड्र *d-ra*, ड्व *d-va.*

ढ्म *dh-ma*, ढ्य *dh-ya*, ढ्र *dh-ra*, ढ्व *dh-va.*

ण्ट *n-ta*, ण्ण *n-na.*

त्त *t-ta*, त्त्र *t-t-ra*, त्त्व *t-t-va*, त्थ *t-tha*, त्न *t-na*, त्र *t-ra*, त्व *t-va.*

थ्न *th-na*, थ्य *th-ya.*

द्ग *d-ga*, द्ग्य *d-g-ya*, द्ग्र *d-g-ra*, द्घ *d-gha*, द्घ्र *d-gh-ra*, द्द *d-da*, द्द्र *d-d-ra*, द्द्व *d-d-va*, द्ध (द्ध) *d-dha*, द्ध्न *d-dh-na*, द्ध्य *d-dh-ya*, द्न *d-na*, द्ब *d-ba*, द्ब्र *d-b-ra*, द्भ (द्भ) *d-bha*, द्भ्य *d-bh-ya*, द्भ्र *d-bh-ra*, द्म *d-ma*, द्य *d-ya*, द्र (द्र) *d-ra*, द्र्य *d-r-ya*, द्व *d-va*, द्व्य *d-v-ya*, द्व्र *d-v-ra.*

ध्न *dh-na*, ध्य *dh-ya*, ध्र *dh-ra*, ध्व *dh-va.*

न्त *n-ta*, न्त्र *n-t-ra*, न्न *n-na*, न्य *n-ya.*

प्त *p-ta*, प्न *p-na*, प्म *p-ma*, प्र *p-ra*, प्ल *p-la*, प्व *p-va.*

ब्द *b-da*, ब्र *b-ra.*

भ्य *bh-ya*, भ्र *bh-ra.*

म्न *m-na*, म्य *m-ya*, म्र *m-ra*, म्ल *m-la.*

य्य *y-ya*, य्व *y-va.*

र्त *r-ta*, र्य *r-ya* (v. *r.* 7.).

ल्न *l-na*, ल्य *l-ya*, ल्ल *l-la.*

व्य *v-ya*, व्र *v-ra*.

श्च *s-tscha*, श्न *s-na*, श्य *s-ya*, श्र *s-ra*, श्ल (श्ल) *s-la*, श्व *s-va*.

ष्ट *sch-ta*, ष्ट्य *sch-t-ya*, ष्ट्र *sch-t-ra*, ष्ट्व *sch-t-va*, ष्ठ *sch-tha*, ष्ठ्य *sch-th-ya*, ष्ठ्व *sch-th-va*, ष्ण *sch-na*, ष्य *sch-ya*, ष्व *sch-va*.

स्त *s-ta*, स्त्र *s-t-ra*, स्न *s-na*, स्र *s-ra*, स्ल *s-la*.

ह्ण *h-na*, ह्न *h-na*, ह्म *h-ma*, ह्य *h-ya*, ह्र *h-ra*, ह्ल *h-la*, ह्व *h-va*, ह्व्य *h-v-ya*.

SINGULARIA PRONUNCIATIONIS PRAECEPTA.

VOCALES.

10. अ non modo *a* brevis sonum indicat, sed etiam *e* et *o* brevium vocalium. Cum vero sanscrita lingua jam dudum emortua est, vix ullus unquam pro certo poterit definire, haec brevis vocalis, ubi *a*, ubi *e*, ubi denique *o* sono fuerit pronunciata. Grammatici autem statuunt, hanc vocalem in vocabuli initio *a*, in medio *o*, et in fine *e* sonum reddere. Tanquam negativa particula vero, et ante duas consonantes litteras, अ vocalis ad *a* longae (आ) sonum admodum accedere dicitur.

11. आ, इ, ई, उ, ऊ. Hae vocales semper uti in *r*. 1. indicatum est pronunciantur.

12. ऋ, ॠ. Prius signum *r* consonantis cum *i* brevi conjunctae sonum reddit; ita tamen ut *i* vocalis vix audiatur, veluti in anglico vocabulo *merrily*. Qua de re apparet, cur ऋ littera a Grammaticis indicis vocalis sit habita, atque ab *r* consonante, quae cum brevi *i* conjungitur (रि) accurate distincta. Quae vero huic respondet ॠ longa vocalis, uti *ree* in anglico vocabulo *reed*, i. e. uti *r* consonans cum *i* longo conjuncta, e Careyi sententia legenda est; itaque a र consonante,

quam ई sequitur, non potest discerni. Multo autem rarius invenitur quam ऋ vocalis.

13. ऌ, ॡ vocales uti *lri* et *lrî* pronunciari dicuntur, ideoque pro ल littera, cum ऋ et ॠ vocalibus conjuncta apte possunt haberi, id quod et ipsa earum forma dilucide demonstrat. ऌ in rarissimo tantum vocabulo क्लृप्त (*factus*) invenitur, a radice क्लृप्, quae in plurimis derivatis formis transit in कल्प्, atque in participio etiam modo dicto saepius कल्पित format quam क्लृप्त.

14. ए, ऐ, ओ, औ. ए uti *e* longum, aut ex Wilkinsii sententia, uti *e* in anglica voce where pronunciatur. Diphthongus habetur, quia ex अ et इ coalitum putatur; quae quidem ambae vocales, perinde atque ipsarum longae, ubi conveniunt, in ए transeunt. Memineris *ai* francogallici pronunciationis. ऐ uti *ai* in germanico vocabulo *Kaiser* profertur. ओ semper *o* longi sonum reddit, et diphthongus habetur, quia ex अ cum उ conflatum putatur; quae quidem ambae vocales, aeque atque ipsarum longae, ubi conveniunt, semper in ओ transeunt. Memineris *au* francogallici pronunciationis. औ uti *au* in germanicis vocibus *Raum*, *Baum* aliisque, vel uti Anglorum *ow* in *brown* profertur.

ANUSVARA.

15. *Anusvâra* (अनुस्वार *m.**)) signum, supra litteram, post quam pronunciandum est, ponitur, uti अं *am*, कं *kam*. Necessaria autem et vicaria *Anusvâra* potest statui. Prior vim quandam propriam propriamque habet pronunciationem, quae a reliquarum quinque nasalium (ङ, ञ, ण, न, म) sono diversa atque aliena est. In medio vocis ante sibilantes et ह litteram ponitur, e. c. दंशित, दंश, हंस, सिंह; et ante has litteras a nulla quinque nasalium potest suppleri. In voca-

---

*) Hoc vocabulum, ex अनु *post* et स्वार *sonus* compositum, sonum sequentem significat.

buli fine tanquam euphonica म् litterae mutatio item ante sibilantes et ह litteram, et praeterea ante य, र, ल semivocales, et pro arbitrio etiam ante व् (cf. *r.* 69. et 70.) ponitur. Quod ad necessariae *Anusvârae* pronunciationem attinet, similis videtur fuisse, obscuri, naribusque prolati *n* sono, uti Francogallorum *n* in syllabae fine, quem ipsum sonum in peregrinis linguis *ng* litteris indicare consuevimus. Similiter in arabica lingua *n* ante quasdam litteras sonat, quae omnes comprehendunt sibilantes (ث, ذ, ز, س, ش, ص, ض), cf. de SACY *Gram. arabe* tom. I. pag. 23.*) In obscuro autem *Anusvârae* sono rationem video, cur nullâ propriâ litterâ sed quodam signo tantum indicetur, quod supra vocales vel consonantes ponitur litteras, quibus ऋ inhaeret.

ANNOT. Vituperanda est Grammaticorum inconstantia, qui radices, veluti दंश्, भ्रंश्, शंस्, स्रंस्, तृंह्, aliasque, neglecta lege modo praescripta, cum dentali *n* (न्) littera scribunt, quanquam in derivatis harum radicum formis semper *Anusvârae* signum adhibent. Qua quidem in re WILSONIUS magis sibi constat, qui in radicibus etiam *Anusvâram* adhibet, WILKINSIUS in aliis ponit, in aliis negligit.

16. Vicaria *Anusvâra* nullam propriam atque a reliquis quinque nasalibus (ङ्, ञ्, ण्, न्, म्) diversam habet pronunciationem; sed semper ejus litterae sonum reddit, cujus loco, scripturae compendii causa, adhibita est. In fine vocabuli antem, hoc signum pro म् tantum littera euphonicisque ejus mutationibus potest poni, ita, ut ङ, ञ, ण vel न litterarum vice ibi tantum fungatur, ubi hae ipsae, euphoniae causa ex म् primitivo sunt formatae. Ita e.c. pro तम् *hunc*, *eum*, *illum*, scribi potest तं, quae ipsa scriptura, mutata pronunciatione, iis in locis etiam retineri licita est, in quibus तम् secundum sequentis lit-

---

*) Quae quidem sententia bengalicae linguae pronunciatione vehementer confirmatur, ubi quovis loco *Anusvâra ng* sonum reddit, et, quod HAUGHTON docet, perfortis nasalis littera est. Vid. Gram. beng. pag. 7.

terae organum in तङ्, तञ्, तण् vel तन् debet transformari; e. c. तं करम् *hanc manum* pro तङ् करम् scribi potest, तं चन्द्रम् pro तञ् चन्द्रम् *hanc lunam*, तं डामरम् pro तण् डामरम् *hunc tumultum*, तं दन्तम् pro तन् दन्तम् *hunc dentem*. Nunquam vero in vocabuli fine *Anusvâra* न् primitivi loco ponitur*), neque, ut exemplo utar, अभवं pro अभवन् (*abhavan*) *fuerunt* scribi potest, quanquam अभवं तत्र pro अभवन् तत्र *fui illic*, quod vocabulorum अभवम् तत्र euphonica mutatio est (vid. *r.* 68.), recte scribitur. Vicariae igitur *Anusvârae* in fine vocabuli usus — quanquam necessariae theoriam atque naturam obscurat — ad ambiguitatem evitandam inservit, quia म् litterae in न् mutatione Accusativus fem. sing. speciem Accusativi masc. plur., et prima pers. sing. Augmentati Praeteriti speciem tertiae pers. plur. ejusdem temporis assumunt**).

In medio vocabuli *Anusvâra* pro quavis nasali littera potest scribi, veluti अंग pro अङ्ग, पंच pro पञ्च, दंड pro दण्ड, दंत pro दन्त, स्थंभ pro स्थम्भ. Quoniam autem in his exemplis *Anusvârae* usus nulli ambiguitati evitandae inservit, et insuper sine necessitate necessariae *Anusvârae* naturam obscurat, in medio vocabuli *Anusvârae* usus iis finibus circumscribendus est, ut nunquam ponatur, nisi ubi secundum *r.* 15. necessaria atque propria est***).

---

*) ङ्, ञ् et ण्, nisi euphonice pro म् primitivo positae, fere nunquam in vocabuli fine inveniuntur.

**) Ut exemplis haec illustrem तान् ददर्श significat *eam vidit*, si तान् secundum *r.*68. pro ताम् ponitur, et *eos vidit*, si न् littera तान् vocabuli, non म् loco, sed pro se ipsa posita est. Sed तां ददर्श scriptura primo obtutu pro Accusativo fem. sing. cognoscitur, et quod ad pronunciationem attinet, तां ante ददर्श item atque तान् sonat.

***) In Calcuttensibus etiam editionibus, quae ab indigenis sunt curatae, *Anusvârae* signum cum in medio tum in fine vocum, in iis tantum locis invenitur, in quibus regula 15. praescriptum est, propriamque habet pronunciationem.

17. Altera Anusvarae forma haec est ँ, quae adhibetur, si secundum *r.* 66. et 70. न् vel म् finale, sequenti य्, ल् vel व् semivocali assimilatur, ubi *Anusvâra* non pronunciatur sed nasalem finalis semivocalis originem indicat, veluti पक्षाँल् लुनाति (*pakschâl lunâti*) pro पक्षान् लुनाति *alas resecat* (*r.* 66.) कँय् युवानम् (*kay yuvânam*) *quem juvenem?* pro कम् युवानम्. Signum ँ etiam eo loco adhibetur, quo secundum *r.* 65. vocabulum in न litteram finiens cum sequente voce, sibilante littera inserta, contrahitur, ubi nasalis secundum *r.* 15. *Anusvâra* exprimenda est; attamen hoc loco (ं) signum usitatius est, quam ँ; e.c. आसंस्तत्र vel आसँस्तत्र (*âsangstatra*) *fuerunt illic* pro आसन् तत्र.

VISARGA.

18. *Visarga* (ः) leniorem ac ह littera exprimit aspirationem, certisque legibus tanquam euphonica स et र litterarum (nunquam ह litterae) mutatio, sed in syllabae tantum fine ponitur, e.c. यशः pro यशस् *gloria*, दुःख pro दुर्ख *dolor*. Non vero ulla radicalis syllaba vel vocum flexio primitive in *Visargam* exit. Altera *Visargae* forma ᳵ est, quae proprie ante क et ख litteras poni, et linguae radice proferri jubetur; (ः) signum vero ante प, फ consonantes et ante pausam adhiberi, palatoque pronunciari praecipitur. Attamen (ः) forma tantum usu recepta est, et ᳵ signum in codicibus manuscriptis raro invenitur.

CONSONANTES.

19. क, ग, च, ज, त, द, प, ब. Hae litterae semper pronunciantur, uti *r.* 1. praescriptum est. च् Anglorum *ch*, et ज् eorundem *j* litterae respondet. Quae quidem ambae litterae, perinde atque respondentes ipsis aspiratae, nisi ex euphonica त, थ, द, ध litterarum mutatione ortae sunt (vid. *r.* 61.), in fine vocabuli adhiberi non possunt.

20. ट, ड. Hae consonantes singulare quoddam *t* et *d* litterarum genus, Indorum organi proprium significant. Pronunciantur autem linguae mucrone intus valde recurvato ad palatumque posito, quo fuscus sonus, veluti e capite profertur; hanc ob causam indici Grammatici hunc ordinem मूर्द्धन्य (*mûrddhanya*) nominant, a मूर्द्धन् *caput*. Halhed, quem Wilkins auctorem secutus est, *Cerebrals* nomen induxit; ego tamen cum Carey et Yates hunc ordinem lingualem nominare praefero.

21. य, र, ल, व. य semper uti Germanorum *j* et Anglorum *y* in voce *year* pronunciatur et palatino ordini annumeratur. ल dentali ordini adscribitur, semperque uti *l* pronunciatur. व pro dentali-labiali littera habetur, ita, ut neque ad dentalem neque ad labialem ordinem prorsus pertineat. Labialis tamen ordo magis sibi vindicare videtur hanc litteram, propter propinquam ejus cum ब littera cognationem. Profertur autem uti Germanorum *w* et Gallorum *v*, post consonantem vero, veluti in voce त्वम् *tu*, Anglorum *w* litterae, magis ad *u* vocalem accedenti, similior est.

22. श, ष, स, ह, ळ. श ut *s* leniter aspirata legitur, palatinoque ordini annumeratur; ष uti Germanorum *sch* et Anglorum *sh* profertur, idemque ad lingualem ordinem pertinet; स ad dentalem ordinem pertinet atque vulgaris *s* sonum reddit. ह semper uti *h* pronunciatur et gutturali ordini annumeratur. In vocabuli fine nunquam ponitur (vid. *r*. 81.). ळ in *Vêdis* tantum invenitur, atque *lr* litterarum sonum dicitur reddere.

ASPIRATAE LITTERAE.

23. Quaevis aspirata accurate sicut ipsius tenuis, adjecto clare distincto *h* sono, pronunciatur. Itaque e. c. ख littera non uti Germanorum *ch*, फ non uti *f*, neque थ uti Anglorum *th* pronuncianda est, sed,

ex Colebrookii sententia, ख uti *kh* in *inkhorn* vocabulo, फ uti *ph* in *haphazard*, et थ uti *th* in *nut-hook* voce leguntur. Eadem lex in reliquis aspiratis observanda est.

NASALES LITTERAE.

24. In omnibus linguis *n* litterae pronunciatio ex organo sequentis consonantis definitur. In germanica lingua *n* litteram in *Enge* vocabulo aliter atque in *Ende* voce proferimus. Sanscrita lingua pro acuratis *n* litterae discriminibus peculiares adhibet litteras. — ङ in medio vocis ante Gutturales (क, ख, ग, घ) tantum ponitur, et uti *ng* pronunciari dicitur. Equidem tamen non crediderim, e. c. अङ्ग accurate *ang-ga* legendum esse, sed verisimiliter hic ङ litterae pronunciatio ad ग् sequens tantum adaptatur; uti nos in germanico *Enge* vocabulo, non duplex *g* proferimus, sed *n* sonum *g* sequenti aptum reddimus. Nullo autem modo, ut equidem opinor, अङ्क vocabulum, uti *ang-ka* pronunciari potest, quoniam in sanscrita lingua *g* littera nunquam ante *k* consonantem profertur, sed in eam ipsam transit. Statuendum igitur est, अङ्क uti *ank-ka* pronunciari, aut concedendum, gutturalem litteram, quae per ङ् indicatur, tam incertam esse, ut tanquam inter *k* et *g* litteras teneat medium. In vocis fine ङ्, nisi tanquam euphonica न् litterae mutatio, raro tantum invenitur, et forsitan solum in paucis Nominativis et Vocativis, qui प्राङ्, अर्वाङ् aliorumque similium vocabulorum sequuntur analogiam (vid. *r.* 197-201.). Verisimiliter ङ् finale his in vocabulis uti Anglorum *ng*, v. c. in *song* pronunciandum est, ubi *g* vix auditur. In vocabuli initio ङ् nunquam invenitur. Grammatici tamen ङु radicem referunt, quam *sonare* dicunt significare, ab eademque ङ substantivum ducunt, quod praeter alia *Sivae* Dei nomen est (vid. annot. ad *r.* 25.). Vix autem fieri potest, ut in hoc vocabulo ङ uti *ng* pronuncietur, quia vix ullum vocabulum a *ng* potest incipi.

25. ञ् in medio vocabulorum ante **palatinas** tantummodo litteras ponitur. Etiam sicut *ng*, lenius tamen quam ङ littera, pronunciari dicitur, ita ut *g* minus audiatur. Et dure sane sonaret, si ञ् e.c. in पञ्च *quinque* vocabulo, cum *g* clare distincto uti *pangtscha* pronunciaretur. Latinis ergo litteris *pantscha* quam *pangtscha* scribere maluerim. Post च et ज litteras, ubi plerumque euphonica न nasalis mutatio est, uti *ny* (germanice *nj*) aut uti Francogallorum *gn* in *campagne* voce pronunciatur, e.c. राज्ञा *râdschnyâ*, contractum ex राजना a राजन् *rex*. In vocis fine ञ littera fere solum tanquam euphonica म litterae mutatio invenitur, si quidem sequens vocabulum a palatina littera incipit. In vocis initio, in unico tantum perraro ञ vocabulo invenitur.

Annot. ङ, ञ, ण vocabula nullam aliam habere videntur originem, quam ut consonantibus, quae primarias eorum partes constituunt, certae quaedae significationes fuerint tributae. Nam ङ et ण praeter alia *Sivam* Deum significant. Paucae autem in sanscrita scriptura litterae reperiuntur, quae non, ऋ vocali addita, *Sivae* vel alius cujuspiam Dei nomen enuncient. Ita etiam *Siva* च, ज, ठ, ड etc. nominatur, atque क littera nomen *Brahmae* et *Vischnus* est.

26. ण littera eadem ratione ac aliae **lingualis** ordinis litterae pronunciatur (vid. *r.* 20.), et in medio vocis tum ante **linguales** consonantes tum saepe ante vocales ponitur e.c. गण *turba*. In vocabuli fine maximam partem euphonica न् litterae mutatio est, et in vocis initio in unico tantum ण vocabulo reperitur (vid. annot. ad *r.* 25.), quod plures habet significationes, usu vero admodum rarum est. Attamen Indici Grammatici multas radices, quae proprie a न littera incipiunt, **linguali** *n* scribunt, quod ante flexiones in न् transire dicunt. Ita e.c. णद् radix statuitur, *sonare* significans; cujus tertia Praes. persona नदति neque णदति scribitur (cf. *r.* 110.).

27. न vulgaris *n* consonans et usu admodum frequens est, tum in initio, tum in medio atque fine vocabulorum.

28. म, quae nostra *m* littera est, item saepissime in initio, medio atque fine vocabulorum invenitur; in fine tamen euphonicae mutationi in quattuor reliquas nasales et *Anusvâram* necessariam est subjecta.

29. Quoniam in litterarum ordine in *r.* 1. exhibito semivocales et sibilantes cum ह littera peculiares constituunt classes, a re haud alienum esse videtur, hoc loco has litteras secundum organum, quo proferuntur, praecedentibus quinque ordinibus adjungere, quia in flexionum doctrina maximi momenti est, ut diligenter atque accurate attendas, ad quod organum quaelibet littera pertineat.

Gutturales	क	ख	ग	घ	ङ	ह	
Palatinae	च	छ	ज	झ	ञ	य	श
Linguales	ट	ठ	ड	ढ	ण	र	ष
Dentales	त	थ	द	ध	न	ल	स
						व	
Labiales	प	फ	ब	भ	म		

DE ACCENTIBUS.

30. Vocum syllaba, quae cum accentu efferenda est, in sanscrita lingua nullo signo indicatur; atque fieri non potest, ut in hac emortua lingua accurate definiatur, in quo vocabuli polysyllabi loco tonus sit ponendus; neque, quod mihi satisfaciat, quidquam de hac re inveni disputatum. Quae Colebrookius pag. 9. sq. Grammaticae suae de accentibus dicit, ad *Vêdos* tantummodo referuntur, in quibus, singularibus quibusdam signis, vocis altitudo et gravitas, quibus vocales pronunciantur vel canuntur, indicatae sunt. Perpendicularis lineola, quam super vocali ponunt, altum, horizontalis, quae infra ponitur, gravem significat tonum. Curva lineola, vel ३ super vocali positum, tonum indicant, qui ex alto incipiens exit in gravem

sonum. Priorem toni significationem Colebrookius acutum, alteram gravem, postremam circumflexum nominat, ita tamen ut addat, vocalium tonum vulgo in oratione aequalem (एकश्रुतिः) esse. Numerus ३ vocali additus, vel tres lineolae horizontales infra positae, tonum diutius quam alias retinendum esse significant. Tum breves vocales tum longae et diphthongi ita possunt produci, et vocalis eo modo producta tres aequat breves vocales. Sed omnia ista signa in *Vêdis* tantummodo reperiuntur.

SCRIPTURAE SPECIMEN.

30[b]. In codicibus manuscriptis nonnullisque typographicis libris, nulla invenitur vocum separatio, sed syllabae tantum parvo intervallo, in codicibus manuscriptis, separantur. Quaevis autem syllaba ex indicorum grammaticorum sententia in vocalem desinit litteram, cui peculiaris sonus nasalis tantum, quem *Anusvâra* exprimit, vel lenis *Visargae* signo indicata aspiratio addi potest (vid. annot. ad *r.* 1.). Quaevis alia consonans, tam in medio quam in fine vocis, ad sequentem trahitur syllabam, et quae in versus vel sententiae fine locum habet consonans, mutam syllabam constituere dicitur. Ita, ut exemplo utar, voces अभवत् fuit et पुत्रः filius, in अभव त्पुत्रः potius quam in अभवत् पुत्रः, secundum Indorum litterarum in syllabam cogendarum modum, redigi possent, quanquam त्पु syllaba, sine praecedente vocali vix efferri potest. Ex eadem ratione, ubi अभवत् *fuit,* vocem अत्र *ibi* praecedit, अभवद् त्र potius quam अभवद् अत्र scribendum esset, quia द् consonans cum sequente अ in unam syllabam redigitur. Indi tamen in ambobus exemplis nullam separandarum vocum habent rationem, atque in universum, sine ullo vocum respectu, syllabas tractant, quasi per se ipsas exprimerent sensum. Duo priores

igitur sequentis speciminis versus, si indigenarum imitamur consuetudinem, sic scribendi essent:

कि न्ते ज्ञा तै र्मू ढ म हा ध नु र्ध रै र ना यु ष्य ङ्क र्म कृ त्वा ति घो र म्।
ए ते वी राः प त यो मे स मे ता न वः शे षः क श्चि दि हा स्ति यु द्धे ॥

ki nte dschnyâ tai rmû dha ma hâ dha nu rdha rai ra nâ yu schya ngka rma kri tvâ ti ghô ra m
ê tê vî râh pa ta yô mê sa mê tâ na vah sê schah ka stschi di hâ sti yu ddhê.

Ejusmodi autem scribendi ratio, quod ad externam attinet speciem, perfectam sanscritam linguam Sinorum linguae valde similem reddit, cujus vocabula cuncta aut monosyllaba sunt, aut a consonante simplici vel composita incipiunt, quam una vel plures sequuntur vocales, quibus sonus nasalis tantum adjungi potest. Perfecta autem sanscrita lingua ad alium provocat scribendi modum, quo singula elementa, quae a linguae ingenio, ad certam exprimendam notionem, in unum corpus redacta sunt, non mentis solum perspicacitati sed oculis quoque, primo adspectu, tanquam individuum orationis membrum se offerant. In plurimis quidem rebus, qui grammaticae leges bene intelligit et verborum copiam habet, syllabas, quae ad eandem pertinent vocem, facile cognoscit, ita ut e.c. in Nalo carmine syllabas आसीद्राजा statim in आसीद् राजा vocabula redigat, atque गुणैरिष्टे syllabas in गुणैर् इष्टे voces dissolvat. Nonnunquam tamen in facilioribus quoque libris syllabae inveniuntur, quae diversum in modum conjunctae diversas constituunt voces, ubi scriptorum editor, eam quam optimam putat syllabarum conjunctionem, lectori proponere debet. In artificiosis carminibus recentioris, ad quod Câlidasa pertinet, aevi, hujus generis difficultates sunt frequentissimae, quam ob rem, ne ad iterum iterumque legendum cogamur, quod, vocabulis

separatis, primo adspectu intelligeremus, in typographicis libris accuratissima syllabarum in voces distributio magnopere est desideranda. Jam primi quoque inter Anglos sanscritae linguae cultores hanc necessitatem senserunt, impedimentum autem in vi euphonica viderunt, quam concurrentium vocabulorum finales et initiales litterae inter sese exercent. Idcirco ibi tantum vocum separationem licitam habuerunt, ubi dua, quae concurrunt, vocabula nullam euphonicam inter se habent relationem. Talis autem disjunctionis lex, si stricte ei adhaerere volumus, ibi tantum disjungere permitteret, ubi finalem litteram vocalem initialis sequitur consonans, ita ut, in scripturae specimine nostro, primus versus sic scribendus esset:

किन्ते ज्ञातैर्मृधे महाधनुर्धरैरनायुष्यङ्कर्म कृत्वातिघोरम्

Haec vero scribendi ratio faciliorem vocum conspectum et textus intelligentiam parum adjuvat et vix integrae verborum conjunctioni potest praeferri, quia paucarum modo vocum, quarum initium absconditur, finem ostendit. Ubi finalem consonantem s u r d a m alia sequitur ejusdem generis littera, veluti in supra dicto exemplo अभवत् पुत्रः, fere omnes, qui hucusque libros sanscritos ediderunt, disjungere solent; re vera autem hic quoque inter अभवत् et पुत्रः euphonica est ratio, qua त् finale, quod ante s o n o r a m litteram in द् transiret, propter sequentem sibi consentaneam s u r d a m litteram, nullam subit mutationem. Insuper अभवत् पुत्रः similesque disjunctiones ideo quoque, magis quam ulla alia vocum separatio, Indorum violat scribendi morem, quia Indi, ut supra diximus, finalem litteram त् cum sequente प in unam et eandem syllabam redigunt. Deserenda est igitur, quae nunc inter philologos recepta est disjunctionis ratio, quam in Nali et Ardschuni editionibus secutus sum; atque aut redeundum est ad accuratam manuscriptorum imitationem, aut, si

vocum conspectum et textus intelligentiam, sicut in quavis alia lingua, scribendi more adjuvare volumus, progrediendum est ad plenam et integram vocabulorum disjunctionem, ad quam illustrissimus Guilelmus a Humboldt quoque gravissimis exhortatur rationibus, in libro *Journal Asiatique livr.* 63. Huic autem integrae vocum disjunctioni, quam in scripturae specimine nostro atque in libro nuper edito*) induxi, vis euphonica, quam litterae initiales in praecedentis vocis finalem litteram exercent, nequaquam obstat. Quodsi enim e. c. महत् *magnus* ante जीवनम् *vita* transit in महज् (vid. *r.* 61.), eo quod त् littera sequenti ज् se assimilet: huic euphonicae legi scriptione महज् जीवनम् jam satisfactum est, ita ut ambarum vocum conjunctio nequaquam sit necessaria. Non enim impedit parvum inter महज् et जीवनम् intervallum, quominus a priori vocabulo, quod Indi per se ipsum vix proferre possunt, tam cito ad sequentem properemus syllabam, ac si महज्जीवनम् esset scriptum. Eodem modo etiam तु et हि particulae, ubi ante sequentem vocalem in त्व् et ह्य् transeunt (vid. *r.* 37.), non hanc ab causam cum sequente voce conjungendae sunt, quia per se ipsas proferri nequeunt; scribunt enim Galli plane simili in re *l'ame, l'animal,* neque *lame, lanimal,* quanquam *l'* cum sequente vocali in unam syllabam cogitur. Respiciamus denique, scriptionem त्वेते, ह्येते non impedire, quominus, ad sensum comprehendendum, prius sic consideremus ac si त्व् एते, posterius ac si ह्य् एते scriptum esset.

Veram, quae in linguae natura neque in Indorum scribendi modo sita est, difficultatem ibi tantum video, ubi, quod saepissime accidit, vocalis finalis cum sequente vocali initiali coalescit, ut वारी-

---

*) Dilivium cum tribus aliis Mahâ-Bhârati praestantissimis episodiis, Berolini apud Ferdinandum Dümmler.

हास्ति e वारि इह अस्ति (vid. *r.* 35.). Quia his in exemplis आ et ई longum e duobus, ad diversas voces pertinentibus, conflata sunt vocalibus, non fieri potest, ut istas voces a sese disjungamus, nisi hac in re nos accomodare volumus ad scribendi modum Indorum, qui syllabas solum disjungunt atque intermedium spatium inter वारी, हा et स्ति non aegre ferunt. Sequamur igitur hac in re Indorum exemplum, scribendo वारी हा स्ति, ita tamen, ut ante हा et स्ति apostrophum nostrum ponamus, non ut elisionem vocalis, sed ut ejus coalitum cum praecedente vocali indicemus — वारी 'हा 'स्ति — perinde ut in editionibus Calcuttensibus scribitur e.c. चचारा ऽसुरसैन्येषु pro चचारासुरसैन्येषु (vid. annot. ad *r.* 5.). Iste vero signi ऽ usus parum tantum textus perspicuitatem adjuvat, quia ऽ pro अ et आ solum, neque pro ceteris quoque coalescentibus ponitur vocalibus. Insuper ऽ signum propriam vim suam in elisione अ vocalis indicanda habet, nos autem ' signo, nunquam vocalis initialis elisionem sed ejus coalitum cum praecedente vocali solum indicamus.

Ubi vocalis longa cum praecedente coalescit, ' signum apte duplicari potest, ita ut e.c. 'गत *qui non ivit* (pro अगत) ab "गत *qui adiit* (pro आगत) distinguamus. Diphthongos ए et ओ, quanquam vocales longae sunt, simplici ' signo exprimimus, ut a fortioribus diphthongis ऐ et औ, quae eundem atque ipsae in coalitu proferunt effectum, distingui possint (vid. *r.* 36.). Vocales finales, quia fere cunctae ad grammaticas pertinent flexiones, quae, ubi recipienda sequente vocali producuntur, non difficiles sunt cognitu, nullo egent signo, quo indicetur, an propria sua natura longae sint an breves.

Versuum homeoteleuta nullum vocum separationi impedimentum afferunt. Quodsi enim, ut exemplo utar, in decimo *Slóco Ghatakarparae* carminis, quod nuper edidit Durschius (Berolini, apud Ferdinandum Dümmler) voci विनाद्यते *fit ut sonet* poeta tres opponit

voces, quae easdem, quam haec tertia persona, syllabas constituunt, scilicet विना *sine,* अद्य *hodie,* quod cum praecedente vocabulo in विनाद्य coalescit, et ते *tibi*: homeoteleuton eo non destruitur, quod scribas विना ’द्य ते. Quattuor enim has, tres voces constituentes, syllabas non aliter ac si विनाद्यते scriptum esset pronuuciamus. Etiam haec posterior scriptio (विनाद्यते) non impedit, quominus ad sensum perspiciendum, conjunctas has, et unius corporis speciem habentes syllabas, in partes विना ’द्य ते resolvamus. Respiciamus denique, homeoteleuta non oculorum sed aurium in oblectatione suam habere legem et conditionem.

॥ द्रौपद्य् उवाच ॥

किं ते ज्ञातैर् मूढ महाधनुर्धरैर् अनायुष्यं कर्म कृत्वा ’तिघोरम् ।
एते वीराः पतयो मे समेता न वः शेषः कश्चिद् इहा ’स्ति युद्धे ॥ १ ॥
आख्यातव्यं त्व् एव सर्वम् मुमूर्षोर् मया तुभ्यम् पृष्टया धर्म एषः ।
न मे व्यथा विद्यते त्वद् भयं वा सम्पश्यन्त्याः सानुजं धर्मराजम् ॥ २ ॥
यस्य ध्वजाग्रे नदतो मृदङ्गौ नन्दोपनन्दौ मधुरौ युक्तरूपौ ।
एतं स्वधर्मार्थविनिश्चयज्ञं सदा जनाः कृत्यवन्तो ऽनुयान्ति ॥ ३ ॥
य एष जाम्बूनदशुद्धगौरः प्रचण्डघोणस् तनुर् आयताक्षः ।
एनं कुरुश्रेष्ठं तम् आनन्दन्ति युधिष्ठिरं धर्मसुतम् पतिम् मे ॥ ४ ॥
अप्य् एष शत्रोः शरणागतस्य दद्यात् प्राणान् धर्मचारी नृवीरः ।
परीप्स्य् एनम् मूढ जवेन भूतये त्वम् आत्मनः प्राञ्जलिर् न्यस्तशस्त्रः ॥ ५ ॥
अथा ’प्य् एनम् पश्यसि तं रथस्थम् महाभुजं शालम् इव प्रवृद्धम् ।
सन्दष्टौष्ठम् भृकुटीसंहतभ्रुवं वृकोदरो नाम पतिर् ममै ’षः ॥ ६ ॥
आजानेया बलिनः साधुदान्ता महाबलाः शूरम् उदावहन्ति ।
एतस्य कर्माण्य् अतिमानुषाणि भीमे ’ति शब्दो ऽस्य गतः पृथिव्याम् ॥ ७ ॥
ना ’स्या ’पराधाः शेषम् अवाप्नुवन्ति ना ’यं वैरं विस्मरते कदाचित् ।
वैरस्या ’न्तं संविधायो ’पयाति पश्चाच् छान्तिं न च गच्छत्य् अतीव ॥ ८ ॥
धनुर्धराग्र्यो धृतिमान् यशस्वी जितेन्द्रियो वृद्धसेवी नृवीरः ।

भ्राता च शिष्यश् च युधिष्ठिरस्य धनञ्जयो नाम पतिर् ममै ’षः ॥ ९ ॥
यो वै न कामान् न भयान् न लोभात् त्यजेद् धर्मं न नृशंस्यं च कुर्यात् ।
स एष वैश्वानरतुल्यतेजाः कुन्तीसुतः शत्रुसहः प्रमाथी ।
यः सर्वधर्मार्थविनिश्चयज्ञो भयार्त्तानाम् भयहर्ता मनीषी ॥ १० ॥
यस्यो ’त्तमं रूपम् आहुः पृथिव्यां यम् पाण्डवाः परिरक्षन्ति सर्वे ।
प्राणैर् गरीयांसम् अनुव्रतं वै स एष वीरो नकुलः पतिर् मे ॥ ११ ॥
यः खड्गयोधी लघुचित्रहस्तो महांश् च धीमान् सहदेवद्वितीयः ।
यस्या ’द्य कर्म द्रक्ष्यसे मूढसत्त्व शतक्रतोर् वा दैत्यसेनासु सङ्ख्ये ॥ १२ ॥
शूरः कृतास्त्रो मतिमान् मनस्वी प्रियङ्करो धर्मसुतस्य राज्ञः ।
य एष चन्द्रार्कसमानतेजा जघन्यजः पाण्डवानाम् प्रियश् च ॥ १३ ॥
बुद्ध्या समो यस्य नरो न विद्यते वक्ता तथा सत्सु विनिश्चयज्ञः ।
स एष शूरो नित्यम् अमर्षणश् च धीमान् प्राज्ञः सहदेवः पतिर् मे ॥ १४ ॥
त्यजेत् प्राणान् प्रविशेद् धव्यवाहं न त्व् एवै ’ष व्याहरेद् धर्मबाह्यम् ।
सदा मनस्वी क्षत्रधर्मे रतश् च कुन्त्याः प्राणैर् इष्टतमो नृवीरः ॥ १५ ॥
विशीर्यन्तीं नावम् इवा ’र्णवान्ते रत्नाभिपूर्णाम् मकरस्य पृष्ठे ।
सेनां तवे ’मां हतसर्वयोधां विक्षोभितां द्रक्ष्यसि पाण्डुपुत्रैः ॥ १६ ॥
इत्य् एते वै कथिताः पाण्डुपुत्रा यांस् त्वम् मोहाद् अवमन्य प्रवृत्तः ।
यद्य् एतेभ्यो मुच्यसे ऽरिष्टदेहः पुनर्जन्म प्राप्स्यसे जीव एव ॥ १७ ॥

PRONUNCIATIO*).

draupady uvâtscha

kin tê dsch-nyâtair mûdha mahâdhanurdharair anâyusch-yang karma kritvâ 'tighôram

1. ***ètê virâh patayô mê ſamêtâ na vah sêschah kas-tschid ihâ 'ſti yud-dhê***

---

*) ऋ vocalem, cujus pronunciatio *r*. 6. variare dicitur, semper per *a* reddimus, quod pro primitiva et genuina ejus pronunciatione habemus. Ubi una sanscrita littera duabus vel pluribus exprimenda est latinis litteris, a praecedente et sequente consonante lineola has litteras separamus. Palatinam sibilantem (श) per *s* et dentalem (स) per *ſ* indicamus.

âkh-yâtavyan tv êva ſarvam mumûrschôr mayâ tubh-yam prischtayâ dharma êschah

2. *na mê vyathâ vidyatê tvad bhayang vâ ſampasyantyâh ſânudschan dharmarâdscham*
yaſya dh-vadschâgrê nadatô mridang-gau nandôpanandau madhurau yuktarûpau

3. *êtang ſvadharmâr-thavinis-tschayadsch-nyang ſadâ dschanâh krityavantô 'nuyânti*
ya êscha dschâmbûnadasud-dhagaurah pratschandaghônaſ tanur âyatâk-schah

4. *ênang kurusrêsch-than tam ânandanti yudhisch-thiran dharmaſutam patim mê*
apy êscha satrôh saranâgataſya dadyât prânân dharmatschârî nrivîrah

5. *parîhy ênam mûdha dschavêna bhûtuyê tvam âtmanah prân-dschalir nyaſtasaſtrah*
athâ 'py ênam pasyaſi tang rathaſ-tham mahâbhudschang sâlam iva pravrid-dham

6. *ſandasch-tausch-tham bhrikutîſang-hatabh-ruvang vrikôdarô nâma patir mamai 'schah*
âdschânêyâ balinah ſâdhudântâ mahâbalâh sûram udâvahanti

7. *êtaſya karmâny atimânuschâni bhîmê 'ti sabdô 'ſya gatah prithivyâm*
nâ 'ſyâ 'parâdhâh sêscham avâpnuvanti nâ 'yam vairang viſmaratê kadâtschit

8. *vairaſyâ 'ntang ſangvidhâyô 'payâti pas-tschâtsch tschhântin na tscha gatsch-tschhaty atîva*
dhanurdharâgryô dhritimân yasaſvî dſchitêndriyô vrid-dhaſêvî nrivîrah

9. *bhrâtâ tscha sischyas tscha yudhisch-thiraſya dhanan-dschayô nâma patir mamai 'schah*
yô vai na kâmân na bhayân na lobhât tyadschêd dharman na nrisangſyan tſcha kuryat

10. *ſa êscha vaisvânaratulyatêdschah kuntîſutah satruſahah pramâthî*

yah ſarvadharmár-thavinis-tschayadsch-nyó bhayártánám bhayahartá manîschî

11\. *yaſyó 'ttamang rûpam áhuh prithivyáng yam pándaváh parirak-schanti ſarvé prânair garîyángſam anuvratang vai ſá éscha vîró nakulah patir mé*

12\. *yah khadgayódhî laghutschitrahaſtó mahángs tscha dhîmân ſahadévadvitîyah yaſyá 'dya karma drak-schyaſê mûdhaſattva satakratór vá daityaſênáſu ſang-kh-yé*

13\. *sûrah kritáſtró matimân manaſvî priyang-karó dharmaſutaſya rádsch-nyah ya éscha tschandrárkaſamánatédschá dschaghanyadschah pándavánâm priyas tscha*

14\. *bud-dh-yá ſamó yaſya naró na vidyatê vaktá tathá ſatſu vinis-tschayadsch-nyah ſa éscha sûró nityam amarschanas tscha dhîmân prádsch-nyah ſahadévah patir mé*

15\. *tyadschêt prânân pravisêd dhavyaváhan na tv évai 'scha vyáharéd dharmaváhyam ſadá manaſvî k-schatradharmé ratas tscha kuntyáh prânair isch-tatamó nrivîrah visîryantîn návam ivá 'rnavánté ratnábhipûrnám makaraſya priſch-thé*

16\. *ſênán tavé mang hataſarvayódháng vik-schóbhitán drak-sch-yaſî pándupu-traih ity été vai kat-thitáh pánduputrá yángſ tvam mohád avamanya pravrittah*

17\. *yady étébhyó mutsch-yaſé 'riſch-tadéhah punardschanma prápſyaſê yîva éva*

DIVISIO LITTERARUM.

31\. In mutationum euphonicarum atque tota flexionum doctrina maximi momenti est litterarum divisio in s u r d a s et s o n o r a s litteras. Ad s u r d a s pertinent duae priores consonantes ex prioribus quinque ordinibus, una cum tribus sibilantibus litteris; ad s o n o r a s pertinent omnes vocales, semivocales, et tres posteriores consonantes

modo dictorum litterarum ordinum, simul cum ह littera. Faciliori hujus divisionis conspectui sequens inserviat tabula.

Surdae.			Sonorae.			
क	ख		ग	घ	ङ	
च	छ		ज	झ	ञ	
ट	ठ		ड	ढ	ण	
त	थ		द	ध	न	
प	फ		ब	भ	म	
			य	र	ल	व
श	ष	स	ह atque omnes vocales.			

32. Vocales in similes et dissimiles dividuntur. Similes sunt, quae aut nulla in re, aut quantitate solum sunt diversae, ut अ et आ, इ et ई, उ et ऊ; dissimiles sunt omnes aliae vocales.

GUNA ET VRIDDHIS (गुण *m.* वृद्धि *f.*).

33. Duabus his vocibus grammatici indici duo in lingua sanscrita usitatissima exprimunt vocalium incrementa. *Guna,* quod primitive significat, qualitas, bona qualitas, vocalium इ, उ, ऋ, ऌ ipsisque respondentium longarum vocalium, mutationem in ए, ओ, अर् et अल् indicat; *Vriddhis,* quod incrementum significat, vocalium modo dictarum mutatio est in ऐ, औ, आर् et आल्. Vocalis अ per *Gunam* nulla mutatione afficitur, per *Vriddhim* autem in आ transit. आ neque per *Gunam* neque per *Vriddhim* ullius capax est mutationis. Diphthongi ए et ओ per *Vriddhim* in affines diphthongos ऐ et औ transeunt. Omnium harum mutationum facilem conspectum sequens praebet tabula.

Vocalium	अ	आ	इ	ई	उ	ऊ	ऋ	ॠ	ऌ	ॡ	ए	ऐ	ओ	औ
Guna	...	...	ए	ए	ओ	ओ	अर्	अर्	अल्	अल्	...	...	...	...
Vriddhis	आ	...	ऐ	ऐ	औ	औ	आर्	आर्	आल्	आल्	ऐ	...	औ	...

ANNOT. *Guna* proprie in eo consistit, quod अ breve alii vocali anteponatur atque cum ea secundum *r.* 36. coalescat; *Vriddhis* vero in आ longo anteponendo consistit. Quanquam enim in vocum concursu tam अ quam आ finale cum sequente *i* (इ, ई) in ए, atque cum sequente *u* (उ, ऊ) in ओ transeunt (vid. *r.* 36.): veram tamen ए et ओ diphthongorum originem in *a* brevis cum *i* vel *u* coalitu video. Sunt enim ए et ओ debiliores diphthongi quam ऐ et औ, atque, ubi ante sequentem vocalem in elementa, ex quibus constant, dissolvuntur, ए transit in अय् neque in आय्, atque ओ transit in अव् neque in आव्; fortiores autem diphthongi ऐ et औ, quae *Vriddhim* constituunt, ante sequentem vocalem in आय् et आव् resolvuntur. Etiam ऋ et ॠ vocales, ne rarissimas memorem ऌ et ॡ litteras, eam, quam *Gunae* et *Vriddhis* dedi explicationem, manifeste confirmant, transeundo per *Gunam* in अर् atque per *Vriddhim* in आर्. — Diphthongi ए, ऐ, ओ, औ, ubi ex quapiam grammaticae lege corripiendae sunt, in sibi respondentem simplicem vocalem brevem transeunt, scilicet ए et ऐ in इ, ओ et औ in उ.

34[a]). Breves vocales इ, उ et ऋ multo saepius ac sibi respondentes longae vocales *Gunae* vel *Vriddhis* incrementum assumunt; et ubi, in verborum conjugatione, quaepiam regula aut *Gunam* aut *Vriddhim* praescribit, hoc ita intelligendum est, ut breves vocales tam in initio vel medio quam in fine radicum *Gunam* vel *Vriddhim* recipiant; longae autem vocales solum in fine radicum, hujus generis incrementa admittunt. Breves quoque vocales, ubi in initio vel fine radicis ante duas consonantes radicales longam formant syllabam, veluti निन्द्, भिन्द्, *Gunae* et *Vriddhis* incrementa non admittunt.

34[b]). ऋ et ॠ vocalium *Guna* et *Vriddhis* (अर्, आर्) ante duas consonantes litteras, ad evitandum nimium consonantium confluxum, litterarum transpositione plerumque in र et रा transeunt, e. c. द्रष्टुम् *videre* pro दर्ष्टुम्, a radice दृश् (vid. *r.* 98.), अस्राक्षम् *creavi* pro असार्क्षम्, a radice सृज् (vid. *r.* 89.).

EUPHONIAE LEGES.

VOCALES.

DE MUTATIONE VOCALIUM, QUAE IN FINE ET INITIO DUARUM VOCUM CONCURRUNT.

35. Duae similes vocales (vid. *r.* 32.) — sive sint ambae breves vel ambae longae, seu altera brevis et altera longa — in longam suam coalescunt vocalem, ita ut ambae concurrentes voces finem et initium suum in unam eandemque longam vocalem confundant; e.c. वारीहास्ति *aqua hic est* e वारि इह अस्ति; पितृद्धि *patris-divitiae* e पितृ ऋद्धि; केशिनीक्षते *Kêsinia videt* ex केशिनी ईक्षते; सास्ति *ea est* e सा अस्ति; मधूहन *melis-collectio* e मधु ऊहन. Hujusmodi tamen exempla, ubi duae concurrentes voces nomen compositum non formant, secundum *r.* 30[b]. p. 21. ita scribimus, ut vocalem, in quam ambae coalescunt voces, priori adjiciamus voci, posteriori autem ' vel " signum, ad coalitum indicandum, anteponamus; veluti वारी 'हा 'स्ति, केशिनी "क्षते, सा 'स्ति.

36. अ et आ cum sequente vocali dissimili (ऋ et ॠ exceptis) in diphthongum coalescunt, scilicet cum इ vel ई in ए, cum उ vel ऊ in ओ, cum ए vel ऐ in ऐ, cum ओ vel औ in औ; e.c. बालेष्टि e बाल vel बाला + इष्टि, बालेर्ष्या e बाल vel बाला + ईर्ष्या, बालोद् e बाल vel बाला + उद्, बालोरु e बाल vel बाला + ऊरु, बालैध e बाल vel बाला

+ एध, बालैश्वर्य e बाल vel बाला + ऐश्वर्य, बालौक e बाल vel बाला + ओक, बालौदर्य e बाल vel बाला + औदर्य. Cum sequente ऋ vel ॠ tam अ quam आ finale in अर् transit, e. c. बालर्तु e बाल vel बाला + ऋतु.

Annot. In omnibus his exemplis, quia concurrentes voces nomen compositum formant, earum disjunctio non congrua est. Quodsi vero e.c. Genitivus तव tui cum substantivis supra dictis concurreret, secundum eam, quam in *r.* 30[b]. p. 21. exposui scribendi rationem, scriberem तवे'ष्टि, तवे''षा, तवो'द, तवो''ऱ, तवै'ध, तवै''श्वर्य, तवौ'क, तवौ''दर्य, तव'र्तु.

37. Quaevis vocalis, quae sibi respondentem habet semivocalem, in eam transit ante quamvis vocalem dissimilem (v. *r.* 32.), scilicet इ et ई in य्, उ et ऊ in व्, ऋ et ॠ in र्; e.c. वार्य् अत्र e वारि अत्र, नद्य् अत्र e नदी अत्र, मध्व् इदम् e मधु इदम्, बध्वर्थम् vox composita e बधू + अर्थम्, पित्रर्थम् vox composita e पितृ + अर्थम्.

Annot. In codicibus manuscriptis et multis editis libris hujusmodi concurrentes voces in unum scribuntur, veluti वार्यत्र, नद्यत्र, मध्विदम् etc., ita ut posterioris vocabuli initialis vocalis eundem in modum indicetur quam in medio vel fine vocabulorum (vid. *r.* 2.).

38. Diphthongus ए ante अ initiale nullam subit mutationem, hoc autem अ eliditur et signo ऽ supplendum est, quod tamen in codicibus manuscriptis et typographicis libris saepius negligitur; e.c. वने ऽस्मिन् pro वने अस्मिन्. Ante quamvis aliam vocalem ए finale in अ transit, et sequens vocalis nullam subit mutationem; e.c. वन आसीत्, वन इह, वन एतस्मिन् pro वने आसीत्, वने इह, वने एतस्मिन्. Haec autem, quam ए finale subit, mutatio in अ, ex अय् abjecto य् est explicanda; transit enim ए in medio vocum ante vocales in अय् (vid. *r.* 55.), et eadem mutatio secundum grammaticos indicos in vocum fine quoque admittitur. Apud scriptores tamen hujus mutationis exempla nunquam inveni (cf. *r.* 41.).

39. ओ in vocum fine plerumque syllabae अस् euphonica est mutatio (vid. *r.* 76.). ओ primitivum autem ante vocales in अव् transit, eo quod hujus diphthongi ex *a* et *u* vocalibus conflatae, posterius elementum in sibi respondentem semivocalem mutetur; e.c. गो cum sequente ईश nomen compositum गवीश *boum dominus* format. Semivocalis यू in quibusdam compositis, post ओ finale, vocalis vim habet, quam ob rem e.c. गो cum sequente यूति compositum गव्यूति format.

40. Quaedam adverbia et interjectiones in ओ desinentes, scilicet नो, अथो, उताहो, ओ! अहो! आहो! हो! भो! nullam ante vocales subeunt mutationem. Vocativi in ओ desinentes hanc diphthongum aut integram retinent, aut in अव् vel अ immutant, quod quidem अ ex अव् abjecto व् explicandum est (cf. *r.* 38.).

41. Diphthongi ऐ et औ ante quamvis vocalem dissolvuntur in आय् et आव्, eo quod posterius ipsarum elementum (*i* et *u*) in sibi respondentem transeat semivocalem; e.c. सुतायाय् अवेदयत् *filiae retulit*, pro सुतायै अवेदयत्, ताव् उभौ *hi ambo* pro ताव् उभौ. Syllabae आय् et आव् suam quoque semivocalem abjicere possunt, ita ut in praecedentibus exemplis सुताया pro सुतायै et ता pro ताव् ponatur.

Annot. Abjectae semivocalis य् exemplum offert *Ardschuni reditus ex Indri coelo* (III. 12.), ubi Dativus तस्मै *ei* ante अवितथं in तस्मा mutatus est*). Diphthongum औ vero, quanquam ut Dualis terminatio saepissime in vocum fine occurrit, nunquam apud scriptores in आ pro आव् mutatam inveni.

EXCEPTIONES.

42. Praepositiones inseparabiles, si in अ et आ desinunt, has vocales ante radices ab ए vel ओ incipientes abjiciunt, e.c. प्रेष् *tre-*

---

*) तस्मा अवितथं सर्वम् अब्रुवं कुरुनन्दन ।

mere ex प्र et एज्, परोख् *siccare* ex परा et ओख्. Ante formas derivativas (ut causalia, desiderativa etc.) praepositiones inseparabiles in अ et आ desinentes generalem regulam 36. sequuntur.

43. अ finale in priori membro quorundam compositorum abjicitur; ita हल *aratrum* cum ईषा *ansa* format हलीषा pro हलेषा (v. r. 36.). Quae cum ओष्ठ *labium* et ओतु *felis* componuntur voces in अ desinentes, hanc vocalem aut abjicere aut cum sequente ओ secundum regulam 36. confundere possunt; e. c. बिम्बोष्ठ vel बिम्बौष्ठ, *Bimbae fructui similia labia habens*, e बिम्ब et ओष्ठ.

44. अ et आ in fine praepositionum inseparabilium cum sequente ऋ vocali in आर् transeunt pro अर्, quod regula 36. praescriptum est; e. c. अपार्च्छति *abit* ex अप et ऋच्छति. Ante formas derivativas, ut causalia, desiderativa etc., praefixa, quae in अ vel आ desinunt, generalem quoque regulam possunt sequi.

45. Numeri dualis terminationes in ई, ऊ et ए, atque ई finale Pluralis अमी *hi* cum sequente vocali neque coalescunt neque in sibi respondentem semivocalem transeunt; e. c. सारथी ईक्षन्ते (non सारथी "क्षन्ते) *ambo aurigae cernunt*, शत्रू एते (non शत्र्व् एते) *duo hi inimici*, सुते एते (non सुत एते) *duae hae filiae*, अमी उत्कराः (non अम्य् उत्कराः) *hi fasciculi*.

Annot. Dici tamen potest contra hanc regulam secundum generalem euphoniae legem मणी 'व *veluti duae gemmae*, रोदसी 'व *veluti coelum et terra*, दम्पती 'व et जापती 'व *veluti uxor et maritus*, मायापती 'व *veluti Mâya et ejus conjux*.

46. Interjectiones अ, आ, इ, उ atque vocativorum vocalis finalis, si tonus in vocando vel clamando ultra solitum modum in ea commoratur, euphoniae legibus non subjectae sunt; e. c. उ उत्तिष्ठ *o surge!* राम एहि *Râme veni!*

Annot. Tabula sequens facilem praebet conspectum euphonicarum mutationum, quas duae in duarum vocum fine et initio concurrentes subeunt vocales. Vocales finales

ad laevam positae sunt, a superiori ad inferiorem partem descendentes; vocales initiales superiorem lineam occupant, a laeva ad dextram progredientes. Quodsi a quacunque vocali finali horizontalem, atque a quacunque vocali initiali perpendicularem lineam ducis: in loco ubi sese contingunt ambae lineae, vocalium concurrentium habebis mutationem. Ita lineae ab ऊ finali et ई initiali, descriptum in modum ductae, in loco conveniunt, ubi वी legitur, quod secundum *r.* 37. ex ऊ et ई concurrentibus prodit, quod vero, si ambae convenientes voces nomen compositum non formant, व् ई scribere monemus. *)

Vocales initiales / Vocales finales	अ	आ	इ	ई	उ	ऊ	ऋ	ॠ	ए	ऐ	ओ	औ
अ	आ	आ	ए	ए	ओ	ओ	अर्	अर्	ऐ	ऐ	औ	औ
आ	आ	आ	ए	ए	ओ	ओ	अर्	अर्	ऐ	ऐ	औ	औ
इ	य	या	ई	ई	यु	यू	यृ	यॄ	ये	यै	यो	यौ
ई	य	या	ई	ई	यु	यू	यृ	यॄ	ये	यै	यो	यौ
उ	व	वा	वि	वी	ऊ	ऊ	वृ	वॄ	वे	वै	वो	वौ
ऊ	व	वा	वि	वी	ऊ	ऊ	वृ	वॄ	वे	वै	वो	वौ
ऋ	र	रा	रि	री	रु	रू	ॠ	ॠ	रे	रै	रो	रौ
ॠ	र	रा	रि	री	रु	रू	ॠ	ॠ	रे	रै	रो	रौ
ए	एऽ	अ आ	अ इ	अ ई	अ उ	अ ऊ	अ ऋ	अ ॠ	अ ए	अ ऐ	अ ओ	अ औ
ऐ	आय	आया	आयि	आयी	आयु	आयू	आयृ	आयॄ	आये	आयै	आयो	आयौ
ओ	अव	अवा	अवि	अवी	अवु	अवू	अवृ	अवॄ	अवे	अवै	अवो	अवौ
औ	आव	आवा	आवि	आवी	आवु	आवू	आवृ	आवॄ	आवे	आवै	आवो	आवौ

*) In carminibus metri causa vocalium contractiones et permutationes nonnunquam omittuntur.

MUTATIO MEDIARUM VOCALIUM*).

47. In medio vocum vocales अ, आ, इ, ई raro, atque उ, ऊ, ऋ, ॠ**) nunquam cum sequente simili vocali coalescunt (cf. *r.* 35.), sed अ et आ tam ante similes quam ante dissimiles vocales plerumque eliduntur; e. c. क्षिप cum अन्ति et ए format क्षिपन्ति *jaciunt,* non क्षिपान्ति, क्षिपे *jacio* non क्षिपै; ददा cum इम et उस् format ददिम *dedimus,* non ददेम; ददुस् *dederunt,* non ददोस्; गङ्गा cum एय format गाङ्गेय***) *Gangida* (a Ganga oriundus). Exempla ubi आ cum sequente simili vocali coalescit, personarum terminationes offerunt, veluti पान्ति (ex पा et अन्ति) *regunt,* non पन्ति; अपाम् (ex पा et अम्) *regebam,* non अपम्. In universum आ minus frequenter quam अ eliditur. अ cum sequente इ vel ई quarundam, quas grammatica docebit, flexionum, consentanee cum *r.* 36. in ए coalescit, e. c. करे *in manu* ex कर et इ, दाने *duo dona* e दान et ई.

48. इ et ई solum ante suffixorum *Taddhitorum*†) vocales sive sint similes seu dissimiles, eliduntur, e. c. बान्धकिनेय *spurius,* a बन्धकी *adultera* suffixo इनेय, काल्याणेय *Kalyâniae filius,* a कल्याणी suff. एय.

---

*) Exponentur in sequentibus regulis immutationes, quas radicum et nominum thematum vocales finales subeunt ante vocales flexionum, vel suffixorum, quae ad voces formandas usurpantur.

**) ऋ et ॠ jam eam ob causam cum sequente simili vocali coalescere nequeunt, quia nulla verborum vel nominum flexio et nullum vocum formandarum suffixum, ab ऋ vel ॠ vocalibus incipit.

***) Multa suffixa, quae voces derivativas formant, *Vriddhim* (v. *r.* 33.) primae in voce primitiva vocalis exigunt.

†) A sanscrita voce तद्धित, qua designantur omnia suffixa, quibus derivativa nomina ex aliis formantur vocibus.

49. उ solum ante suffixum इमन्, ऊ vero nunquam eliditur*); e.c. ऋजिमन् *rectitudo,* a ऋजु *rectus.*

50[a]. Praeter eas, quas regulae praecedentes statuerunt, conditiones, इ, ई et उ nunquam eliduntur; non tamen hae vocales, aeque ac ऊ, cum sequente simili vocali coalescunt, ut regula 35. jubet, sed इ et ई tam ante similes quam ante dissimiles vocales in इय् transeunt, nisi sequentes regulae mutationem in इय् praescribunt; e.c. चिचि cum इम formant चिच्यिम *collegimus,* non चिचीम; निनी cum इम format निन्यिम *duximus,* non निनीम; निनी cum अ et उस् format निन्य *duxistis,* निन्युस् *duxerunt.***)

50[b]. उ et ऊ ante similes vocales semper in उव्, ante dissimiles aut in व् aut in उव् transeunt, de quo vid. *r.* 51. 52. 53. e.c. युयु cum उस् format युयुवुस् *conjunxerunt,* non युयूस्, दुधू cum उस् format दुधुवुस् *agitaverunt,* non दुधूस्.

51. In monosyllabis radicibus et nominum thematibus monosyllabis, quanquam priores compositione cum praecedentibus praepositionibus vel aliis vocabulis fiunt polysyllabae, इ, ई, उ, ऊ tam ante similes quam ante dissimiles vocales plerumque in इय् et उव् transeunt; e.c. इयति *it,* e इ et अति; वियन्ति *eunt,* e वी et अन्ति, भियि *in timore* e भी *f.* (substantivum, quod sine ullo suffixo puram exhibet radicem) et इ, नुवन्ति *laudant,* e नु et अन्ति; भुवि *in terra* e भू et इ.

52. In formis etiam polysyllabis, ad evitandam nimiam consonantium coacervationem, eadem mutatio in इय् et उव् locum habet,

---

*) स्वयम्भु, विभु similesque voces, quarum posterius elementum grammatici indici a radice भू *esse,* suffixo उ et abjecto ऊ radicali, deducunt, ex mea sententia nullum continent suffixum, sed longam, in quam भू desinit, vocalem solum corripuerunt.

**) In quadam rarissima nominum specie in ई desinente hoc ई cum sequente locativi terminatione इ coalescit, v. *r.* 175.

si vocalibus supra dictis duae consonantes antecedunt. Confer e.c. सिस्मियिम *subrisimus*, e सिस्मि et इम, cum चिच्यिम *collegimus* e चिचि et इम, चिक्रिय *vendidistis* e चिक्री et अ, cum निन्य *duxistis* e नी et अ, आप्नुवन्ति *adipiscuntur* ex आप्नु et अन्ति cum चिन्वन्ति *colligunt* e चिनु + अन्ति.

53. उ et ऊ quoque sine rationibus in *r.* 51. et 52. expositis in उव् pro व् transeunt. Quod, ubi accidit, peculiares grammaticae leges accuratius definient. Confer e.c. नुनुव *laudavistis* e नुनु et अ cum चिच्य *collegistis* e चिचि et अ.

54. ऋ ante terminationum vocales consentanee cum *r.* 37. in र् transit; quodsi vero duae consonantes ei antecedunt, in quibusdam, quas grammatica docebit, occasionibus, ad evitandam nimiam consonantium coacervationem, in अर् mutatur. Confer e.c. चक्र *fecistis* e चकृ et अ cum सस्मर *meministis* e सस्मृ et अ (cf. *r.* 52.). ॠ ante vocales plerumque in इर्, atque si labialis ei antecedit, in उर् transit. In quibusdam quoque, quas grammatica definiet, occasionibus tam post simplices quam post compositas consonantes in अर् mutatur. E.c. गिरति *deglutit*, e गॄ et अति, पिपुरति *nutriunt* e पिपॄ et अति, चकर *offendistis* e चकॄ et अ, तस्तर *stravistis* e तस्तॄ et अ. Ante य्, ॠ plerumque in ईर्, et, si labialis ei antecedit, in ऊर् transit.

55. Diphthongi ए, ओ, ऐ, औ ante vocales in simplicia elementa ex quibus constant, se dissolvunt, ita tamen ut posterius ipsarum elementum, propter sequentem vocalem, in sibi respondentem semivocalem transeat. Mutantur igitur ए et ओ diphthongi, quarum prius elementum *a* breve est, in अय् et अव्. Fortiores autem diphthongi ऐ et औ, quae *a* longum pro priori habent membro, in आय् et आव् transeunt. E.c. नयन *oculus* e ने et अन, भवति *est* e भो et अति; नायक *dux* e नै et अक, नावि *in navi* e नौ et इ (cf. annot. ad *r.* 33.).

CONSONANTES.

MUTATIO CONSONANTIUM, QUAE IN FINE ET INITIO CONTERMINARUM VOCUM CONCURRUNT.*)

56. In fine vocum sanscritae linguae indoles proprie surdas tantum consonantes, quae aspiratione sint vacuae, admittit; sonorae aspirationis expertes consonantes propter sequentis sonorae litterae vim aut retinentur, aut ex permutatione aliarum affinium consonantium oriuntur. Aspiratae consonantes, sive sint surdae seu sonorae, nulla sub conditione in vocum fine retinentur, sed in affinem non aspiratam litteram transeunt, aut surdam aut sonoram, id quod e sequentis litterae vi et natura pendet. Quae ut accuratius definiantur, sequentes statuendae sunt euphoniae generales regulae:

a) Surdae litterae ante sonoras litteras (vocales vel consonantes) in sonoram non aspiratam ordinis sui litteram transeunt, veluti क् et ख् in ग्, त् et थ् in द्. Sibilantes peculiares sequuntur regulas, quippe quae sibi respondente sonora careant.

b) Sonorae ante pausam et ante surdas litteras in surdam non aspiratam ordinis sui litteram transeunt, veluti ग् et घ् in क्, द् et ध् in त्. Semivocales, nasales et ह् littera, quae sibi respondente surda littera carent, nullam subeunt mutationem, र्, म et ह् exceptis, quae peculiares sequuntur leges.

c[α]) Aspiratae, sive sint surdae seu sonorae, ante pausam et surdas litteras in non aspiratam surdam, ante sonoras vero litteras in non aspiratam sonoram ordinis sui litteram transeunt, e. c. ख् et घ् primo loco in क्, altero in ग् mutantur.

---

*) Sequentes regulae etiam in litteras finales et initiales duarum, quae nomen compositum formant, vocum, et ad praepositiones inseparabiles vim exercent.

c[β]) Quodsi aspirata finalis est sonora atque ad radicem pertinet, cujus initialis littera est ग्, ड्, द् vel ब् — i.e. praeter ज्*) quaepiam tenuis sonora, quae cognatam, in quam transire possit, aspiratam habeat: aspiratio, quae in finali littera supprimitur, ad initialem radicis litteram recedit, ita ut ग्, ड्, द् et ब् ex ordine suo in घ्, ढ्, ध् et भ् transeant, e.c. बुध् transit in भुत्, vel, ante sonoras litteras, in भुद्.

Facilem conspectum harum generalium legum sequens praebet tabula.

Exempla	Ante sonoras		Ante surdas		Ante pausam	
हरित्	हरिद् अस्ति	हरिद् भवति	हरित्	करोति	अस्ति हरित्	a)
वेदविद्	वेदविद् अस्ति	वेदविद् भवति	वेदवित्	करोति	अस्ति वेदवित्	b)
चित्रलिख्	चित्रलिग् अस्ति	चित्रलिग् भवति	चित्रलिक्	करोति	अस्ति चित्रलिक्	c[α])
धनलभ्	धनलब् अस्ति	धनलब् भवति	धनलप्	करोति	अस्ति धनलप्	
वेदबुध्**)	वेदभुद् अस्ति	वेदभुद् भवति	वेदभुत्	करोति	अस्ति वेदभुत्	c[β])

Annot. Radices et nominum themata semper cum primitiva sua finali littera scribuntur, quanquam haec littera ex euphoniae legibus in fine vocabulorum non admittitur. Radices enim et nominum themata raro nuda i.e. sine ulla grammatica terminatione usurpantur, ubi autem hoc accidit, finales ipsorum litterae euphoniae legibus subjiciuntur; e.c. radix युध्, quae pugnandi notionem exprimit, sine ullo addito suffixo tanquam substantivum adhiberi potest, quod pugnam significat. Quodsi vero hujus substantivi thema secundum *r.* 121. sine ulla terminatione tanquam Nominativus sing. ponitur: युध् ex euphoniae lege mutandum est in युत्, quod ante sonoram sequentis vocis litteram in युद् transit. Eandem legem sequitur युध्

---

*) ज् forsitan hanc ob causam ab hac regula excipitur, quia ipsius aspirata (झ्) Indorum organo parum arridet, id quod ex rarissimo ejus usu cognoscitur. Perpaucae etiam radices, in sonoram desinentes aspiratam, a ज littera incipiunt.

**) Qui *Vêdos* noscit, compositum e वेद् et बुध्.

ubi tanquam nominis thema cum quapiam alia voce nomen compositum format.*) Non tamen युत् pro vera radtce vel substantivi nostri themate haberi potest, quia a युत् radice verbum युध्ये *pugno* et substantivum योध *miles* non descendere possent, atque a युत् themate non Accusativus युधम्, et Instrumentalis युधा etc., sed potius युतम्, युता derivarentur.

57. Duae conjunctae consonantes in fine vocum non retinentur, sed ultima abjicitur; e.c. सुवल् pro सुवल्क् *pulchre iens,* quod secundum *r.*56. est pro सुवल्ग् a rad. वल्ग् praefixo सु.

Annot. Excipiuntur ab hac regula voces, quae in duas desinunt consonantes litteras, quarum penultima est र्; ita dicitur ऊर्क् fortis, ab ऊर्ज् (v. *r.* 59.). Formae desiderativae, quanquam र् pro penultima habent, generalem sequuntur regulam, quippe quae finalem suam sibilantem abjiciant, e.c. चिकीर् (चिकीः v. *r.* 72.) pro चिकीर्ष् *faciendi cupidus.*

SPECIALES REGULAE.

58. Quattuor priores consonantes primi, tertii, quarti et quinti ordinis ante quamvis nasalem litteram in nasalem ordinis sui transire, aut generalem regulam 56. sequi possunt; prius tamen longe est usitatissimum. Ubi conditio regulae 56*c*[β]. locum habet, aspiratio, quam finalis littera perdit, item in initialem radicis litteram recedit. E.c. वाङ् मम vel वाग् मम pro वाक् मम *vox mea*; षण् मासाः vel षड् मासाः pro षट् मासाः *sex menses*; तन् ना 'स्ति vel तद् ना 'स्ति *hoc non est*; वेदभुन् ना 'स्ति vel वेदभुद् ना 'स्ति pro वेदबुध् ना 'स्ति *Védorum* gnarus non est**).

---

*) Prius compositorum membrum semper nudum exhibet thema, ita tamen ut euphoniae observentur leges, quae ad litteras finales spectant. Eam ob causam युध् tanquam prius compositi membrum ante surdas transit in युत् et ante sonoras litteras in युद्.

**) Generalem regulam ante nasales raro a scriptoribus vidi observatam.

59. Praeter compositas et aspiratas litteras et puram aspirationem ह् littera indicatam, sequentes consonantes in fine vocum non admittuntur: 1. omnes palatinae*), nasali (ञ्) excepta, scilicet च्, छ्, ज्, झ्, nisi ex euphonica dentalium litterarum permutatione oriuntur; 2. duae priores sibilantes, scilicet श् et ष्. Dentalis sibilans (स्) et semivocalis र् certis sub conditionibus solum retinentur. De श, ष, स, ह et र litterarum permutatione proprio loco fusius agitur. Palatinae च् et छ् in क् transeunt; झ् transit in ट्, et ज् plerumque in क्, atque in paucis solum radicibus in ट् transit. Ambae autem hae surdae litterae secundum *r.* 56. et 58. permutationi in sonoras ग्, ड्, et in nasales ङ्, ण् sunt subjectae. E. c. वाच् *sermo* et असृज् *sanguis* transeunt in वाक् et असृक् (*r.* 56. *a.*) quae ante sonoras in वाग्, असृग्, et ante nasales in वाङ्, असृङ् mutatur (*r.* 58.); राज् *rex* (a radice राज् *splendere, regere*) transit in राट्, quod in राड् et राण् mutari potest **).

60. Initiali छ् litterae post vocalem brevem (interdum quoque post longam vocalem) respondens non aspirata च् anteponitur; ita dicitur e. c. तव च्छाया *tua umbra* pro तव छाया. Haec euphoniae lex in radices quoque vim exercet, si brevis reduplicata syllaba vel praepositio inseparabilis in brevem desinens vocalem, eis anteponitur, veluti चिच्छेद *scidi* vel *scidit,* परिच्छिनद्मि *scindo,* a rad. छिद्.

ANNOT. Quanquam haec regula in codicibus manuscriptis et editis libris saepissime negligitur, generalis ejus vis ex eo tamen cognoscitur, quod brevis vocalis ante छ् ubi pro च्छ् scriptum est, positione semper longam formet syllabam.

---

*) Ubi, in euphoniae regulis, cujuspiam organi memorantur consonantes, semper regulae 1. non vero regulae 29. litterarum divisio intelligitur; ita ut hic inter palatinas neque semivocalis य् neque sibilans श् sit referenda.

**) Vocabula, quae in aspiratas litteras छ् et झ् desinunt, vix inveniuntur.

61. त्, थ्, द्, ध् sequenti ल् atque palatini et lingualis ordinis litteris, nasalibus exceptis, assimilantur, ita tamen, ut generalis regulae 56. quae aspiratas in vocum fine non admittit, ratio sit habenda, quam ob rem e.c. त् ante छ् non in छ् sed in च् transit. Etiam ante palatinam sibilantem litteram (श), litterae supra dictae in च् transeunt; tum autem initiale श् plerumque in छ् transit, sed integrum quoque retineri potest. E. c. तल् लिख *hoc scribe* ex तद् लिख, तच् चर्म *hoc scutum* ex तद् चर्म, महज् जीवनम् *magna vita* e महत् जीवनम्, वेदभुच् चरति *Vêdorum gnarus it* e वेदबुध् चरति (v. *r.* 56. *c*$^{\beta)}$.), तड् डयनम् *hic volatus* pro तद् डयनम्, तच् छस्त्रम् vel तच् शस्त्रम् *hoc telum.*

62. Nasales ङ्, ण् et न् in fine vocum post brevem vocalem geminantur, si sequens vocabulum a quapiam vocali incipit, e.c. आसन्न् अत्र *erant ibi,* आसन्न् आदौ *erant in principio,* pro आसन् etc.

63. न् ante ज् et झ in palatinam (ञ्) atque ante ड् et ढ् in lingualem nasalem (ण्) transire potest, quod tamen rarissime accidit.

Annot. Varia hujus et sequentis regulae exempla in *Bhagavad-Gîtae* uno versu (V. 8. *b.*) habemus, ubi in editione Calcuttensi legitur:

पश्यञ्छृण्वन्स्पृशञ्जिघ्रन्नश्नन्गच्छन्स्वपञ्छ्वसन्

quod Schlegelius aptius scribit:

पश्यन् शृण्वन् स्पृशन् जिघ्रन्नश्नन् गच्छन् स्वपन् श्वसन्.

64. Ubi न् finalem litteram initiale sequitur श्, quattuor scribendi modi adhiberi possunt: 1. quod usitatissimum est, ambae concurrentes litterae nullam subeunt mutationem. 2. न् in ञ् mutatur et श् integrum retinetur; 3. न् in ञ् et श् in छ् transit; 4. inter ञ् et छ् inseritur च्. E. c. महान् *magnus* et शिष्यः discipulus scribi possunt: 1. महान् शिष्यः, 2. महाञ् शिष्यः, 3. माहाञ् छिष्यः, 4. महाञ् च्छिष्यः *).

*) Haec ultima scribendi ratio in *Dêvî-Mâhâtmyae* editione Calcuttensi saepissime, nisi quavis in occasione, adhibetur. In universum quoque न् ante श् multo frequentius quam ante ज्, झ्, ड् et ढ् solet mutari.

65. Inter न् finale et surdas litteras palatini, lingualis et dentalis ordinis euphoniae causa sibilans inseritur littera, ante quam न् secundum *r.* 15. in *Anusvâram* transit; inserenda autem sibilans littera ad organum sequentis litterae se accomodat, ita ut श् ante च् et छ्, ष् ante ट् et ठ, स् ante त् et थ् sit inserenda; e.c. श्रीमांश्चरति pro श्रीमान् चरति, महांष्टङ्कारः pro महान् टङ्कारः, आसंस्तत्र pro आसन् तत्र. *Anusvâra* ante inserendam sibilantem altero signo (ँ) quoque indicari potest, veluti श्रीमाँश्चरति etc.

Annot. Si textus perspicuitatis causa, separandae sunt duae, inserta sibilante, in unum contractae voces: sibilantem priori vocabulo adjungendam esse censeo (ut आसंस् तत्र non आसं स्तत्र), quia न् in fine vocum nunquam in *Anusvâram* transit, in medio autem vocum nunquam alia nasalis quam *Anusvâra* ante sibilantem litteram invenitur (v. *r.* 15.).

66. न् finale sequenti semivocali ल् assimilatur (cf. *r.* 61. et 70.); tum autem, ad indicandam finalis ल् litterae nasalem originem, altera *Anusvârae* forma adscribitur, quae hoc loco non pronunciatur; e.c. पक्षाँल् लुनाति *alas abscindit* pro पक्षान् लुनाति.

67. In fine prioris membri vocum compositarum न् abjicitur, atque antecedens vocalis easdem ac finales vocales sequitur euphoniae regulas; e.c. राजधर्म *regum officium* pro राजनधर्म; राजेन्द्र (v. *r.* 36.) *regum princeps* pro राजनिन्द्र.

68. म् finale semper ad sequentis litterae organum se accommodat, ita ut solum ante vocales et labiales integrum retineatur; ante gutturales (क्, ख्, ग्, घ्, ङ्) transit in ङ्, ante palatinas (च्, छ्, ज्, झ्, ञ्) in ञ्, ante linguales (ट्, ठ्, ड्, ढ्, ण्) in ण् et ante dentales (त्, थ्, द्, ध्, न्) transit in न्. Potest tamen म् finale secundum *r.* 16., tam ubi quampiam harum mutationum subit, quam ubi integrum retinetur, vicaria suppleri *Anusvâra*, quae semper illius nasalis litterae, cujus vice fungitur, pronunciationem habet.

E. c. तङ्ग गजम् vel तं गजम् *hunc elephantum*; तञ् चन्द्रम् vel तं चन्द्रम् *hanc lunam*; तण् डिम्बम् vel तं डिम्बम् *hoc ovum*; तन् दन्तम् vel तं दन्तम् *hunc dentem*; pro तम् गजम् etc.

Annot. म् finale, de quo haec et tres sequentes agunt regulae, ad grammaticas pertinet flexiones; म् radicale vero vix in ullius vocis fine invenitur, et apud scriptores a me nunquam repertum est; ubi tamen occurrit, tam ante pausam, quam ante quampiam litteram vocalem vel consonantem, in न् transire dicitur (v. *r.* 191.).

69. म् ante sibilantes, ह् litteram et ante semivocales य्, र्, ल् in *Anusvâram* transit necessariam (v. *r.* 15.), e. c. तं शत्रुम्, तं षट्चरणम्, तं सिंहम्, तं हंसम्, तं युवानम्, तं राजानम्, तं लाभम्; pro तम् शत्रुम् etc. Ante व् semivocalem, म् finale aut item in *Anusvâram* necessariam mutatur aut integrum retinetur; prius tamen est usu frequentius; e. c. कं विन्दुम् vel कम् विन्दुम्.

Annot. Excipitur ab hac regula, सम्राज् *rex supremus* vel *universalis*, vox composita, cujus pars prior est praepositio inseparabilis सम्. Vocabulum सम्यच् vero, quia e समि et अच् non vero e सम् et यच् compositum est (v. *r.* 199.), hanc regulam non transgreditur. Nam मि et मी syllabae finales, si इ et ई secundum *r.* 37. in य् mutantur, semper म्य्, non vero ंय् formant, ut काम्य् अस्ति *cupidus est* (e कामी अस्ति) non कांय् अस्ति.

70. म् finale quoque initiali य्, ल्, व् (nunquam र् semivocali) assimilari potest, quod ubi accidit, altera *Anusvârae* forma (ँ), quae non pronunciatur, ad indicandam finalis semivocalis nasalem originem, adscribitur; e. c. कँय् युवानम्, कँल् लाभम्, कँव् विन्दुम्.*)

71. म् finale aut ad primam ad secundam sequentis vocis litteram se accomodare potest, si prima est ह् et secunda न्, म्, य्, ल् vel व्. Hoc eo explicandum est, quod ह् initiale, cum nasalibus vel semivocalibus modo dictis conjunctum, tam debilem habeat pronunciationem, ut littera secunda quasi initialis litterae viee possit

---

*) Hujusmodi assimilationes apud scriptores nunquam inveni.

fungi, eo quod in vocis antecedentis finalem litteram exerceat vim euphonicam. E. c. कं ह्नुते vel कन् ह्नुते pro कम् ह्नुते; कं ह्लादते vel कँल् ह्लादते (v. r. 70.) pro कम् ह्लादते.

72. Semivocales य्, ल्, व् in fine vocum rarissime inveniuntur, atque, ubi occurrunt, nullam subeunt mutationem; र् vero semivocalis in vocabulorum fine saepius invenitur, atque sequentibus subjectum est euphoniae legibus:

a) Ante pausam atque surdas gutturalis et labialis ordinis litteras (क्, ख्, प्, फ्) in *Visargam* transit e. c. करोति पुनः, पुनः करोति, पुनः पचति pro करोति पुनर् (*facit iterum*) etc.

b) Ante surdas litteras palatini, lingualis et dentalis ordinis in sibilantem transit litteram, quae sequentis litterae organo respondet, scilicet ante च्, छ् in श्, ante ट्, ठ् in ष्, ante त्, थ् in स्; e. c. पुनश् चरति, पुनष् टीकते, पुनस् तरति, pro पुनर् चरति etc. Quodsi initiale त् cum sequente स् conjunctum est, quod rarissime accidit, र् finale in *Visargam* transit, uti पुनः त्सरति non पुनस् त्सरति.

c) Ante sibilantem litteram र् finale aut in *Visargam* mutatur aut sequenti sibilanti assimilatur; prius tamen est usitatius; e. c. पुनः शोभते vel पुनश् शोभते, पुनः सरति vel पुनस् सरति. Quodsi vero sequens sibilans cum alia surda consonante conjuncta est, र् finale aut easdem mutationes subire, aut abjici potest; plerumque tamen in *Visargam* transit e. c. पुनः स्कन्दति vel पुनस् स्कन्दति vel पुन स्कन्दति.

d) Ante sonoras litteras, sive sint vocales seu consonantes, र् finale, quia ipsum sonorum est, integrum servatur. Quodsi tamen initialis sonora littera item est र्, abjicitur र् finale, atque, si brevis ei antecedit vocalis, producenda hac vocali compensatur. E. c. पुनर् एति, पुनर् गच्छति, पुनर् जयति, पुना रमते.

73[a]). Vocales breves इ et उ in nominum thematibus producuntur ante र् finale, sive haec littera servetur integra, sive in *Visargam* vel स् mutetur; e.c. गीर्, गीः, गीस् pro गिर् *loquela*, धूर्, धूः, धूस् pro धुर् *temo*.

73[b]). र् in fine prioris compositorum membri ante क्, ख्, प् et फ् aut secundum *r.* 72[a]). in *Visargam*, aut in स् transire potest, quod quidem स्, secundum *r.* 101[a])., mutationi in ष् est subjectum; e.c. निःप्रभ vel निष्प्रभ *splendoris expers*, e निर् *ex* et प्रभा *splendor;* दुःकृत vel दुष्कृत *peccatum*, e दुर् *male* et कृत *factum;* गीःपति vel गीष्पति *loquelae dominus*, e गिर् *loquela* (vid. *r.* 73[a]).) et पति *dominus*. Quodsi tamen क् vel प् initiale cum sibilante littera conjunctum est, र् antecedens in *Visargam* solum transire potest, e.c. निःक्षय *exitii expers*, non निष्क्षय; निःप्सान *cibi expers*, non निष्प्सान.

Annot. Ubi ambae admittuntur mutationes, linguae usus, quod ad singula attinet composita, modo ad unam modo ad alteram mutationem magis se inclinat. Ita in exemplis supra dictis, forma posterior (ut निष्प्रभ) usu maxime est recepta; e contrario दुःख *dolor* (e दुर् *male* et ख *aër*) saepius quam दुष्ख dicitur, sed निष्फल (e निर् *ex* et फल *fructus*) *fructuum expers* saepius quam निःफल invenitur. Praeter dua haec vocabula, eorumque derivata, vix aliud invenitur, in quo र् cum sequente ख् vel फ् conveniat; in universum quoque, voces ab his aspiratis incipientes rarissimae sunt. — Grammatici etiam in compositis, ante surdas litteras क, ख, च, छ, ट, ठ, त, थ, प, फ, nisi cum sibilante conjunctae sunt, र् finale integrum servari permittunt. Hujusmodi exempla autem apud scriptores nunquam inveni. Wilsonus tamen compositum अहर्पति *sol* (*diei dominus*) exhibet, ex अहर् *dies* (vid. glossarium meum) et पति *dominus*.

SIBILANTES.

74. श् et ष् in vocum fine nunquam retinentur, sed plerumque in ट् transeunt, et in paucis tantum radicibus, veluti दृश् et मृष्, in क् mutantur; e.c. विट् pro विश् *intrans*, द्विट् pro द्विष् *inimicus*, द्विक्

pro दिश् *plaga*, सक् pro सष् *tolerans*.*) Hae autem litterae ट् et क् mutationibus, *r.* 56. et 58. expositis, sunt subjectae.

75. स् finale in euphonicis suis mutationibus maximam partem cum र् littera convenit, atque sequentibus subjectum est euphoniae legibus:

a) Ante pausam atque surdas gutturalis et labialis ordinis litteras (क्, ख्, प्, फ्) in *Visargam* transit; e. c. करोति रविः, रविः करोति, रविः पचति, pro करोति रविस् (*facit sol*) etc.

b) Ante surdas litteras palatini, lingualis et dentalis ordinis, sibilans retinetur, ita tamen, ut ad sequentis litterae organum se accomodet, quam ob rem श् ante च्, छ् ponitur ष् ante ट्, ठ्, et स् ante त्, थ्. E. c. रविश् चरति, रविष् टीकते, रविस् तरति. — Ubi त् initiale cum sequente स् conjunctum est, quod rarissime accidit, स् finale, ut nimis dura evitetur consonantium coacervatio, in *Visargam* transit; e. c. रविः त्सरति.

c) Quodsi स् finalem litteram alia sequitur sibilans, स् finale aut ei assimilatur, aut, quod usitatius est, in *Visargam* mutatur; e. c. रविः शोभते, रविः सरति vel रविश् शोभते, रविस् सरति. — Ubi vero sequens sibilans cum alia surda consonante conjuncta est, स् finale, ad arbitrium, aut eandem sequitur legem, aut abjicitur; e. c. रविः स्कन्दति, vel रविस् स्कन्दति, vel रवि स्कन्दति.

d) Ante sonoras litteras, sive sint vocales seu consonantes, स् finale, si alia vocalis quam अ vel आ ei antecedit, in र् mutatur. Quodsi tamen sequens sonora littera ipsa est र्, स् finale abjicitur, et, si brevis ei antecedit vocalis, producenda hac vocali compensatur. E. c. रविर् एति, रविर् गच्छति, रविर् जयति, रवी रमते.

---

*) ष् finale de quo FORSTERUS in Grammatica sua, pag. 36. N. 40. agit, euphonica litterae स est mutatio, neque hanc ob causam hujus regulae integritatem diminuit.

Faciliori hujus regulae conspectui inserviat haec tabula:

रविस् ante surdas	ante sonoras	ante pausam
रविः करोति	रविर् गच्छति	करोति रविः
रविश् चरति	रविर् जयति	चरति रविः
रविष् टीकते	रविर् ढौकते	टीकते रविः
रविस् तरति	रविर् द्रवति	तरति रविः
रविः त्सरति		त्सरति रविः
रविः पचति	रविर् बोधति	पचति रविः
रविः सरति vel रविस् सरति	रविर् एति	सरति रविः
रविः स्कन्दति vel रविस् स्कन्दति vel रवि स्कन्दति	रवी रमते	स्कन्दति रविः

76[a]. इ et उ vocales producuntur ante स् finale, quo nominis thema finitur, si, quod raro accidit, स् littera non ad quampiam terminationem vel suffixum, sed ad radicem ipsam pertinet;*) e. c. आशिस् (a rad. शास्, mutato आ in इ) *benedictio* transit in आशीस्, cf. *r.* 73[a].

76[b]. स् finale cum praecedente अ ante omnes sonoras consonantes (र् semivocali non excepta) et ante अ vocalem in ओ transit, sequens अ vero eliditur et elisionis signo (ऽ) suppleri potest, quod tamen saepe negligitur; e.c. गजो गच्छति, गजो रमते, गजो ऽस्ति pro गजस् गच्छति, गजस् रमते, गजस् अस्ति. — Ante quamvis aliam vocalem quam अ, अस् finale mutatur in अ vocalem, quae cum sequente vocali non coalescit, sed semper integra servatur. Hoc autem अ ex अव् syllaba, abjecto व्, explicandum esse censeo (cf. *r.* 40. et 38.), quia verisimiliter priori linguae aetate अस् finale non solum ante sonoras consonantes et अ vocalem, sed ante omnes quoque reliquas

---

*) In exemplo रविस् finale स् Nominativi signum est.

vocales in ओ transiit, quod ante vocales, quae non sicut अ initiale elidebantur (cf. *r.* 38.), in अव् mutari debuit. E. c. गजा आसीत्, गजा इति pro गजव् आसीत्, गजव् इति, e गजस् आसीत्, गजस् इति.*)

ANNOT. Syllabae अस् mutatio in ओ a Grammaticis indicis recte eo explicatur, quod स् transeat in उ vocalem, quae cum praecedente अ secundum generalem regulam 36. in ओ coalescat. Eodem modo in gallica lingua *l* in vocalem *u* dissolvitur, quae item cum antecedente a coalescit, ut in *animaux* ex *animals, au* ex *al, faux* ex falsus, *maudire* e *maldire*.

77. Nominativi सस् *is, hic, ille* et एष *hic* a generali regula excipiuntur, atque ante omnes consonantes स् finale abjiciunt. Ubi tamen cum praefixo negativo अ conjuncti sunt, quod apud scriptores nunquam inveni, generalem legem sequi dicuntur. सस् quoque, ubi cum एषस् *hic* convenit et e lege 76[b]. sibilantem finalem abjicit, cum sequente ए contra *r.* 76[b]. coalescit in सै (सै 'षस्).

78. स् finale post आ vocalem ante omnes sonoras litteras (vocales et consonantes) abjicitur, sed antecedens आ cum sequente vocali non coalescit, e. c. गजा अटन्ति, गजा ईचन्ते, गजा गच्छन्ति pro गच्छास् अटन्ति.*) Eandem legem sequitur स् finale interjectionum भोस्, भगोस् et अघोस्.

ANNOT. 1. स् finalis litterae abjectionem, quae hac regula praescribitur, eo explicandam esse censeo, quod आस् primitive in औ, ex आ et उ conflatam diphthongum, transierit, consentanee cum अस् syllabae mutatione in ओ ex अ + उ (vid. *r.* 76.); ita ut स् finale tam post अ quam post आ in उ sit transformatum. Diphthongus औ vero ante vocales mutanda erat in आव्, ex quo, abjecto व्, आ remansit, sicut in *r.* 76. अ ex अव् abjecto व् ortum est. Quod autem ad आ vocalem attinet, ubi ante sonoras consonantes औ diphthongi locum tenet (veluti in exemplo supra dicto गजा गजन्ति), rationem hujus permutationis in औ diphthongi cum

*) Ante pausam et surdas consonantes स् finale, cui अ vel आ antecedit, easdem ac quodvis aliud स् finale sequitur leges (vid. *r.* 75.).

आ vocali affinitate video, quam ob rem in verborum conjugatione quoque, औ et aliae diphthongi saepe in आ transeunt. — Grammatici quoque अस् et आस् syllabarum finalium mutationem in अय् et आय् admittunt, ubi regula 76. et 78., ante vocales, स् littera abjici jubetur; ita ut pro गज आसीत्, गजा अटन्ति dici posset गजय् आसीत्, गजाय् अटन्ति. Apud scriptores tamen hujusmodi permutationes nunquam inveni.

Annot. 2. Interdum metri causa apud poëtas आ finale, abjecto स्, contra regulam 78., cum sequente अ, nunquam tamen cum alia vocali, coalescit, neque etiam अ, abjecto स्, cum sequente vocali contrahitur. Dici potest, e. c. गजा 'टन्ति pro गजा अटन्ति, non vero गजे "क्षन्ते pro गजा ईक्षन्ते, neque गजै 'ति pro गज एति.*)

79. स् finale in priori vocis compositae membro ante surdas gutturales et palatinas (क्, ख्, प्, फ्) aut secundum regulam generalem in *Visargam* transit, aut, quod longe usitatissimum est, integrum retinetur, nisi secundum *r.* 101 b). in ष् mutandum est; e. c. भास्कर vel भाःकर *sol*, e भास् *splendor* et कर *qui facit*, भास्पति vel भाःपति *sol*, e भास् et पति *dominus*, धनुष्कर vel धनुःकर *sagittarius*, e धनुस् *arcus* et कर. Quodsi tamen initiale क् vel प् cum sibilante littera conjunctum est, antecedens स्, ad evitandam nimis duram consonantium coacervationem, semper in *Visargam* transit, e. c. भाःक्षय, non भास्क्षय *luminis occasus*, e भास् et क्षय *occasus*.

80. Post praepositionem inseparabilem vel reduplicativam syllabam, in aliam vocalem quam अ vel आ desinentem, स् initiale radicum transit in ष्, cujus vi euphonica sequens त्, थ् vel न् in sibi respondentem lingualem litteram mutantur, scilicet त् in ट्, थ् in ठ् atque न् in ण्; e. c. निषूदे *destruo*, a rad. सूद् praefixo नि, तुष्टाव *laudavit*, a rad. स्तु cum syllaba reduplicativa तु, तिष्ठामि *sto*, a rad.

---

*) चित्रग्रीवोवाच pro चित्र ग्रीवउवाच (e चित्रग्रीवस् उवाच) similesque contractiones in *Hitôpadêsae* editione Londinensi editoris lapsui tribuendae sunt, atque in editione Serampurensi recte legitur चित्रग्रीव उवाच.

स्था cum syllaba redupl. ति, सिष्णेह *amavi* vel *amavit*, a rad. स्निह् cum syllaba redupl. सि. Recedunt autem ab hac lege: 1. radices quae ऋ vel ॠ vocales continent, e.c. अनुसरामि *sequor* a सृ praef. अनु, विस्तीर्ण *extensus*, *magnus* a स्तॄ praef. वि, विसृजामि *relinquo* a सृज् praef. वि.*) 2. radices quae aliam consonantem quam त्, थ्, न् et व् cum initiali स् conjunctam habent, et nonnullae a स्व् incipientes radices; e.c. विस्फुरत् *renitens*, विस्मयत् *subridens*, a स्फुर् et स्मि praef. वि, सुस्राव *fluxit* a स्रु cum syllaba reduplicativa सु, पुस्फुर्ज *explosit*, a स्फुर्ज् cum syllaba reduplicativa पु. निस्वन *sonus*, *tumultus*, a स्वन् praef. नि suff. अ.**)

Annot. **In nonnullis compositis, prioris membri vocalis finalis eandem vim in posterioris membri initiale स् exercet; e.c. अग्निष्ठ *sartago*, compositum ex अग्नि *ignis* et स्थ *stans*.**

81[a]). ह् littera in vocum fine nunquam retinetur, sed plerumque in ट् transit; solum in radicibus a द् incipientibus, ह् littera finalis in क् transit, ita tamen ut aspiratio, quae in vocis fine evanescit, ad radicis initium recedat, quo द् in ध् mutatur (cf. *r.* 56. c^{β}.). Litterae ट् et क् secundum *r.* 56. et 58. mutationi in non aspiratam sonoram et nasalem ordinis sui subjectae sunt. E.c. लिह् *lambens*

***) Rationem hujus exceptionis in eo video, quod ऋ et ॠ vocales, quia cum lingualibus consonantibus cognatae sunt, aeque ac ipsis respondens semivocalis lingualis ordinis (र्), sibilantem ejusdem organi in radicis initio repudiant.**

****) Plurimae a स्व् incipientes radices generalem sequuntur regulam, e.c. सुष्वाप *dormivit* a स्वप्, परिष्वज्य *amplectendo* a स्वञ्ज् praef. परि. Quaedam radices, quae apud grammaticos, sine duabus rationibus supra indicatis, स् initialem litteram post aliam vocalem quam अ et आ integram retinent, tam rarissimo usu sunt, ut vix ullum earum derivatum apud auctores inveniatur, quam ob rem veritatem ejus, quod de his incertis radicibus grammatici statuunt, dubitare liceat.**

et दुह् *mulgens* transeunt in लिट्, धुक्; ante sonoras in लिड्, धुग्; et ante nasales in लिण्, धुङ्.

81[b]). ह् littera initialis, quia sonora est littera, efficit ut antecedens surda in non aspiratam sonoram transeat (vid. *r.* 56.), ह् ipsum autem ad arbitrium aut integrum retinetur, aut, quod longe usitatissimum est, in aspiratam antecedentis litterae mutatur; e. c. वाक् et हीन formant वाग्घीन vel वाग्हीन *sermone privatus*, प्रविशेत् et हव्यवाहम् formant प्रविशेद् धव्यवाहम् vel प्रविशेद् हव्यवाहम्.

DE QUIBUSDAM LITTERIS RARISSIME INSERTIS.

82[a]). A grammaticis indicis statuuntur sequentes litterarum inserendarum leges, quae ad arbitrium observari vel negligi possunt:

a) Inter finale ङ् vel ण् et sequentem initialem sibilantem, primo loco क्, altero ट् inseri potest, e. c. pro प्राङ् षष्ठ et सुगण् षष्ठ dici potest प्राङ्क्षष्ठ, सुगण्ट्षष्ठ.

b) Inter ट् vel न् finale et स् initiale, त् inseri potest, e. c. pro षट् सन्तः et सन् सः scribi potest षट्त्सन्तः*) et सन्त्सः

c) Inter न् finale et श् initiale च् inseri potest, ita tamen ut न् secundum *r.* 64. in ञ् mutetur; e. c. pro सन् शत्रुः dici potest सञ्च्शत्रुः**).

82[b]). Inter कान् *quos?* et कान् repetitum, atque inter Accusativum नॄन् *viros* et quamvis initialem प् litteram, स् euphonicum inseri potest, ita tamen ut न् secundum *r.* 15. in *Anusvâram* necessariam mutetur, quae altero signo (ँ) indicari potest. Scribitur

---

*) Hanc scriptionem eo explicandam esse censeo, quod lingualis ट littera ante dentalem sibilantem in respondentem dentalem त् transeat, ita tamen ut ट् quoque in scriptura retineatur, quanquam pronunciari nequit. Eundem in modum arabici articuli *l* littera, ubi sequenti litterae assimilatur, in scriptura tamen conservatur.

**) Post insertam च् litteram श् plerumque in छ् transit, veluti सञ्च्छत्रुः (cf. *r.* 64.).

Consonantes finales / Consonantes initiales	ठ	ड	ढ	ण	त	थ
क् ख् ग् घ् च् छ्	क्ठ	ग्ड	ग्ढ	ङ्ण	क्त	क्थ
ङ्	क्ठ	ग्ड	ग्ढ	ङ्ण	क्त	क्थ
	ट्ठ	ड्ड	ड्ढ	ण्ण	ट्त	ट्थ
ट् ठ् ड् ढ् ळ्	ट्ठ	ड्ड	ड्ढ	ण्ण	ट्त	ट्थ
त् थ् द् ध्	ट्ठ	ड्ड	ड्ढ	न्ण	त्त	त्थ
न्	ंष्ठ	न्ड 3)	न्ढ 4)	न्ण	ंस्त	ंस्थ
प् फ् ब् भ्	प्ठ	ब्ड	ब्ढ	म्ण	प्त	प्थ
म्	ण्ठ	ण्ड	ण्ढ	म्ण	न्त	न्थ
र्	ष्ठ	र्ड	र्ढ	र्ण	स्त	स्थ
श् ष्	ट्ठ	ड्ड	ड्ढ	ण्ण	ट्त	ट्थ
	क्ठ	ग्ड	ग्ढ	ङ्ण	क्त	क्थ
स् *)	ष्ठ	र्ड	र्ढ	र्ण	स्त	स्थ
अस्	अष्ठ	ओड	ओढ	ओण	अस्त	अस्थ
आस्	आष्ठ	आ ड	आ ढ	आ ण	आस्त	आस्थ
ह्	ट्ठ	ड्ड	ड्ढ	ण्ण	ट्त	ट्थ
	क्ठ	ग्ड	ग्ढ	ङ्ण	क्त	क्थ

*) Si alia

1) vel ञ्ज v.

7) vel ड्क r. 79. 8) vel ढ्ख r. 79. 9) vel अस्क r. 79.

10) vel अस्ख

र	ल	व	श	ष	स	ह
⋮	⋮	⋮	⋮	⋮	⋮	⋮
ग्र	ग्ल	ग्व	क्श	क्ष	क्स	ग्घ vel ग्ह
ग्र	ग्ल	ग्व	क्श	क्ष	क्स	ग्घ vel ग्ह
ड्र	ड्ल	ड्व	ट्श	ट्ष	ट्स[1])	ड्ढ vel ड्ह
ड्र	ड्ल	ड्व	ट्श	ट्ष	ट्स[1])	ड्ढ vel ड्ह
द्र	ल्ल	द्व	च्छ	त्ष	त्स	द्ध vel द्ह
न्र	ल्ल	न्व	न्श[2])	न्ष	न्स[3])	न्ह
ब्र	ब्ल	ब्व	प्श	प्ष	प्स	ब्भ vel ब्ह
ंर	ंल[5])	ंव[6])	ंश	ंष	ंस	ंह
र	र्ल	र्व	:श[7])	:ष[8])	:स[9])	र्ह
ड्र	ड्ल	ड्व	ट्श	ट्ष	ट्स[1])	ड्ढ vel ड्ह
ग्र	ग्ल	ग्ल	क्श	क्ष	क्स	ग्घ vel ग्ह
र	र्ल	र्व	:श[7])	:ष[8])	:स[9])	र्ह
ओ र	ओ ल	ओ व	अ:श[10])	अ:ष[11])	अ:स[12])	ओह
आ र	आ ल	आ व	आ:श[13])	आ:ष[14])	आ:स[15])	आ ह
ड्र	ड्ल	ड्व	ट्श	ट्ष	ट्स[1])	ड्ढ vel ड्ह
ग्र	ग्ल	ग्व	क्श	क्ष	क्स	ग्घ vel ग्ह

6) vel म्व vel ँव्व *r.* 70. 7) vel श्श. 8) vel ष्ष. 9) vel स्स. 10) vel अश्श.

igitur e. c. नॄन् पाति vel नॄंस्पाति vel नॄँस्पाति *viros regit;* eodem modo scribitur कान् कान् vel कांस्कान् vel काँस्कान् (cf. *r.* 65.).

ANNOT. Facilem conspectum mutationum, quas consonantes finales et initiales duarum concurrentium vocum subeunt, sequens praebet tabula, eundem in modum, quo p. 32. vocalium mutationes exhibitae sunt. Ubi plures consonantes finales ante unam eandemque consonantem initialem eandem subeunt mutationem, ad laevam has litteras in unam redegi seriem, ne de quavis earum separatim sit agendum; e. c. क्, ख्, ग्, घ् et च् liiterae cunctae cum sequente क formant क्क et cum ग formant ग्ग etc. (vid. *r.* 56. et 59.), quam ob rem singularem earum demonstrationem non necessariam censui.

MUTATIO CONSONANTIUM ANTE FLEXIONES ET SUFFIXA, QUIBUS VOCES FORMANTUR.

83. Consonantes, in quas radices vel nominum themata desinunt, ubi cum flexionibus vel vocum formandarum suffixis componendae sunt, has sequuntur generales leges, quae tamen ex parte specialibus regulis finiuntur (cf. *r.* 56.):

a) Vocales, semivocales et nasales flexionum et suffixorum nullam exercent vim in radicum vel nominum thematum finalem consonantem, sive sit surda seu sonora, sive aspirata seu non aspirata; e. c. पतामि *cado* a radice पत्, शास्वस् *nos ambo regimus,* शास्मि *rego,* a radice शास्, त्यज्य *relinquendus* a radice त्यज्, लभ्य *adipiscendus* a radice लभ्.

b) Ante omnes reliquas sonoras consonantes, (quia majorem vim in antecedentem consonantem exercent quam debiles litterae supra dictae) quaevis surda et aspirata littera in sibi respondentem non aspiratam sonoram transit litteram, e. c. महत् cum भ्यस् format महद्भ्यस् *magnis,* युध् cum भ्यस् format युद्भ्यस् *pugnis.* Sibilantes, quia sibi respondente sonora littera carent, peculiares sequuntur leges.

c) Sonorae consonantes, sive sint aspiratae seu non aspiratae, ante surdas in non aspiratam surdam ordinis sui litteram transeunt, e. c. अद् cum सि, ति et थ format अत्सि *edis,* अत्ति *edit,* अत्थ *editis;* लभ् cum स्ये format लप्स्ये *adipiscar,* युध् cum सु format युत्सु *in pugnis* a युध् *pugna.* Semivocales et ह् littera, quia respondente surda littera carent, speciales sequuntur leges.

d[α]) Sonorarum consonantium aspiratio, ubi secundum *r. b*) et *c*) est supprimenda, certis legibus transfertur, ita ut aut ad sequentem litteram progrediatur aut ad radicis initialem litteram regrediatur. Prius semper locum habet, si sequens flexio vel suffixum a त् vel थ् incipit; nam त et थ litterae ad antecedentem aspiratam sonoram eo se accomodant, quod et sonorae et aspiratae fiunt, i. e. in ध् transeunt, quam ob rem sonora aspirata, in quam radix vel nominis thema desinit, non in tenuem surdam sed in tenuem sonoram ordinis sui transit; e. c. radix शुध् cum suffixis त et तुम् format शुद्ध *purificatus,* शोद्धुम् *purificare,* neque शुत्त, शोत्तुम्, quod ex lege *c*) exspectaveris; पुण्यलभ् *sanctus* (ad litteram, *purum adipiscens*) cum suffixo ता format vocem derivativam पुण्यलब्धा *sanctitas,* non पुण्यलप्ता.

d[β]) Ante omnes alias consonantes quam त् et थ् et eas, quas *r. a*) describit, sonorae consonantis aspiratio, quae secundum *r. b*) et *c*) supprimitur, ad initialem radicis litteram recedit, si haec littera quaepiam, praeter ज् litteram, tenuis sonora, quae affinem aspiratam habeat, est littera, i. e. ग्, ड्, द् vel ब्. Mutantur igitur hae litterae, ex ordine suo, in घ्, ढ्, ध्, भ्; e. c. भोत्स्यामि *noscam* a rad. बुध्, वेदभुद्भ्यस् *Vêdos-noscentibus,* वेदभुत्सु in *Vêdos-noscentibus,* a वेदबुध् (cf. *r.* 56. *c*[β]).

Annot. Inter nominum themata et Locativi flexionem सु, ubi conditiones regulae 82[a]). *b.* locum habent, dentalis त् littera inseri potest, e. c. विड्सु vel विड्त्सु *in intrantibus* a विश् v. *r.* 98. et not. ad *r.* 82[a]). *b.*

84. Nominum themata, quae in duas desinunt consonantes, ultimam abjiciunt ante casuum flexiones, quae a consonante incipiunt; e. c. सुवल्भ्यस् *pulchre-euntibus,* सुवल्षु (v. *r.* 101[a]).) *in pulchre euntibus,* a सुवल्ग् (cf. *r.* 57.). Si penultima vero est र्, ultima consonans retinetur; formae desiderativae, quanquam र् pro penultima habent, tamen ultimam consonantem abjiciunt.*)

SPECIALES REGULAE.

85. Suffixum *taddhitum* मय, quod ad vim euphonicam initialis म litterae attinet, eandem habet potestatem, ac si separata esset vox; e. c. क्षुन्मय *famelicus,* a क्षुध् *fames* (v. *r.* 58.), तेजोमय *splendidus* a तेजस् *splendor* (v. *r.* 76[b]).); pro क्षुध्मय, तेजस्मय secundum *r.* 83. *a.***)

86. च् ante surdas in क् et ante sonoras consonantes, semivocalibus et nasalibus exceptis, in ग् transit (cf. *r.* 59.); e. c. वच् cum ति, थ, स्यामि, तुम् format वक्ति *dicit,* वक्थ *dicitis,* वक्ष्यामि (vid. *r.* 101[a]).) *dicam,* वक्तुम् *dicere;* वाच् cum भ्यस् format वाग्भ्यस् *sermonibus* (cf. *r.* 59.).

87. छ् quod praeter radicem प्रछ् *interrogare* rarissime cum flexionibus vel suffixis, quae a consonante incipiunt, componitur, has sequitur euphoniae leges: *a*) ante त्, थ् in ष् transit, e. c. प्रष्टुम् *interrogare* a rad. प्रछ्; *b*) ante स् terminationum verbalium, in क् transit; e. c. प्रक्ष्यामि *interrogabo,* e प्रछ् et स्यामि (vid. *r.* 101[a]).); *c*) ante सु terminationis Locativi plur. in ट् transit; *d*) ante sonoras consonantes, semivocalibus et nasalibus exceptis, in ड् transit; *e*) ante व्

---

*) Interdum quoque ante alias quam casuum flexiones ultima duarum consonantium abjicitur, quod peculiares grammaticae regulae accuratius definient.

**) Omnia reliqua suffixa *taddhita* sequuntur regulam 83. etc., e. c. तेजस् cum विन् format तेजस्विन् *splendidus* non तेजोविन्, धनुस् *arcus* cum मत् format धनुष्मत् (v. *r.* 101[a]).) *arcu praeditus,* non धनुर्मत् (v. *r.* 75.).

et म् in prima Dualis et Pluralis persona et ante वन् suffixum, छ् littera aut secundum *r.* 83. *a*) integra retinetur, aut in श् mutatur; ante suffixum *kridantum**) न, छ् item in श् transit.**)

88. Radices, quae ante finale छ् brevem habent vocalem, litterae छ respondentem tenuem anteponunt, ubi cum flexione vel suffixo, a quapiam vocali, semivocali vel nasali incipiente, conjungitur; e.c. ऋच्छति *it* a ऋछ् (cf. *r.* 60.).***)

89. ज littera, *a*) in plurimis radicibus easdem ac ज् subit mutationes; e.c. युज् cum ति et थ format युनक्ति *jungit*, युङ्क्थ *jungitis*, cum स्यामि format योक्ष्यामि (v. *r.* 101[a].) *jungam*, cum भ्यस्, युग्भ्यस् *jungentibus*. *b*) In quibusdum radicibus ज् sequitur analogiam litterae छ, e. c. मृज् cum ति et थ format मार्ष्टि *purificat*, मृष्ठ *purificatis* (v. *r.* 91.), मृज् cum स्यामि format मार्क्ष्यामि (v. *r.* 101[a].) *purificabo*, cum सु et भ्यस् format मृट्सु *in purificantibus*, मृड्भ्यस् *purificantibus*.

Annot. Interdum quoque, quod vocum formandarum doctrina accuratius definiet, च् et ज् ante vocalem vel semivocalem in sibi respondentem gutturalem transeunt, i. e. च् in क् et ज् in ग्; e. c. शोक *moeror* a rad. शुच्, वाक्य *sermo* a rad. वच्, योग *conjunctio* a rad. युज्.

90. क्ष littera, ubi, quod rarissime accidit, in fine radicis vel nominis thematis locum habet, ante consonantes flexionum vel suffixorum easdem ac च् subit mutationes in क् et ग् (v. *r.* 86.).

---

*) *Kridanta* nominantur ea suffixa, quibus nomina primitiva e radicibus formantur.

**) Exempla mutationum, quae regula *c*) et reliquis praescribuntur, apud scriptores nunquam inveni.

***) Quanquam haec regula in codicibus manuscriptis saepissime negligitur, generalis ejus vis ex eo tamen cognoscitur, quod छ्, ubi pro च्छ् scriptum est, positione semper longam format syllabam. Ante semivocales tamen et nasales च् littera ommiti potest. Wilsonus radices, quae finali छ् ex hac euphoniae lege tenuem च् anteponunt, perperam primitive cum च्छ् scribit.

91. Linguales ट्, ठ्, ड्, ढ्, ण् et ष्, ubi cum dentalibus त्, थ् et ध् conveniunt, harum litterarum quamque in respondentem lingualem transire faciunt — scilicet त् in ट्, थ् in ठ् et ध् in ढ् — ita tamen, ut prior convenientium lingualium generalem sequatur regulam 83. e. c. ईड् cum ते et ध्वे format ईट्टे *laudat,* ईड्ढ्वे *laudatis,* गण् cum ति format गणिट *numeratio,* द्विष् cum ति et थ format द्वेष्टि *odit,* द्विष्ठ *odistis.*

92. न् littera abjicitur *a*) ante omnes consonantes suffixorum *taddhitorum* (v. annot. ad *r.* 48.) et casuum flexionum; e. c. नामन् *nomen* cum suff. तस् format adverbium नामतस् *nomine,* cum casuum flexionibus भ्यस् et सु format नामभ्यस् *nominibus,* नामसु *in nominibus; b*) ante consonantes (semivocalibus et nasalibus exceptis) earum terminationum personalium et suffixorum *kridantorum* (vid. annot. ad *r.* 87.), quae *Gunam* non requirunt,*) न् pariter abjicitur; e. c. हन् cum थ et त format हथ *occiditis,* हत *occisus;* sed हन् cum Infinitivi suffixo तुम्, quod *Gunae* incrementum requirit, format हन्तुम् *occidere,* neque हतुम्.

93. Post palatinas च् et झ् dentalis nasalis न् in palatinam nasalem ञ् transit, quanquam ceterum nasales solum ad sequentis litterae organum se accomodant; e. c. याच् cum ना format याचञा *postulatio,* यज् cum न format यज्ञ *sacrificium.*

94[a)]. Dentalis न्, ubi in suffixis vel flexionibus vocalem vel semivocalem post se habet, in lingualem nasalem ण् transit, quodsi in vocis radice (non vero in quopiam ei adjuncto praefixo) litterae ऋ, ॠ, र् vel ष् antecedunt, quanquam una vel plures litterae vocales, gutturales (क्, ख्, ग्, घ्, ङ्, ह्), labiales (प्, फ्, ब्, भ्, म्) vel

---

*) Flexiones et suffixa quae *Gunam* exigunt, ideo fortiorem petunt radicis formam, quam ob rem ejus diminutionem non admittunt.

semivocales य् et व् intercedunt;*) e. c. वृ cum नोति et न्वन्ति format वृणोति *eligit*, वृण्वन्ति *eligunt*, गृह् cum नाति format गृह्णाति *capit*, चक्रिन् *discum habens* (e चक्र *discum* suff. इन्) cum आ format चक्रिणा *per discum habentem*, चिकीर्ष cum मान format चिकीर्षमाण *facere cupiens*.

94[b]. Littera र् praefixorum प्र, परि et परा eandem, quam *r.* 94[a]. exponit, vim exercet in sequentem initialem cujuspiam radicis न् litteram, atque in न् praefixi नि; e. c. प्रणुदति *mittit*, e प्र et नुदति, प्रणिपतति *procumbit*, ex प्र et निपतति.

Annot. In nonullis vocabulis र् praefixorum, vel prioris in composito membri, in न् finalem radicis vel thematis eandem vim exercet e. c. प्राण *halitus* a rad. अन् *spirare*, praefixo प्र, वृत्रहणाम *Vritri occisorem*, a वृत्रहन्.

95. म् ante suffixa, quae a त् incipiunt, aut in न् mutatur, aut abjicitur. Prius locum habet ante suffixa, quae *Gunam* requirunt, e. c. गन्तुम् *ire* a गम्; abjicitur autem म् radicale ante suffixa quae *Gunam* non requirunt; e. c. गत *qui ivit*, गति *itio*, a rad. गम् (cf. *r.* 92.). Radices tamen, quae ante suffixa, *Gunam* non requirentia, mediam अ vocalem producunt, म् finale in न् mutant; e. c. श्रान्त *defessus*, a rad. श्रम्.

Annot. Cum personarum vel casuum flexionibus म् radicale vix unquam proxime componitur; ubi tamen hoc accidit, e grammaticorum indicorum sententia, म् ante consonantem in न् vel secundum *r.* 15. in Visargam n e c e s s a r i a m transit. Ante Locativi flexionem सु tamen, म् littera contra *r.* 15. in न् mutari dicitur.

SEMIVOCALES.

96. य् et व् semivocales vix unquam cum flexionibus vel suffixis, quae a consonante incipiunt, proxime conjunguntur; ubi autem

*) Omnes aliae litterae euphonicam litterarum ऋ, ॠ, र् et ष् vim in sequentem nasalem infringunt, e. c. dicitur रथिनम् non रथिणम् a रथिन् *currum habens*.

hoc accidit, ante omnes consonantes, म् excepto, abjici, ante म् vero ad arbitrium aut abjici aut retineri dicuntur.

97. र् et ल् semivocales nullam ante consonantes subeunt mutationem, sed इ et उ vocales breves, ubi र् finali antecedunt, ante quamvis a consonante incipientem flexionem vel suffixum producuntur; e. c. गीर्भ्यस् *sermonibus,* गीर्षु (v. *r.* 101[a].) *in sermonibus,* a गिर् *sermo* (cf. *r.* 73[a].).

98. श् in fine radicum vel nominum thematum has sequitur euphoniae leges: *a*) ante त् et थ् transit in ष् e. c. दृष्ट *visus* e दृश् + त, उष्ठ *desideratis,* e वश् + थ (v. *r.* 91.). *b*) Ante स् flexionum verbalium श् transit in क्, e. c. वक्षि *desideras,* e वश् + सि, देक्ष्यामि *monstrabo* e दिश् + स्यामि (v. *r.* 101[a].). *c*) Ante sonoras consonantes (praeter semivocales et nasales, v. *r.* 83. *a.*) flexionum verbalium, श् transit in ड्, e. c. ऐड्ढ्वम् *imperabatis* ex ऐश् (a rad. ईश्) + ध्वम् (vid. *r.* 91.). *d*) Nomina in श् desinentia duos constituunt ordines, quorum alter श् sibilantem ante सु in क् et ante भ् in ग् immutat, alter ante सु in ट् et ante भ् in ड्; e. c. दिक्षु *in plagis,* दिग्भ्यस् *plagis,* a दिश् (v. *r.* 101[a].), विट्सु *in intrantibus,* विड्भ्यस् *intrantibus,* a विश्.

99. ष् ante त् et थ् nullam subit mutationem, sed secundum *r.* 91. efficit ut hae dentales litterae in respondentes linguales transeant, i. e. त् in ट् et थ् in ठ्; e. c. द्वेष्टि *odit* e द्विष् + ति, द्विष्ठ *odistis* e द्विष् + थ. In omnibus aliis rebus ष् littera easdem sequitur leges ac श् e. c. द्वेक्षि *odisti,* द्वेक्ष्यामि *odero* (vid. *r.* 98. *b.*), द्विड्ढ्वे *odistis* (*r.* 98. *c.*) a rad. द्विष्; मृक्षु *in tolerantibus,* मृग्भ्यस् *tolerantibus,* a मृष्, त्विट्सु *in splendoribus,* त्विड्भ्यस् *splendoribus* a त्विष् (v. *r.* 98. *d.*).

Annot. Vox सजुष् *comes,* et formae desiderativae ut जिगदिष् *dicere cupiens,* integritatem hujus regulae non diminuunt, nam desiderativorum character est स्, quod secundum *r.* 101[a]. mutationi in ष् subjectum est; quia autem स् littera nunquam in fine vocum in ष् transit, (nisi sequens vocabulum a ष् incipit), pro जिगदिष् pro-

prie त्रिगादिस् scribendum est, quod secundum *r.* 75. in त्रिगादिः vel त्रिगादिर् transire potest, et ante vocales flexionum casuum, e lege 101[a]., in त्रिगादिष् transit, ut त्रिगादिषम्, त्रिगादिषस् etc. Quod autem ad vocem सजुष् attinet, hoc rarissimum vocabulum, quod apud scriptores nunquam inveni, a grammaticis indicis e स *cum* et जुष् *placere* deducitur; haec explicatio autem nullo confirmatur argumento, et eam falsam esse, ex eo apparet, quod hujus vocis finalis littera nulla in re cum quapiam alia in ष् desinente voce convenit, sed e contrario accuratissime analogiam sequitur vocum in स् desinentium, quae aliam vocalem quam अ vel आ penultimam habent. Statuimus igitur सजुस् tanquam verum hujus vocis thema.

100. स् littera has sequitur euphoniae leges: *a*) ante sonoras consonantes (praeter semivocales et nasales, v. *r.* 83. *a.*), flexionum verbalium, in द्, atque ante स् flexionum verbalium, signo secundae personae excepto, in त् transit, e. c. आद्ध्वे (आद्ध्वे) *sedetis*, ex आस् + ध्वे, वत्स्यामि *habitabo*, e वस् + स्यामि, अवात्सम् *habitabam*, e वस्, producto अ, + सम्. Ante Imperativi terminationem धि, sibilans स् ad arbitrium aut in द् mutari aut abjici potest, e. c. सद्धि vel सधि *dormi*, ex सस् + धि.

b) Ante secundae personae signum स्, स् radicale, si अ vel आ ei antecedunt, nullam subit mutationem; quodsi vero quaepiam alia vocalis ei antecedit, स् quo secunda persona indicatur, ex euphoniae lege 101[a]. in ष् transit, atque स् radicale aut in *Visargam* transire aut litterae ष् assimilari potest; e. c. सस्सि *dormis*, e सस् + सि, पेपिःषि vel पेपिष्षि *is* ex पेपिस् + सि. Ante Imperativi terminationem स्व, स् radicale plerumque abjicitur, e. c. आस्व *sede* ex आस् + स्व.

c) Ante casuum flexiones, स् easdem subit mutationes, quae regulis 75, 76 et 78. praescriptae sunt; e. c. धनुर्भ्यस् *arcubus* a धनुस् (*r.* 75. *d.*), तेजोभ्यस् *viribus* a तेजस् (*r.* 76[b].), भाभ्यस् *splendoribus* a भास् *splendor* (*r.* 78.). तेजःसु vel तेजस्सु, भाःसु vel भास्सु, धनुःषु vel धनुष्षु (*r.* 75. *c.* et 101[a].), a तेजस्, भास्, धनुस्.

d) Ubi स्, in quod nominis thema desinit, radicalis est littera, neque ad vocum formandarum quodpiam suffixum pertinet, vocales इ et उ, huic स् radicali antecedentes, producuntur ante casuum flexiones, quae a consonante incipiunt littera; e. c. आशीर्भ्यस्, आशीःषु vel आशीष्षु, ab आशिस् *benedictio,* e radice शास् mutato आ in इ (cf. *r.* 76[a].).

101[a]. स् littera flexionum vel suffixorum transit in ष्, si praeter अ et आ quaepiam vocalis vel semivocalis vel क् ei antecedit, atque quaepiam vocalis, vel una य, व, त, थ, म consonantium, eam proxime sequitur; e. c. वारि cum सु format वारिषु *in aquis,* बिभर् cum सि format बिभर्षि *fers,* वक् (e वच् v. *r.* 86.) cum सि et स्यामि format वक्षि *dicis,* वक्ष्यामि *dicam,* धनुस् *arcus* cum त et मत् format धनुष्टस् (v. *r.* 91.) *ex arcu,* धनुष्मत् *sagittarius.* *Anusvâra* et *Visarga* interposita, vel ष् quod secundum *r.* 100. *b.* et *c.* assimilatione ex स् ortum est, hujus legis vim non infringunt; e. c. चक्षूंषि *oculi,* चक्षुःषु vel चक्षुष्षु *in oculis,* a चक्षुस्.

101[b]. Haec euphonica lex vim quoque exercet in finalem litteram prioris membri compositorum, quae *r.* 73. et 79. descripta sunt.

102. ह littera in fine radicum, quae ab alia littera quam द् incipiunt, sequentes sequitur euphoniae leges:

a) Ubi cum त्, थ् vel ध् convenit, efficit ut hae litterae in ढ् mutentur, ह littera ipsa vero eliditur, atque, si brevis ipsi vocalis praeter ऋ antecedit, producenda hac brevi vocali compensatur*); e. c. लिह् cum थ et धि format लीढ *lambitis,* लीढि *lambe,* रुह् cum त format रूढ *qui crevit,* दृह् cum त format दृढ non दॄढ *firmus.*

---

*) Haec abjectae ह् litterae compensatio locum non habere potest ante flexiones, quae ex quapiam grammatica lege *Gunam* exigunt, e. c. लिह् cum ति format लेढि *lambit,* et cum तुम्, लेढुम् *lambere.*

b) Ante स् flexionum verbalium ह littera transit in क्, e.c. लिह् cum सि et स्यामि format लेक्षि *lambis*, लेक्ष्यामि *lambam* (v. *r.* 101[a]).).

c) Ante casuum flexionum surdam consonantem ह littera in ट् atque ante sonoram in ड् mutatur; e.c. लिह् cum सु et भ्यस् format लिट्सु *in lambentibus* (vel लिट्त्सु v. annot. ad *r.* 83.), लिड्भ्यस् *lambentibus*.

d) Quodsi radix, quae in ह् desinit, a ग् vel ब् incipit,*) hae litterae, ex analogia cum *r.* 83. d^{β}), aspirationem assumunt, quae secundum leges *b.* et *c.* in fine radicis evanescit; e.c. अग्रह् cum सम् format अघ्राक्षम् *cepi.*

Annot. Formas लेढि (e लेह् + ति), लीढ (e लिह् + थ), लीढि (e लिह् + धि) etc. e लेड्ढि, लिड्ढ, लिड्ढि, prioris linguae aetatis formis, explicandas esse censeo; ita ut त् et थ् litterae post aspirationem ह्, ex analogia cum *r.* 83. d^{β}) in ध् sint transformatae, ante quod ह littera, ex eadem lege, quam *r.* 102. *c.* praescribit, in ड् transierit. Dentalis littera ध् vero, sive sit primitiva seu secundum *r.* 83. d^{β}) ex त् vel थ् orta, post lingualem ड् ex lege 91. in ढ् transire debuit litteram, quae, semel usu recepta, post antecedentis ड् ejectionem tamen conservabatur, neque, sublata mutationis causa, ad primitivam ipsius formam rediit. Ejecta autem littera ड् antecedente brevi vocali producta compensabatur.

103. ह् littera in fine radicum, quae a द् incipiunt, has sequitur euphoniae leges:

a) Ubi cum त् vel थ् convenit, hae litterae, ex analogia cum *r.* 83. d^{β}) in ध् mutantur, ante quod ह littera in ग् transit; e.c. दुह् cum ति, तुम् et थ format दोग्धि *mulget*, दोग्धुम् *mulgere*, दुग्ध *mulgetis.* **)

---

*) Nulla in ह् desinens radix a ड् incipit.

**) Hanc legem sequuntur etiam radices स्निह् et स्नुह्, quanquam ab alia littera quam द् incipiunt, e. c. स्निग्ध *amatus* e स्निह् + त. Radix मुह् cum त irregulariter format मुग्ध et secundum *r.* 102[a]). *a.* मूढ *obstupefactus, stultus.*

b) Ante omnes alias surdas consonantes ह् in क्, atque ante sonoras (praeter semivocales et nasales, v. *r.* 83. *a.*) in ग् transit, ita tamen ut, ex analogit cum *r.* 83. *d*[b]), aspiratio ad initium radicis recedat, qua द् in ध् mutatur; e. c. दुह् cum सि et स्यामि format धोक्षि *mulges*, धोक्ष्यामि *mulgebo* (v. *r.* 101[a]).), cum भ्यस् et ध्वे format धुग्भ्यस् *mulgentibus*, धुग्ध्वे *mulgetis.*

104. Grammatici indici syllabam हि secundae personae sing. Imperativi *Par.* terminationem esse statuunt, cujus ह litteram, ubi cum antecedente consonante proxime componitur, in ध् transire dicunt. Equidem tamen धि pro primitiva hujus Personae flexione habeo, quae cum Graecorum θι in verbis in μι convenit*). In sanscrita autem lingua haec genuina Imperativi flexio धि post consonantes solum integra remansit, post voeales vero, id quod peculiares regulae accuratius definient, syllaba धि aut abjicitur, aut in हि mutatur, ita ut ध् litterae aspiratio tantum conservetur, *d* sonus autem supprimatur. Eundum in modum radix धा cum suffixo त conjuncta, irregulariter format हित pro धित; littera भ् radicis भू *esse* in bengalica lingua aspirationem solam retinuit; terminatio भ्यस् Dativi तुभ्यम् *tibi* in eodem primae personae casu in ह्यम् transiit (मह्यम् *mihi*); et भूमि *terra* Latinis est humus.

105. Quaevis consonans praeter sibilantes et ह litteram reduplicari potest, quodsi र् aut in eadem voce aut tanquam littera finalis conterminae vocis antecedit; e. c. सर्व vel सर्व्व *quivis*, पितर् मम

---

*) Graecorum θ vix unquam sanscrito थ् sed sonorae aspiratae ध् respondet, quam ob rem personales flexiones Dualis et Pluralis, थस् et थ, apud Graecos sonant τον, τε, atque verbo तिष्ठामि *sto* (a rad. स्था, v. *r.* 80.) graecum ἵστημι respondet; e contrario autem दधामि *pono* apud Graecos sonat τίθημι, et flexio धि graecis est θι.

vel पितर् म्मम *mi pater!* Aspiratae per respondentem non aspiratam reduplicantur, e.c. वर्धन vel वर्द्धन *augmentatio.* Quae semivocales litteras य et व sequuntur consonantes, eundem in modum reduplicari possunt, quod tamen rarissime locum habet.

DE RADICIBUS ET PRAEFIXIS.

106. Radices sunt vocabulorum elementa primitiva, quae in lingua ipsa non inveniuntur, sed ex derivatis debent cognosci, quae eas tanquam communem stirpem vel fundamentum continent. Sunt tamen nonnulla substantiva abstracta, quae sine ullo adjecto suffixo nudam constituunt radicem, e. c. युध् *pugna*, क्षुध् *fames*, मुद् *gaudium*, भी *timor* etc. a radicibus युध् *pugnare*, क्षुध् *famelicum esse**) etc. Praeterea quoque, ex indicorum grammaticorum sententia, quaevis radix usurpari potest tanquam posterius membrum compositorum ejusmodi ac Latinorum carnifex (fic-is) tubicen, praeses (praesid-is) etc. e. c. धर्मविद् qui *jus*, vel *officium noscit*. Non multae tamen radices in compositis hujus generis usu sunt frequentatae, itaque vix conjici potest, grammaticos veram radicum formam et notionem ex illis deduxisse compositis. Quodsi enim hoc fecissent, non proposuissent radices in brevem desinentes vocalem; quia brevi vocali finali in compositis snpra dicti generis semper त् littera additur; e. c. जित् *qui vincit*, स्तुत् *qui laudat*. Grammatici indici tamen non has in त् desinentes voces, sed जि et स्तु pro radicibus habent, quarum altera vincendi, altera laudandi exprimit

*) Radices vulgo per Infinitivos vertuntur, ad abstractam earum significationem indicandam. Grammatici indici radices per substantiva abstracta in Locativo posita explicant, e. c. गम् per गतौ *in itione*.

notionem. Analysi ergo usi sunt grammatici indici, atque eo, quod linguae formationes omnibus adjectis, a primitiva stirpe alienis nudaverunt syllabis, quae grammaticis exprimendis rationibus vel vocibus formandis inserviunt, ad verum vocabulorum nucleum pervenerunt, a quo, tanquam ex communi fonte, omnes ad unam familiam pertinentes formae derivarunt. Hae primitivae syllabae, a quibus verba et aliae orationis partes (nomina substantiva et adjectiva) descendunt, quae fraterno quasi vinculo inter sese junctae sunt, non apte verbales radices nominantur, quia eodem jure nominales radices possent appellari; neque etiam grammatici indici nomina, quae ex eodem cum quodam verbo descendunt fonte, ab isto verbo sed a radice ipsa deducunt; e. c, voces गति *itio,* गत *qui ivit,* गन्तुम *ire,* गम *qui it* (in fine compositorum) non a verbo गच्छामि *eo,* sed simul cum hoc verbo a generali radice गम् derivant.

107. Radices in sanscrita lingua unam tantum continere possunt syllabam, nullam vero aliam legem, quae litterarum praescribat numerum, agnoscunt. Unica vocalis radicem constituere potest, sed etiam vocalis radicalis, ab utraque parte, compositis consonantibus includi potest, ita ut quattuor consonantes in radice locum habeant. Exempla oppositi utriusque finis sunt इ, ऋ *ire,* ई *optare,* ऋच् *unguere,* स्यन्द् *stillare,* स्कन्द् *se movere.* Medium horum oppositorum finium tenent plurimae radices: 1. radices, quae ab una vel duabus conjunctis consonantibus incipiunt atque in vocalem desinunt; e. c. दा *dare,* गा *ire,* जि *vincere,* नी *ducere,* धु *agitare,* भू *esse,* कृ *facere,* तृ *transire,* धे *bibere,* गै *canere,* सो *destruere,* स्था *stare,* स्रु *fluere* *)

*) Radices in अ vocalem brevem vel औ diphthongum desinentes non inveniuntur. In radicibus, quae apud Careyum in अ desinunt, haec vocalis non radicalis est; omnes enim hujusmodi radices ad decimam pertinent classem, quae radici syllabam अय् addit,

etc. 2. radices, quae a vocali incipiunt et in unam vel duas conjunctas desinunt consonantes; e.c. अद् *edere*, आप् *adipisci*, ईश् *regere*, अर्च् *honorare*. 3. radices, quae a consonante incipiunt itemque in consonantem exeunt, aut in initio vel in fine duas conjunctas habent consonantes, e.c. पत् *cadere*, भिद् *findere*, स्वप् *dormire*, भक्ष् *edere*.

108. Nonnullae polysyllabae formae a grammaticis indicis inter radices receptae sunt, quas tamen pro veris radicibus habere nequeo. In quibusdam enim harum polysyllabarum formarum praepositionem video, quae cum monosyllabo radicali elemento ita concrevit, ut litterae ejus, in conjugatione verborum, radicalium litterarum sequantur analogiam; e.c. in सङ्ग्राम् *pugnare*, अवधीर् *despicere* facile cognoscuntur praepositiones अव et सम् (v. *r.* 111.). In aliis polysyllabis formis reduplicativam percipimus syllabam; e.c. चकास् *lucere*, venit a कास् ejusdem significationis radice; जागृ *vigilare* venit ab inusitato गृ, et graeco ἐγείρω respondet; gutturales enim per sibi respondentem palatinam repetuntur. In दरिद्रा *pauperem esse* eam video reduplicationis speciem, qua formae intensivae radicum in ऋ desinentium utuntur; e.c. बरिभृ vel बरीभृ a radice भृ. Forma चुलुम्प् fortasse e लुप् (Praesens लुम्पामि *disseco*, cum praepositione वि + प्र, विप्रलुम्पामि *destruo*) orta est, peculiari reduplicatione, quae vocalem radicalem cum aliena conjungit consonante. Aliae polysyllabae inter radices receptae formae e nominibus ortae videntur, ita e.c. formam कुमार् *ludere* a voce कुमार *puer* deducendam esse censeo.

Annot. Praeter जागृ, अवधीर् et दरिद्रा nulla polysyllaba inter radices recepta forma usu frequentatur.

---

cui in quattuor prioribus temporibus adhuc अ vocalis adjungitur; e.c. a radice स्तेन्, quam Careyus स्तेन *scribit*, venit, charactere decimae classis adjuncto, स्तेनय् ex quo in quattuor prioribus tempp. formatur स्तेनय.

109. Illas radices, quae ex euphoniae legibus 80. et 94[b]. certis conditionibus initiales litteras न् et स् in ण् et ष् immutant, grammatici indici, quorum auctoritatem Colebrookius, Careyus, Wilkinsius, Wilsonus et Yatesius secuti sunt, jam primitive cum ण् et ष् scribunt, ita ut regulis egeant, quibus ण् et ष् litterae sine ulla ratione ante flexiones et suffixa in न् et स् transeant*); e. c. verba नुदामि *mitto* et सहामि *tolero, perfero,* deducunt a णुद् et षह्. Tres tantum radices primitive a littera ष् incipiunt, scilicet ष्ठ्यै, ष्ठिव् et ष्ठीव्, nulla vero a ण incipit littera.

110[a]. Nasales litterae, quae in radicibus veluti सञ्ज्, भञ्ज्, मन्थ् etc. alii consonanti antecedunt, quod ad radicis significationem attinet, minoris sunt momenti quam finalis consonans, quam ob rem, ad evitandam nimiam consonantium coacervationem, saepe ejiciuntur, ubi ex regula 84. ultimam consonantem abjiciendam esse exspectaveris; e. c. भञ्ज् cum suff. न format भग्न *fractus*, neque भञ्न vel भन्न; बन्ध् cum त format बद्ध *ligatus* (v. *r.* 83. *d*[a].) neque बन्त; रञ्ज् format in Passivo रज्ये *tingor*. Interdum quoque sine ulla euphonica causa penultima nasalis irregulariter abjicitur, e. c. मथित *agitatus* a मन्थ्, राग *color* a रञ्ज् (v. *r.* 89.), उद *aqua* ab उन्द् *fluere*. Grammatici indici in scribendis radicibus cum penultima nasali non sibi constant, atque in aliis nasalem excipiunt, in aliis omittunt, scribuntque e. c. रञ्ज्, भञ्ज्, बन्ध्, मन्थ्, et e contrario शक्, नद्, वद् etc. pro शङ्क्, नन्द्, वन्द्, quibus in radicibus tamen magni momenti est nasalis littera, quippe qua hae radices ab aliis, prorsus diversa significatione, distinguantur, scilicet शङ्क् *timere* a शक् *posse*, नन्द् *gaudere* a नद् *sonare*, वन्द् *laudare* a वद् *dicere, loqui*. Scribimus igitur has radices, sicut Forsterus fecit, cum vera et integra

---

*) **Forsterus recte primitivas litteras न् et स् in radicibus retinet.**

ipsarum forma, i. e. cum penultima nasali, quam in illis solum omittimus radicibus, quae nasalem in paucis tantum temporibus inserunt, in reliquis vero, atque in formandis nominibus nasalem litteram repudiant.*)

110[b]. Quinque radices in duas desinunt ज litteras, quarum altera ante consonantes, semivocali व् excepta, abjicitur, altera secundum *r.* 80. immutatur. Sunt: भ्रज्ज् *coquere,* मज्ज् *submergi,* लज्ज् *pudere,* सज्ज् *adhaerere,* स्वज्ज् *amplecti.* Grammatici indici tamen has radices cum स्ज् scribunt, veluti भ्रस्ज्, मस्ज् etc. quanquam surda littera स् ante sonoram ज् vix proferri potest, neque ulla ab his radicibus descendens forma स्ज् litteras in radicali syllaba ostendit. Fortasse priori linguae aetate hae radices in ज्ग् desiverunt, atque assimilatione in ज्ज् abierunt; convenit enim मज्ज् *submergi* cum latino mergo.**)

Annot. Grammatici indici omnia vocabula primitiva e radicibus explicant. Repugnant autem, ex mea sententia, derivationi a radicibus, praeter interjectiones et quasdam monosyllabas particulas, veluti च, तु, हि, नु, वै etc. 1. numeralia, veluti एक *unus,* द्वि *duo,* quorum prius apud Wilsonum ab इ *ire* deducitur. 2. pronomina, veluti तत् *is,* यत् *qui* (v. *r.* 267. et 272.), quorum prius a तन् *extendere,* alterum a यज् *adorare,* descendere dicitur. 3. Praepositiones inseparabiles. 4. Multa nomina substantiva et adjectiva obscurae originis, veluti सिंह *leo,* हंस

*) Nonnullae radices, quae penultimam habent nasalem, cum affinibus radicibus, sine nasali, in sensu conveniunt; e. c. बन्ध् et बध् significant *ligare,* मन्थ् et मथ् *agitare,* निन्द् et निद् *vituperare.* Apud auctores tamen hae radices sine nasali vix inveniuntur, nam उन्मथित *agitatus* et प्रमथ्य *agitando* veniunt a मन्थ् ejecta nasali. Rosenius, in libro suo „*Radices sanscritae*" nonnunquam fallitur in temporibus, a radicibus cum penultima nasali derivandis, ita ut e. c. formet ललघे vel लेघे, लघिष्ये, लघितुम्, लघित pro ललङ्घे, लङ्घिष्ये etc. Hac in re quoque germanica grammaticae meae editio sufficientem non praebet expositionem.

**) भ्रज्ज् *coquere* et cognatum भृज् *assare* conveniunt cum latino frigo, लज्ज् *pudere* fortasse, cognatum est cum graeco λάγνος, λαγνεύω.

anser, हृद् *cor,* उरस् *pectus,* गिरि *mons,* ख *aër,* अप् *aqua,* अग्नि *ignis,* उग्र, घोर *terribilis,* अल्प *exiguus.* **Plurima tamen hujus generis substantiva et adjectiva, quod ad eorum structuram attinet, a monosyllaba aut perdita aut ignota radice derivata videntur.*)**

111. Radicum significatio primitiva multiplicem in modum variari, augeri vel accuratius definiri potest per praefixas praepositiones, quae maximam partem separatae non usurpantur. Sequuntur hic in alphabetico ordine.

अति *trans, super, ultra;* e.c. अतिक्रम् *transgredi, praeterire.* In compositione cum adjectivo significat *valde, ultra modum.*

अधि *super* (Gallis sur, dessus) e.c. अधिशी *jacere super aliqua re, incubare,* अधिष्ठा (अधि + स्था vid. *r.* 80.) *transgredi, praeesse, imperare;* रुह् *crescere* cum अधि significat, *ascendere;* इ et गम् *ire* cum अधि significant, *legere;* अधिगम् significat quoque praeterire et adire. गा *ire* cum अधि item significat adire. Ab अधि descendit adjectivum अधिक *superior.*

अनु *post,* e.c. गा et गम् *ire* formant अनुगा et अनुगम् *sequi.*

अन्तर् *inter, intus, in medio, sub;* e.c. cum गम् *ire* अन्तर्गम् *interire, evanescere,* cum भू *esse* अन्तर्भू *inesse, contineri.*

अप *ab,* e.c. cum क्रम् et सृ *ire,* अपक्रम्, अपसृ *abire,* cum नी *ducere* अपनी *abducere,* cum हृ *capere* अपहृ *abripere.*

अपि cum paucis solum conjungitur radicibus atque *super* significare videtur. Cum धा *ponere* et नह् *ligare* format अपिधा et

---

***) Ediderunt radices sanscritas: Careyus, in grammatica sua; Forsterus in grammatica sua, non adjecta tamen radicum significatione; Wilkinsius in libro suo „*The radicals of the Sanskrita language*", denique Rosenius, qui primus radicum significationes ex auctoribus illustravit, atque earum compositiones cum praepositionibus addidit, in egregio suo libro „*Radices sanscritae*" (Berolini apud Dümmlerum). Usitatiores radices earumque compositiones inveniuntur etiam in Glossario meo sanscrito (Berolini apud Dümmlerum).**

अपिनह् *tegere.* Initiale अ saepe abjicitur, ita ut पिधा et पिनह् quoque dicatur. Seorsim अपि saepissime invenitur, cum sensu *insuper, etiam* etc. (v. Gloss.).

अभि *ad,* e.c. cum इ, गम् et गा *ire* format अभी, अभिगम्, अभिगा *adire, accedere,* cum भाष् *loqui,* अभिभाष् *alloqui.* Derivatur ab hac praepositione adverbium अभितस् *ad, prope.*

अव *ad, de, deorsum;* e.c. cum तृ *transgredi* अवतृ *descendere,* cum कृत् *scindere* अवकृत् *abscindere,* cum ज्ञा *scire* et मन् *putare* format अवज्ञा, अवमन् *spernere.*

आ *ad,* e.c. आगम्, आक्रम् *adire, pervenire.* In compositione cum Ablativo substantivi significat *usque ad, tenus,* aut incluso aut excluso termino.

उत् *sursum;* e.c. cum पत् *cadere* उत्पत् *exsilire,* cum स्था *stare* उत्था (irregulariter pro उत्स्था) *surgere,* cum नम् *inclinare* उन्नम् (v. *r.* 58.) *extollere, sublevare.*

उप *ad;* e.c. उपगम् *adire.*

नि vulgo perperam per *in* explicatur, sed veram et primitivam ejus significationem *deorsum, sub, de* esse video, ita ut oppositum sit praepositioni उत्. A नि enim descendit Adjectivum नीच (vid. annot.) *humilis,* sicut उच्च *altus* ab उत् (vid. *r.* 61.); compositiones निपत् *decidere, procumbere,* नियम् *coërcere, supprimere,* निमिष् *nictari, connivere* oppositae sunt compositionibus उत्पत् *exsilire,* उद्यम् (vid. *r.* 56. *a.*) *extollere, sublevare,* उन्मिष् (v. *r.* 58.) *aperire oculos.* Radices धा *ponere,* अस् et क्षिप् *conjicere* cum praefixo नि significant *deponere, dejicere.* कृ *facere* format निकृ *offendere,* भृ *ferre* निभृ *occultare,* वृत् *esse* format निवृत् *interire, occidere, redire.* Radices गम् *ire* et विश् *intrare* cum नि compositae nullam conspicuam sensus immutationem assumunt, (confer Latinorum s u b i r e, ubi *intrare* significat).

निर् *ex;* e.c. निर्गम् *egredi.*

परा *retro, reversus.* Haec significatio dilucide apparet ex Adverbio पराच् *retro, retroversus,* quod a परा *descendit,* sicut analoga Adjectiva प्राच् *orientalis,* अवाच् *meridionalis* etc. (vid. *r.* 196. et seq.) a praepositionibus प्र et अव derivantur. परा non primitivam cum radicibus conjunctionem subire, sed cum vocibus jam formatis solum componi videtur, e.c. cum जय *victoria* et जित *victus* format पराजय *clades,* पराजित *oppressus, victus,* cum भव *existentia* et भूत *qui existit* format पराभव *clades,* पराभूत *oppressus;* non tamen inveni verba पराजयामि, पराभवामि *opprimo, vinco.*

परि *circum;* e.c. परिगम् *circumire,* पर्यास् (परि + आस् *r.* 37.) *circumsedere.* Haec praepositio saepe solum primitivae significationis vi augendae inservit, eo quod indicat aliquem ex omni parte circumdatum esse actione vel qualitate, quam radix exprimit. Inter परि et कृ radicis कृ *facere,* euphoniae causa inseritur sibilans littera, et quidem ष् propter antecedentem इ (cf. *r.* 101[a].) e.c. परिष्कृत *ornatus,* परिष्कार *ornamentum* (*quo circumdatur aliquis*) cf. *r.* 65. et 82[b].

प्र respondet cognatis praepositionibus latinis pro et prae in *progredior, procedo, procurro, praestare, praeesse, praeficere* etc.; e.c. cum द्रु *currere* प्रद्रु *procurrere, profugere,* cum स्था *stare* प्रस्था *proficisci, progredi,* cum भू *esse* प्रभू *eximio modo esse, imperare.* (प्रभु *dominus, excellens,* प्रभाव *dignitas, potentia*).

प्रति *contra, e regione, erga, versus, retro, ad;* e.c. cum इ, प्रती *exadversum ire, adversari,* cum पद्, प्रतिपद् *adire, pervenire,* cum क्रम् *ire* प्रतिक्रम् *recedere, gradum referre,* cum वच् *dicere* प्रतिवच् *respondere.* Inter प्रति et sequens कृ in quibusdam vocibus euphoniae causa inseritur ष् (vid. प्रतिष्कश, प्रतिष्कष et प्रतिष्कस apud Wilsonum et cf. परि et सम्).

वि remotionem, separationem et dissipationem exprimit atque cum latino dis plerumque convenit; e. c. cum सृप् *ire* विसृप् *discedere, dispergi,* cum द्रु *currere* विद्रु *discurrere, diffugere,* cum युज् *jungere* वियुज् *separare, disjungere,* cum स्मृ *meminisse* विस्मृ *oblivisci.* Quia वि dissipationem exprimit, apte quoque adhibetur ad primitivae significationis vim augendam, saepe tamen nullam conspicuam radici addit sensus mutationem. Cum Adjectivo conjunctum negationem, interdum quoque incrementum exprimit e. c. विप्रिय *ingratus* विमहत् *permagnus.* Ubi cum Substantivo ad formandum adjectivum compositum conjungitur, privationem indicat e. c. वितिमिर *vacuus a caligine.*

सम् *cum;* e. c. cum इ et गम् *ire,* समि, सङ्गम् *congredi, convenire,* cum ख्या *dicere* सङ्ख्या *numerare.* Interdum nullam affert mutationem significationis radicalis, aut solum ejusdem vim auget, e. c. cum या *ire* संया *id.,* cum च्चो *extinguere* सच्चो *id.,* cnm वृ *tegere,* संवृ *id.* Inter सम् et कृ radicis कृ *facere* inseritur euphonicum स् e. c. संस्कृत *ornatus* (cf. *r.* 65., 82[b]). et praepositiones परि et प्रति).

ANNOT. Omnes quae in इ desinunt praepositiones (नि, परि, प्रति) hanc vocalem in quibusdam vocibus, praecipue ante कृ, producunt; vid. apud WILSONUM नीकार, नीकाश, प्रतीकार, प्रतीकाश, प्रतीवाप, प्रतीवेश, प्रतीहार, प्रतीहास, परीणाय, परीधाविन्, परीभाव, परीरम्भ, परीवर्त, परीवाद, परीवार, परीवाह, परीसार, परीहार, परीहास.

112. Multae praepositiones praefixae per compositionem cum quibusdam radicibus, significationes producunt, quae ex praepositionis et radicis sensu primitivo vix exspectari possunt, vel adeo ab eo valde alienae videntur; e. c. ज्ञा *noscere* cum praefixo अनु significat 1. *permittere,* 2. *dimittere;* इ *ire* nonnullaeque aliae ejusdem sensus radices cum praefixo अव significant intelligere, scire; लभ् *adi-*

pisci cum प्र decipere, fallere; श्रम् *quiescere* cum नि audire, विश् *intrare* cum उप considere. — Permultae praepositiones inveniuntur compositae cum quibusdam radicibus, ita ut nullam perspicuam in eas vim exerceant, aut significationem primitivam tantum augeant; e.c. radix आस् *sedere* idem significat ubi cum अनु vel उत् composita est (अन्वास्, उदास्), ईक्ष्, अवेक्ष् (अव + ईक्ष्) उदीक्ष् (उत् + ईक्ष्), उपेक्ष् (उप + ईक्ष्), निरीक्ष्, प्रेक्ष् (प्र + ईक्ष्), वीक्ष् (वि + ईक्ष्), समीक्ष् omnia significant videre; जि, निजि, निर्जि, विजि significant vincere.

113. Duae quoque vel tres praepositiones cum una radice conjungi possunt, ita ut radix jam cum una vel duabus composita praepositionibus, cum altera vel tertia praepositione conjunctionem ineat; e.c. आगम् *adire* cum प्रति (प्रत्यागम्) *redire*, cum सम् (समागम्) *congredi;* निग्रह् *retinere, cohibere* cum वि (विनिग्रह्) *id.*, cum सम् (सन्निग्रह्) *jaculari, telis petere;* सम्प्राप् (सम् + प्र + आप्) *pervenire*, cum उप (उपसम्प्राप्) *id.;* सम्प्रेक्ष् (सम् + प्र + ईक्ष्) *videre*, cum अभि (अभिसम्प्रेक्ष्) *id.*

114. Inter praepositiones inseparabiles non referenda sunt praefixa सु, दुर् (दुस्) et अ privativum, quia neque sensu praepositiones sunt, neque cum radicibus primitivam ineunt compositionem, sed cum singulis vocibus jam formatis componuntur (vid. Glossarium meum).

DE NOMINIBUS.

THEMA.

115. Grammatici indici, ubi nomina (substantiva, adjectiva, pronomina et numeralia) extra sermonis contextum memorant, non Nominativum sing. sed thema eorum i. e. formam nudam ab omni casuum terminatione vacuam proponunt; e. c. गिरि *m. mons,* वारि *n. aqua,* tanquam themata dantur, quorum alterum in Nominativo गिरिस्, alterum item वारि format (vid. *r.* 119. et 122.). In sermone tamen plurimarum vocum thema nunquam apparet, nisi in nominibus compositis, quorum prius membrum, pronominibus exceptis, semper nudam vocis stirpem exhibet, ita tamen ut euphoniae legum ratio sit habita.

GENUS.

116. Praeter masculinum et femininum sanscrita lingua, sicut nonnullae cum ea cognatae linguae, genus neutrum habet. Substantivorum genus linguae usu definitur, nonnunquam tamen e littera, in quam thema desinit, intelligi aut e vocis significatione conjici potest. Adjectiva genus variant, ita ut hac in re semper ad substantivum suum se accomodent; neutrum eorum a masculino nunquam themate, sed declinatione solum, quibusdam in casibus, differt; e. c. पुण्य *purus,* मृदु *tener,* महत् *magnus* et masculini et neutrius generis themata sunt, ex quibus feminina themata formantur पुण्या, मृद्वी, महती.

NUMERUS.

117. Tres habet sanscrita lingua numeros: Singularem, Dualem, et Pluralem, quos nomina diversis casuum terminationibus distinguunt; e. c. Nominativus in Singulari स्, in Duali औ (in Neutris ई), in Plurali अस् (in Neutris इ) terminationem habet.

CASUS.

118. Casus sunt octo: Nominativus, Accusativus, Instrumentalis, Dativus, Ablativus, Genitivus, Locativus et Vocativus. Pluribus tamen horum casuum communis est terminatio, ita e. c. in Singulari Ablativus et Genitivus solum in thematibus in अ vocalem desinentibus, atque in omnibus pronominibus distinguuntur; in Duali Genitivus et Locativus, et in Plurali Dativus et Ablativus communem habent terminationem.

DE CASUUM FORMATIONE.

SINGULARIS.

NOMINATIVUS.

119. Quae in vocalem desinunt masculina et feminina themata, dentalem sibilantem (स्) tanquam Nominativi characterem adjungunt; e. c. गज *m.* गिरि *m.* ज्ञानु *m.* मति *f.* धेनु *f.* भी *f.* formant: गजस्, गिरिस्, ज्ञानुस्, मतिस्, धेनुस्, भीस्.*)

---

*) Quanquam स् finale ex euphoniae lege 75. *a.* ante pausam in *Visargam* transit, tamen in flexionum doctrina hujus sibilantis et र् litterae, quae item in *Visargam* mutatur, primitivam formam retinendam esse censeo. Quodsi enim *Visargam* pro स् et र् poneremus, non semper dilucide appareret, ubi hic spiritus finalis sibilantis स्, et ubi semivocalis र् locum teneat; sin vero has litteras sine mutatione retinemus, scribendo e. c. अबिभर् *ferebas* non अबिभः, et अक्षिपस् *conjiciebas*, non अक्षिपः; facile e *r.* 72. et 75. perspicitur, quibus conditionibus hae formae in contextu in अबिभः et अक्षिपः sint transformandae, vel ubi Nominativi supra dicti characterem suum स् in *Visargam* immutent.

120. Recedunt a regula praecedente: *a*) themata feminina in आ, et derivata Feminina in ई desinentia, quippe quae nudum thema in Nominativo exhibeant; e.c. आशा *spes* et महती *magna* (a महत्) in Nominativo item sonant आशा, महती. *b*) Masculina et Feminina in ऋ desinentia Nominativum, suppresso ऋ, in आ formant; e.c. पिता *pater* a पितृ, माता *mater* a मातृ (v. *r.* 179.).

121. *a*) Quae in consonantem desinunt voces, quia duae consonantes ex euphoniae lege 57. in fine vocum non admittuntur, Nominativi characterem स् supprimunt, et nudum exhibent thema, ita tamen, ut euphoniae legum ratio habeatur, ex quibus e.c. themata मुद् *f.*, युध् *f.*, वाच् *f.* in Nominativo formant मुत्, युत् (*r.* 56. *b.*), वाक् (*r.* 59.) (ante sonoras litteras मुद्, युद्, वाग्). *b*) न् finale in Nominativo abjicitur, et in Masculino, producta antecedente vocali compensatur; e.c. राजा *rex*, a राजन्, केशी *leo*, a केशिन्.

122. *a*) Neutra aut Accusativi characterem in Nominativo ponunt, aut nudum exhibent thema; prius faciunt nonnisi voces in अ vocalem desinentes, e.c. पत्रम् *folium*, a पत्र (v. *r.* 123.). Reliquae neutrius generis voces, sive earum thema in vocalem sive in consonantem desinat, a Nominativi charactere vacuae sunt, nudum exhibentes thema; e.c. themata वारि, मधु, महत् in Nominativo item sonant वारि etc. *b*) Quae in न् desinunt themata, hanc litteram in Nominativo abjiciunt; e.c. नाम *nomen* a नामन् (cf. *r.* 121. *b.*).

ACCUSATIVUS.

123. *a*) Accusativi character est म्, e.c. गजम् *m.*, आशाम् *f.*, गिरिम् *m.*, मतिम् *f.*, भानुम् *m.*, धेनुम् *f.*, नदीम् *f.*, वधूम् *f.* a गज, आशा, गिरि etc. *b*) Auxiliarem vocalem अ inserunt inter thema et Accusativi characterem: 1. themata, quae in consonantem desi-

nunt*), e.c. ददतम् a ददत् *m.*, युधम् a युध् *f.*; 2. Feminina monosyllaba in ई et ऊ desinentia, e.c. भियम्, भुवम् a भी, भू (v. *r.* 51.); 3. quae ऋ vocali vel diphthongis ऐ et औ terminantur Masculina et Feminina; ऋ finale ante auxiliarcm vocalem अ transit in अर् vel आर् (v. *r.* 179.). E.c. नावम् a नौ *f.*, पितरम् a पितृ *m.*, मातरम् a मातृ *f.*, दातारम् a दातृ *m.*

124. Neutrorum Accusativus aequat Nominativum (v. *r.* 122.).

INSTRUMENTALIS.

125. *a*) Hujus casus character est आ e.c. मृदा, महता a मृद् *f.*, महत् *m.n.*; मत्या, नद्या a मति *f.***), नदी *f.***); धेन्वा, वध्वा a धेनु *f.*, वधू *f.***); पित्रा, मात्रा a पितृ *m.*, मातृ *f.* (v. *r.* 54.). *b*) Femininorum आ finale transit in ए diphthongum, quae ex euphoniae lege 55. ante flexionem आ in अय् dissolvitur; e.c. आशया (ex आशे + आ) ab आशा *f.* *c*) Masculina et Neutra in इ et उ atque Neutra in ऋ desinentia, has vocales non immutant, sed, ad hiatum evitandum, न् euphonicum inserunt; e.c. अग्निना, मधुना ab अग्नि *m.*, मधु *n.*

126. Masculina et Neutra in अ desinentia item न् cuphonicum inserunt, sed अ thematis finale, sicut in pluribus aliis casibus, in ए immutant, et आ flexionem corripiunt in अ†); e.c. गजेन, पत्रेण***) a गज *m.*, पत्र *n.*

---

*) quia sine vocali interposita म् cum antecedente consonante non conjungi posset (vid. *r.* 57.).

**) vid. euphon. *r.* 50[a].

***) vid. euphon. *r.* 94[a].

†) ut mihi videtur propter longam vocalem, quam, अ mutato in ए, Instrumentalis vocum in अ desinentium in penultima habet syllaba.

DATIVUS.

127. *a*) Dativi character est ए vel ऐ, prius communis trium generum est terminatio, posterius Femininorum proprium est, atque iis adjungitur, quae in longam simplicem desinunt vocalem. Monosyllaba tamen Feminina vocalibus ई et ऊ terminata, aeque ac ea, quae in breves vocales इ et उ desinunt, ad arbitrium ए vel ऐ characterem assumunt. Feminina in ऋ desinentia ए tantum admittunt. E.c. महते, युधे a महत् *m.n.*, युध् *f.*; पित्रे, मात्रे a पितृ *m.*, मातृ *f.**); नावे a नौ *f.***); नद्यै, वध्वै a नदी *f.*, वधू *f.****); भियै vel भिये a भी *f.*; भुवै vel भुवे a भू *f.*†); मत्यै vel मतये a मति *f.*; धेन्वै vel धेनवे a धेनु *f.* *b*) Vocales इ et उ ante terminationem ए *Gunae* incrementum sumunt, fortior autem terminatio ऐ *Gunam* non admittit; e.c. गिरये (e गिरे + ए), भानवे (e भानो + ए) a गिरि *m.*, भानु *m.***); मतये vel मत्यै, धेनवे vel धेन्वै a मति *f.*, धेनु *f.* *c*) Femininorum आ ante terminationem ऐ transit in ऐ diphthongum, quae tamen ex euphoniae lege 55. in आय् dissolvitur; e.c. आशायै ab आशा. *d*) Themata in अ desinentia, terminationi ए vocalem अ adjungunt, ante quam diphthongus ए in अय् dissolvitur, quod cum antecedente अ in आय् coalescit; e.c. गजाय (e गज + अय = ए + अ) a गज *m.*, पत्राय a पत्र *n.* *e*) Neutra, quae in aliam vocalem quam अ desinunt, न् euphonicum inserunt inter thema et terminationem ए; e.c. मधुने a मधु, वारिणे (v. *r.* 94[a].) a वारि.

---

*) v. euphoniae *r.* 54.

**) v. *r.* 55.

***) v. *r.* 50[a].

†) v. *r.* 51,

††) Terminatio आय eo quoque explicari potest, quod thematis अ finale cum charactere ए in ऐ coalescat diphthongum (v. *r.* 36.), quae ante adjunctum अ in आय् dissolvitur (*r.* 55.).

ABLATIVUS ET GENITIVUS.

128. Ablativus tantum in vocibus vocali अ terminatis atque in pronominibus a Genitivo distinguitur, et त् characterem habet, ante quem अ vocalis producitur, e.c. गजात्, पत्रात् a गज *m.*, पत्र *n.*

129. Genitivi character vocum in अ desinentium, pronominumque masc. et neut. est स्य e.c. गजस्य a गज *m.*, पत्रस्य a पत्र *n.*, अमुष्य *illius* (v. *r.* 101[a].) ab अमु.

130. Quae in aliam vocalem quam अ desinunt voces, pronominibus exceptis, tanquam communem Ablativi et Genitivi characterem unam terminationum अस्, आस् et स् habent; अस् et स् terminationes tribus generibus sunt communes, आस् Femininorum propria est. *a*) Omnes, quae in consonantem quampiam vel in unam diphthongorum ऐ et औ desinunt voces trium generum, अस् terminationem assumunt; e.c. महतस्, युधस्, नावस्, रायस् a महत् *m.n.*, युध् *f.*, नौ *f.*, रै *m.* *b*) Masculina vocalibus इ et उ terminata et voces utriusque generis in ओ desinentes, solam litteram स् adjungunt, ante quam इ et उ *Gunam* accipiunt. Feminina in इ et उ aut Masculinorum sequuntur analogiam, adjungendo स् cum *Guna,* aut ante femininam graviorem terminationem आस् *Gunae* incrementum repudiant. E.c. गिरेस्, भानोस् a गिरि *m.*, भानु *m.*; गोस् a गो *m.f.*; मतेस् vel मत्यास्, धेनोस् vel धेन्वास् a मति *f.*, धेनु *f.* *c*) Quae in longam simplicem vocalem desinunt Feminina, आस् terminationem adjungunt, ante quam आ in ऐ transit diphthongum, quae ex euphoniae lege 55. in आय् dissolvitur; tamen monosyllaba in ई et ऊ ad arbitrium आस् vel अस् terminationem assumunt; e.c. नद्यास्, वध्वास् a नदी, वधू; आशायास् (ex आशै + आस्) ab आशा; भियास् vel भियस्, भुवास् vel भुवस् a भी, भू (v. *r.* 51.). *d*) Masculina et Feminina in ऋ desinentia formant उस् (vid. *r.* 179.) e.c. पितुस्, मातुस् a पितृ, मातृ. *e*) Neutra, vocalibus इ, उ et ऋ finita, अस् terminationem assumunt, atque न्

euphonicum inserunt; e. c. मधुनस्, वारिणस्, बङ्कडुहितृणस् (v. r. 94[a].) a मधु *n.*, वारि *n.*, बङ्कडुहितृ *n.*

LOCATIVUS.

131. Locativus इ vel आम् habet characterem; prius tribus generibus est commune, posterius proprium est Femininorum, atque iis adjicitur, quae in longam simplicem desinunt vocalem; ita tamen ut monosyllaba in ई et ऊ desinentia ad arbitrium इ vel आम् sibi adjungere possint. अ cum charactere इ coalescit in ए; ऋ *Gunam* accipit, atque आ vocalis ante femininam flexionem आम् transit in ऐ, quod dissolvitur in आय् (v. r. 55.); e. c. महति, युधि a महत् *m. n.*, युध् *f.*; गवि, नावि a गो *m. f.*, नौ *f.*; गजे (e गज + इ) a गज *m.*, पत्रे a पत्र *n.*; पितरि, मातरि a पितृ *m.*, मातृ *f.*; नद्याम्, वध्वाम् a नदी *f.*, वधू *f.*; आशायाम् (ex आशै + आम्) ab आशा *f.*; भियि vel भियाम्, भुवि vel भुवाम् a भी *f.*, भू *f.* (v. r. 51.).

132. Masculina in इ et उ desinentia characterem इ non admittunt, sed has vocales immutant in औ; Feminina in इ et उ ad arbitrium eandem sequuntur analogiam, aut femininam terminationem आम् assumunt. E. c. गिरौ, भानौ a गिरि *m.*, भानु *m.*; मतौ vel मत्याम्, धेनौ vel धेन्वाम् a मति *f.*, धेनु *f.*

Annot. Terminatio औ primitive vocum in उ desinentium propria fuisse atque ab iis ad voces in इ transiisse videtur; nam औ *Vriddhis* est vocalis उ, sed nullam cum इ habet affinitatem.

133. Neutra in इ, उ vel ऋ desinentia, euphonicum न् inserunt inter thema et characterem इ; e. c. वारिणि (r. 94[a].), मधुनि a वारि, मधु.

VOCATIVUS.

134. Vocativus nullum habet proprium characterem, sed aut idem est ac thema, aut idem ac Nominativus, aut thematis vocalem

ita immutat, ut breves *Gunae* incremento augeantur, longaeque corripiantur. *a*) इ, उ et ऋ vocales Masculinorum et Femininorum *Gunam* accipiunt, e. c. गिरे, मते, भानो, धेनो, पितर्, मातर्, a गिरि *m.*, मति *f.*, भानु *m.*, धेनु *f.*, पितृ *m.*, मातृ *f.* *b*) Neutra ad arbitrium eandem sequuntur analogiam aut primitivam vocalem sine incremento retinent; e. c. वारे vel वारि, मधो vel मधु, धातर् vel धातृ, a वारि etc. *c*) अ vocalis, quia *Gunam* non habet, nullam mutationem subit, e. c. गज *m.* पत्र *n.* *d*) Polysyllaba Feminina in ई et ऊ desinentia has vocales corripiunt, e. c. नदि, वधु a नदी, वधू. *e*) Femininorum आ finale propriam sequitur legem, transeundo in ए; e. c. आशे ab आशा.

135. Quae in consonantem desinunt voces trium generum euphoniae tantum subjectae sunt legibus; e. c. युत्, वाक् (ante sonoras युद्, वाग्); राजन्, a युध् *f.*, वाच् *f.* (v. *r.* 56. et 59.), राजन् *m.*

136. Nominativi characterem स् ad Vocativum extendunt atque in hoc casu a Nominativo non differunt: *a*) rarissima Masculina in longas vocales आ, ई et ऊ desinentia, e. c. सोमपास् a सोमपा; *b*) voces diphthongis ए, ओ et औ terminatae, quae paucae sunt numero; e. c. गोस्, नौस् a गो *m. f.*, नौ *f.* *c*) Feminina monosyllaba in ई et ऊ desinentia, e. c. भीस्, भूस् a भी, भू.

DUALIS.

NOMINATIVUS, ACCUSATIVUS ET VOCATIVUS.

137. Hi tres casus in Duali communem habent terminationem. *a*) Masculina et Feminina (iis exceptis, quae *r.* 138. et 139. describuntur) औ characterem assumunt, ante quem ऋ in अर् transit, reliquae vocales generales sequuntur euphoniae leges; e. c. गजौ, नद्यौ, वध्वौ a गज *m.*, नदी *f.*, वधू *f.*; भियौ, भुवौ a भी *f.*, भू *f.* (v. *r.* 51.); पितरौ, मातरौ a पितृ *m.*, मातृ *f.*; युधौ, वाचौ a युध् *f.*, वाच् *f.* *b*) Neutra ई terminationem adjungunt, cum qua अ coalescit in ए; inter

reliquas vocales et terminationem ई inseritur न् euphonicum; e.c. महती a महत्; पत्रे a पत्र; वारिणी (v. r. 94[a).), मधुनी, a वारि, मधु.

138. Masculina et Feminina in इ et उ desinentia, nullum adjungunt characterem, sed breves has vocales tantum producunt, e.c. गिरी, मती, भानू, धेनू a गिरि *m.*, मति *f.*, भानु *m.*, धेनु *f.*

139. Feminina in आ desinentia Neutrorum sequuntur analogiam, addenda terminatione ई, quae cum antecedente आ in ए coalescit; e.c. आशे ab आशा.

INSTRUMENTALIS, DATIVUS ET ABLATIVUS.

140. Tribus his casibus, in tribus generibus, communis est terminatio भ्याम्, ante quam अ producitur et ऐ transit in आ; reliquae vocales nullam subeunt mutationem. E.c. युद्भ्याम्, महद्भ्याम् a युध् *f.*, महत् *m.n.* (v. r. 83. *b.*); वाग्भ्याम् a वाच् *f.* (v. r. 86.); राजभ्याम् a राजन् *m.* (v. r. 92.); तेजोभ्याम् a तेजस् *n.* (v. r. 100. *c.*); गिरिभ्याम्, भानुभ्याम्, नदीभ्याम् a गिरि *m.*, भानु *m.*, नदी *f.*; गजाभ्याम्, पत्राभ्याम् a गज *m.*, पत्र *n.*; राभ्याम् a रै *m.*

GENITIVUS ET LOCATIVUS.

141. Duo hi casus in tribus generibus communem habent terminationem ओस्, ante quam अ et आ in ए transeunt diphthongum, quae ex euphoniae lege 55. in अय् dissolvitur. Neutra in इ, उ et ऋ desinentia euphonicum न् inserunt; Neutra in अ desinentia a Masculinis non differunt. E.c. युधोस्, महतोस् a युध् *f.*, महत् *m.n.*; गिर्योस्, नद्योस्, धेन्वोस् a गिरि *m.*, नदी *f.*, धेनु *f.*; गजयोस्, पत्रयोस्, आशयोस् a गज *m.*, पत्र *n.*, आशा *f.*; वारिणोस्, बहुदुहितृणोस् (v. r. 94[a).), मधुनोस् a वारि *n.*, बहुदुहितृ *n.*, मधु *n.*

PLURALIS.

NOMINATIVUS.

142. Masculina et Feminina अस् habent characteristicam terminationem, quacum अ et आ vocales coalescunt in आ; इ, उ et ऋ *Gunam* accipiunt. E. c. युधस्, ददतस् a युध् *f.*, ददत् *m.*; गजास्, आशास् a गज *m.*, आशा *f.*; गिरयस् (e गिरे + अस्), धेनवस् (e धेनो + अस्), पितरस् a गिरि *m.*, धेनु *f.*, पितृ *m.*; नद्यस्, भुवस् (v. *r.* 51.), नावस् a नदी *f.*, भू *f.*, नौ *f.*

143. Neutrorum Nominativi pl. character est इ. *a*) Breves vocales producuntur, atque न् euphonicum inter thema et flexionem inseritur; e. c. पत्राणि, अक्षीणि (v. *r.* 94[a].), मधूनि a पत्र, अक्षि, मधु. *b*) Neutra, quae in quampiam, praeter nasales et semivocales, consonantem desinunt, huic consonanti nasalem anteponunt litteram, quae ad organum ejus se accomodat e. c. पञ्चि, जिन्ति, लम्भि a पच्, जित्, लभ्. *c*) Neutra, quae in suffixum litteris न् vel स् terminatum desinunt, penultimam brevem vocalem producunt; e. c. धनीनि a धनिन्, तेजांसि a तेजस् (v. *r.* 15.); धनूंषि a धनुस् (v. *r.* 101[a].).

144. In rarissimis Neutris, quae in duas desinunt consonantes, inserenda nasalis ad priorem consonantem, cui praeponitur, se accomodat; e. c. पिपङ्क्षि a पिपक्ष्. Neutra, quae र् vel ल् litteram tanquam penultimam consonantem habent, e grammaticorum sententia, ad arbitrium aut न् nasalem inserunt aut omittunt; et formae desiderativae in ईर्ष् et ऊर्ष् desinentes, si nasalem inserunt, penultimam vocalem corripere dicuntur; e. c. सुवल्गि vel सुवन्ल्गि a सुवल्ग्, चिकीर्षि vel चिकिन्र्षि a चिकीर्ष्.

ACCUSATIVUS.

145. Masculina, quae in brevem vocalem desinunt, न् tanquam Accusativi plur. characterem adjiciunt, et brevem vocalem finalem producunt; e. c. गजान्, गिरीन्, भानून्, पितॄन् a गज, गिरि, भानु, पितृ.

146. Reliqua Masculina, rarissimis cum exceptionibus, atque omnia Feminina, in Accusativo plur. स् habent characterem, ante quem breves vocales producuntur; e.c. मतीस्, धेनूस्, मातॄस् a मति *f.*, धेनु *f.*, मातृ *f.*; नदीस्, वधूस् a नदी *f.*, वधू *f.* Quae in consonantem desinunt Masculina et Feminina, deinde monosyllaba Feminina in ई et ऊ, denique voces diphthongis ऐ et औ terminatae, quae omnes sunt monosyllabae, characterem स् auxiliari vocali अ cum themate conjungunt, ita ut Accusativus Nominativum aequet; e.c. ददतस्, युधस् a ददत् *m.*, युध् *f.*; भियस्, भुवस् a भी *f.*, भू *f.* (v. *r.* 51.); रायस् (e रै + अस्), नावस् (e नौ + अस्) a रै *m.*, नौ *f.*

147. Neutrorum Accusativus Nominativum aequat (v. *r.* 143. et 144.).

INSTRUMENTALIS.

148. *a*) Hujus casus, in tribus generibus, character est syllaba भिस् e.c. गिरिभिस्, धेनुभिस्, नदीभिस् a गिरि *m.* etc.; महद्भिस् a महत् *m.n.* (cf. *r.* 140.). *b*) Voces solae in अ desinentes a communi analogia recedunt, formando ऐस्, e. c. गजैस्, पत्रैस् a गज *m.*, पत्र *n.*

Annot. Terminationem ऐस् ex अभिस् vel potius आभिस् explicandam esse censeo, eo quod primitiva linguae aetate अ ante terminationem भिस्, sicut ante भ्याम्, in आ transierit (v. *r.* 140.). Ex आ + भिस्, ejecto भ्, oriri potuit ऐस्, nam ऐ diphthongus ex elementis आ et इ vel ई consistit (v. annot. ad *r.* 33.). Vix autem credibile est, jam antiquissima linguae aetate, duas extitisse hujus casus terminationes, quarum altera vocum in अ desinentium propria, altera omnibus reliquis finalibus litteris fuerit communis.

DATIVUS ET ABLATIVUS.

149. Horum casuum, in tribus generibus, character est भ्यस्, ante quem अ transit in ए; reliquae vocales nulla mutatione afficiuntur, e.c. गजेभ्यस्, मतिभ्यस्, मधुभ्यस्, नदीभ्यस्, a गज *m.*, मति *f.*,

मधु *n.*, नदी *f.*; महद्भ्यस् a महत् *m. n.* (v. *r.* 83. *b.*); वाग्भ्यस् a वाच् (vid. *r.* 86.); राजभ्यस् a राजन् *m.* (v. *r.* 92.); तेजोभ्यस् a तेजस् *n.* (v. *r.* 100. *c.*).

GENITIVUS.

150. *a*) Hujus casus character est आम् e. c. महताम्, युधाम् a महत् *m. n.*, युध् *f.*; गवाम्, नावाम् a गो *m. f.*, नौ *f.* (v. *r.* 55.). *b*) Voces, quae in simplicem desinunt vocalem, inter thema et flexionem आम्, न् inserunt euphonicum, ante quod breves vocales producuntur; monosyllaba tamen Feminina ad arbitrium aut न् euphonicum inserere, aut आम् proxime cum themate conjungere possunt. E. c. गजानाम्, गिरीणाम् (vid. *r.* 94[a]).), मतीनाम्, मधूनाम्, a गज *m.*, गिरि *m.*, मति *f.*, मधु *n.*; आशानाम्, नदीनाम्, वधूनाम्, ab आशा, नदी, वधू; भीनाम् vel भियाम्, भूनाम् vel भुवाम् a भी, भू (v. *r.* 51.).

LOCATIVUS.

151. Hujus casus character est सु, ante quem अ transit in ए atque ऐ in आ; reliquae vocales non mutantur*); e. c. गजेषु, रासु a गज *m.*, रै *m.*; आशासु, वारिषु, वधूषु ab आशा *f.*, वारि *n.*, वधू *f.*; महत्सु, युत्सु a महत् *m. n.*, युध् *f.* (v. *r.* 83. *c.*); राजसु, नामसु a राजन् *m.*, नामन् *n.* (v. *r.* 92.); तेजःसु vel तेजस्सु a तेजस् *n.* (v. *r.* 100. *c.*).

VOCATIVUS.

152. Vocativus pluralis semper Nominativum aequat.

153. Sequens tabula omnium casuum flexionum praebet conspectum

---

*) de सु terminationis mutatione in षु vid. *r.* 101[a]).

PLURALIS.

THEM.	N. V.	ACC.	INSTR.	D. A.	GEN.	LOC.
शिव m.	ास्	शिवान्	शिवैस्	शिवेभ्यस्	शिवानाम्	शिवेषु
शिवा	ास्	शिवास्	शिवाभिस्	शिवाभ्यस्	शिवानाम्	शिवासु
शिव n.	ानि	शिवानि	शिवैस्	शिवेभ्यस्	शिवानाम्	शिवेषु
कवि	यस्	कवीन्	कविभिस्	कविभ्यस्	कवीनाम्	कविषु
मति f.	यस्	मतीस्	मतिभिस्	मतिभ्यस्	मतीनाम्	मतिषु
वारि n.	णि	वारीणि	वारिभिस्	वारिभ्यस्	वारीणाम्	वारिषु
भी f.	स्	भियस्	भीभिस्	भीभ्यस्	भियाम् 17)	भीषु
नदी f.	स्	नदीस्	नदीभिस्	नदीभ्यस्	नदीनाम्	नदीषु
भानु m.	वस्	भानून्	भानुभिस्	भानुभ्यस्	भानूनाम्	भानुषु
धेनु f.	वस्	धेनूस्	धेनुभिस्	धेनुभ्यस्	धेनूनाम्	धेनुषु
तालु n.	ूनि	तालूनि	तालुभिस्	तालुभ्यस्	तालूनाम्	तालुषु
भू f.	स्	भुवस्	भूभिस्	भूभ्यस्	भुवाम् 18)	भूषु
वधू f.	वस्	वधूस्	वधूभिस्	वधूभ्यस्	वधूनाम्	वधूषु
पितृ m.	रस्	पितॄन्	पितृभिस्	पितृभ्यस्	पितॄणाम्	पितृषु
मातृ f.	रस्	मातॄस्	मातृभिस्	मातृभ्यस्	मातॄणाम्	मातृषु
दातृ m.	ारस्	दातॄन्	दातृभिस्	दातृभ्यस्	दातॄणाम्	दातृषु
दातृ n.	णि	दातॄणि	दातृभिस्	दातृभ्यस्	दातॄणाम्	दातृषु
रै m. f.	स्	रायस्	राभिस्	राभ्यस्	रायाम्	रासु
गो m. f.	स्	गास्	गोभिस्	गोभ्यस्	गवाम्	गोषु
नौ f.	स्	नावस्	नौभिस्	नौभ्यस्	नावाम्	नौषु

1) भियाम्. 12) vel धेन्वाम्. 13) vel भुवाम्. 14) vel वारि. 15) vel तालु.
16)

				NEUTRUM.		
PLURALIS.				SING.	DUAL.	PLUR.
…TR.	D. A.	GEN.	LOC.	N. A. V.	N. A. V.	N. A. V.
…नस्	वग्भ्यस्	वचाम्	वक्षु	वक्	वची	वञ्चि
…नस्	भुग्भ्यस्	भुजाम्	भुक्षु	भुक्	भुजी	भुञ्जि
…भेस्	राड्भ्यस्	राजाम्	राट्सु	राट्	राजी	राञ्जि
…त्	पद्भ्यस्	पताम्	पत्सु	पत्	पती	पन्ति
…स्	विद्भ्यस्	विदाम्	वित्सु	वित्	विदी	विन्दि
…घ्	युद्भ्यस्	युधाम्	युत्सु	युत्	युधी	युन्धि
…स्	भुद्भ्यस्	बुधाम्	भुत्सु	भुत्	बुधी	बुन्धि
…भस्	लब्भ्यस्	लभाम्	लप्सु	लप्	लभी	लम्भि
…से	चर्भ्यस्	चराम्	चर्षु	चर्	चरी	चरि
…र्सि	गीर्भ्यस्	गिराम्	गीर्षु	गीर्	गिरी	गिरि
…नस्	शन्भ्यस्	शमाम्	शन्सु	शन्	शमी	शमि
…भिस्	विड्भ्यस्	विशाम्	विट्सु	विट्	विशी	विंशि
…भस्	दिग्भ्यस्	दिशाम्	दिक्षु	दिक्	दिशी	दिंशि
…भिस्	द्विड्भ्यस्	द्विषाम्	द्विट्सु	द्विट्	द्विषी	द्विंषि
…भस्	मृग्भ्यस्	मृषाम्	मृक्षु	मृक्	मृषी	मृंषि
…भेस्	कोभ्यस्	कसाम्	कःसु	कस्	कसी	कंसि
…ाभिस्	चकाभ्यस्	चकासाम्	चकाःसु	चकास्	चकासी	चकांसि
…र्सि	पीर्भ्यस्	पिसाम्	पीःषु	पीस्	पिसी	पिंसि
…भिस्	लिड्भ्यस्	लिहाम्	लिट्सु	लिट्	लिही	लिंहि
…भस्	धुग्भ्यस्	दुहाम्	धुक्षु	धुक्	दुही	दुंहि
…भस्	वल्भ्यस्	वल्गाम्	वल्षु	वल्	वल्गी	वल्गि [18])

…56.$c^{\beta)}$. et 83.$d^{\beta)}$. [8]) v. *r.* 72.73$^{\alpha)}$. et 97. [9]) v. *r.* 191. [10]) v. *r.* 74. et 98. *d.*

…$^{b)}$. [17]) v. *r.* 57. et 84. [18]) vel वन्ल्गि.

	Singularis	Dualis	Pluralis
Nom.	स् *m.f.* म् *n.**)	औ *m.f.* ई *n.*	अस् *m.f.* इ *n.*
Acc.	म्, अम् *m.f.* म् *n.**)	औ *m.f.* ई *n.*	स्, अस् *m.f.* न् *m.* इ *n.*
Instr.	आ *m.f.n.* अ *m.n.**)	भ्याम् *m.f.n.*	भिस् *m.f.n.* ऐस् *m.n.**)
Dat.	ए *m.f.n.* ऐ *f.* अय *m.n.**)	भ्याम् *m.f.n.*	भ्यस् *m.f.n.*
Abl.	त् *m.n.**) अस् *m.f.n.* स् *m.f.* आस् *f.*	भ्याम् *m.f.n.*	भ्यस् *m.f.n.*
Gen.	स्य *m.n.**) अस् *m.f.n.* स् *m.f.* आस् *f.*	ओस् *m.f.n.*	आम् *m.f.n.*
Loc.	इ *m.f.n.* आम् *f.*	ओस् *m.f.n.*	सु *m.f.n.*

154. Quia, in casibus formandis, multum pendet e vocum littera finali earumque genere, sequens tabula integrum praebeat conspectum declinationis, quam voces diversae, ex lege litterae suae finalis generisque sui sequuntur. Litterae finales alphabetico ordine sunt dispositae; consonantium tamen illas tantum recepimus, quae saepius in vocabulorum fine apparent; de iis fusius in sexta agetur declinatione.

VOCUM DIVISIO IN SEX DECLINATIONES.

155. Quod ad thematum litteras finales attinet, apte sex statui possunt declinationes, quarum quattuor priores complectuntur simplices vocales, quinta diphthongos, sextaque consonantes comprehendit.

Prima declinatio: voces in अ et आ.

Secunda declinatio: voces in इ et उ.

---

*) Solum in thematibus in अ vocalem desinentibus.

Tertia declinatio: voces in ई et ऊ.
Quarta declinatio: voces in ऋ.
Quinta declinatio: voces in ऐ, ओ et औ.
Sexta declinatio: voces, quae in quampiam desinunt consonantem.

PRIMA DECLINATIO.

अ ET आ.

156. Voces in अ desinentes aut Masculina sunt aut Neutra, nunquam Feminina. Multis in rebus a communi declinationis norma recedunt, id quod *rr.* 122, 126, 127 *a.*, 128, 129, 137 *a.*, 148. fusius expositum est. Accedit, quod अ vocalis pluribus in casibus in ए transit*), aut producitur in आ, ubi aliae thematum vocales nullam subeunt mutationem.

Annot. Grammatici indici, quorum Angli sequuntur auctoritatem, आत् Ablativi terminationem esse statuunt. Haec autem sententia nullo confirmatur argumento, quia haec terminatio solum cum antecedente अ composita invenitur, ita ut आत् aut ex अ + अत् explicari possit, aut ex अ producto in आ + त्. Posterior dissolutio, quam praeferimus, tribus confirmatur argumentis: 1. अ etiam ante terminationem भ्याम् producitur (v. *r.* 140.), ante quam reliquae vocales breves retinentur. 2. Ablativi pronominum primae et secundae personae मत् *a me,* त्वत् *a te* melius in म et त्व + त् quam in म् et त्व् + अत् resolvuntur, quia fere omnes horum pronominum casus in Singulari a म et त्व syllabis, vel ab earum in मे et त्वे transformata forma descendunt. 3. त् melius quam अत् cum *d* convenit, quod in antiquissimis latinis monumentis Ablativi omnium declinationum est character; sic legitur e. c. in Columna rostrata, presented sumod dictatored, in altod marid, navaled praedad etc. Itidemque in sanscrita lingua omnium singularis numeri Ablativorum characterem antiquitus त् fuisse verisimile est, quo charactere emortuo, vel in vocibus in अ desinentibus et omnibus pronominibus solum relicto, Genitivus Ablativi fungebatur vice.

---

*) quod ante vocales in अय् dissolvitur.

157. Voces in आ desinentes sunt feminini generis (radicibus in fine compositorum exceptis, v. *r.* 160.), atque hanc vocalem in quibusdam casibus in ए, in aliis in ऐ immutant diphthongos, quae ex lege 55. ante vocales in अय् et आय् resolvuntur.

158. Paradigma hujus declinationis esto शिव *m. n.* शिवा *f. felix.* Tanquam substantivum शिव *m.* est deus *Sivus* et शिवा *f.* ejus conjux (v. Tab. ad *r.* 154.).

159. जरा *f. senectus* aut regulariter sicut शिवा declinatur, aut, quod usitatius est, ita flectitur, ut solum Nominat. sing., Loc. pl. et terminationes a भ् incipientes a जरा themate descendant, omnes autem reliqui casus a जरस्. Itaque Singularis: जरा, जरसम्, जरसा, जरसे, जरसस्, जरसि, जरस्. Dualis: जरसौ, जराभ्याम्, जरसोस्. Pluralis: जरसस्, जराभिस्, जराभ्यस्, जरासु.

160. Radices in आ desinentes, ubi, quod rarissime accidit, in fine compositorum *r.* 106. descriptorum ponuntur, tanquam adjectiva sunt generis communis, atque neutrum corripiunt in अ flectuntque sicut शिव *n.* Tanquam substantiva hae radices item sunt et masc. et fem. generis sine ulla declinationis differentia. Tam adjectiva quam substantiva utriusque generis nomina in आ desinentia, hanc vocalem ante vocales terminationum, Nominativo et Vocat. plur. excepto, abjiciunt, in Ablativo-Genitivo sing. et Acc. pl. अस् terminationem habent, atque Vocat. sing. Nominativum aequat. E. c. पा *qui* vel *quae bibit,* in composito सोमपा *m. f. qui* vel *quae* Somae *plantae succum bibit,* flectitur: Sing. पास्, पाम्, पा, पे, पस्, पि, पास्. Dual. पौ, पाभ्याम्, पोस्. Plur. पास्, पस्, पाभिस्, पाभ्यस्, पाम्, पासु, पास्.*)

---

*) Loco harum in आ desinentium radicalium vocum vulgo voces usurpantur, quae secundum *r.* 652. suffixo अ formatae sunt, ante quod आ radicale abjicitur ita ut pro सोमपा *m. f.* fere semper inveniatur सोमप *m.* secundum शिव *m.* सोमपा *f.* secundum शिवा *f.*

SECUNDA DECLINATIO.

इ, उ.

161. Voces in इ et उ desinentes aut masculini aut feminini aut neutrius generis sunt, atque in declinatione secundum generis differentiam differunt, Neutrum tamen a Masculino in paucis tantum casibus differt. Paradigma esto कवि *m. poeta,* मति *f. opinio,* वारि *n. aqua,* भानु *m. sol,* धेनु *f. vacca,* तालु *n. palatum* (v. Tab. ad *r.* 154.).

162. Adjectiva in इ et उ desinentia in Masc. sicut substantiva कवि *m.* भानु *m.*, in Neutro sicut वारि *n.* मधु *n.* declinantur, ita tamen ut Neutrum in Dat. Ablativo-Genit. et Locat. sing., atque in Genitivo-Locat. dualis, Masculini quoque analogiam sequi possit; e. c. शुचि *n. purum* मृदु *n. tenerum* formant Dat. sing. शुचिने, मृदुने vel शुचये, मृदवे; Abl. Gen. शुचिनस्, मृदुनस् vel शुचेस्, मृदोस्; Locat. शुचिनि, मृदुनि vel शुचौ, मृदौ; Genit. Loc. dual. शुचिनोस्, मृदुनोस् vel शुच्योस्, मृद्वोस्.

163. In Feminino adjectiva in इ desinentia sicut मति *f.* declinantur; adjectiva vocali उ terminata in Feminino plerumque suffixum ई adjiciunt, veluti मृद्वी *tenera,* a मृदु, quam ob rem tertiam sequuntur declinationem (veluti नदी). Quae suffixum ई in Fem. non adjiciunt, ad arbitrium उ finale non mutatum retinent et sicut धेनु *f.* flectuntur, aut उ producunt in ऊ, quo facto, Fem. ad tertiam pertinet declinationem; e. c. तनु *tenuis,* Fem. तनु, secundum धेनु, vel तनू, secundum वधू.

NOMINA IRREGULARIA.

164. Voces पति *m. dominus* et सखि *amicus* pluribus in casibus a generali norma recedunt. In Instr. sing. न् euphonicum non inserunt, sed e generali euphoniae regula formant पत्या, सख्या. 2. In Dat. *Gunam* non admittunt, formantes पत्ये, सख्ये pro पतये, सखये.

3. In Ablat. Gen. habent उस् terminationem, sicut voces in ऋ desinentes, formantes पत्युस्, सख्युस् pro पतेस्, सखेस्. 4. Ante Locativi terminationem औ (v. *r.* 132.) इ vocalem non abjiciunt, sed in य् immutant, formantes पत्यौ, सख्यौ pro पतौ, सखौ. — Praeterea sequentes anomaliae propriae sunt सखि vocis: *a*) in Nominat. sing. format सखा, ut videtur ex inusitato themate सख् vel सखन् (v. *r.* 179. et 224.); *b*) in Accus. format सखायम्, in Nom. Acc. et Voc. dual. सखायौ, atque in Nom. et Voc. pl. सखायस्, ex inusitato themate सखै. Integra ambarum vocum declinatio est igitur:

	Singularis		Dualis		Pluralis	
Nom.	पतिस्	सखा	पती	सखायौ	पतयस्	सखायस्
Acc.	पतिम्	सखायम्	पती	सखायौ	पतीन्	सखीन्
Instr.	पत्या	सख्या	पतिभ्याम्	सखिभ्याम्	पतिभिस्	सखिभिस्
Dat.	पत्ये	सख्ये	पतिभ्याम्	सखिभ्याम्	पतिभ्यस्	सखिभ्यस्
Abl.	पत्युस्	सख्युस्	पतिभ्याम्	सखिभ्याम्	पतिभ्यस्	सखिभ्यस्
Gen.	पत्युस्	सख्युस्	पत्योस्	सख्योस्	पतीनाम्	सखीनाम्
Loc.	पत्यौ	सख्यौ	पत्योस्	सख्योस्	पतिषु	सखिषु
Voc.	पते	सखे	पती	सखायौ	पतयस्	सखायस्

पति in fine compositorum, e.c. in नृपति *virorum dominus,* regularem sequitur declinationem.

165. Voces neutrius generis अक्षि *oculus,* अस्थि *ossis,* दधि *lac coagulatum* et शक्थि *femur,* in pluribus, न् euphonicum inserentibus casibus, vocalem इ ejiciunt, formantes e.c. अक्ष्णा (v. *r.* 94[a].) अस्थ्ना, दध्ना, शक्थ्ना pro अक्षिणा etc. Hanc anomaliam eo explicandam esse censeo, quod horum nominum debilissimi casus (v. *r.* 185. *b.* et *c.*) a thematibus in अन् desinentibus descendant, quippe quae penultimum अ secundum *r.* 224. iisdem in casibus ejiciant. Potissimum autem haec sententia eo confirmatur, quod अस्थि in Locativo et

अस्थ्नि et अस्थनि (cf. दाम्नि vel दामनि a दामन् *r.* 224.) format, quae posterior forma solum ex अस्थन् explicari potest. Completa hujus vocis declinatio est: Singularis: अस्थि, अस्थ्ना, अस्थ्ने, अस्थ्नस्, अस्थ्नि vel अस्थनि. Dualis: अस्थिनी, अस्थिभ्याम्, अस्थ्नोस्. Pluralis: अस्थीनि, अस्थिभिस्, अस्थिभ्यस्, अस्थ्नाम्, अस्थिषु. Eandem analogiam sequuntur अक्षि, दधि et सक्थि, ita tamen ut in Locat. solum अक्ष्णि, दध्नि, सक्थ्नि habeant, non दधनि etc.

TERTIA DECLINATIO.

ई, ऊ.

166. Voces s i m p l i c e s (non compositae) fere omnes sunt generis feminini. Masculina s i m p l i c i a in ई et ऊ desinentia rarissima sunt; Neutra vero nunquam in longam desinunt vocalem. Quod ad declinationem vocum in ई et ऊ attinet, duo discernendi sunt ordines, quorum prior monosyllabas, alter polysyllabas comprehendit voces. Monosyllaba in ई et ऊ desinentia numero sunt pauca, quae maximam partem abstracta sunt substantiva, nudam exhibentia radicem, veluti भी *timor*, ह्री *pudor* etc. In declinatione a polysyllabis vocibus in ई et ऊ desinentibus praecipue eo differunt, quod vocalem suam finalem ante vocales flexionum, secundum *r.* 51., in इय् et उव् transformant, non sicut polysyllaba in solam semivocalem य् vel व्; deinde, quod in Accus. sing. अम्, atque in Accus. pl. अस् addunt terminationes, quum polysyllaba characteres म् et स् proxime cum themate conjungunt; denique, quod in Vocativo sing. Nominativi characterem assumunt. Quae arbitraria sunt discrimina, paradigmata भी et भू ostendunt (vid. Tab. ad *r.* 154.).

Polysyllaba Feminina in ई desinentia maximam partem derivativa sunt, quae a primitivis suis addita vocali ई descendunt, e. c. नदी *flumen* a नद ejusdem significationis (v. *r.* 240.), महती *magna* a

महत् *magnus, magnum.* Haec derivata Feminina in Nominativo sing. charactere स् carent et nudum exhibent thema (v. *r.* 120.), qua in re a polysyllabis Femininis in ऊ differunt, cum quibus in omnibus reliquis casibus conveniunt.

Monosyllaborum hujus declinationis Femininorum paradigmata proponimus voces भी *timor,* भू *terra;* polysyllaborum exempla sint नदी *flumen,* वधू *mulier* (v. Tab. ad *r.* 154.).

167. लक्ष्मी nomen uxoris dei *Vischnus,* तन्त्री *funis, chorda,* et तरी *navis,* quae primitivae, non feminino charactere ई derivatae sunt voces, Nominativi signum स् assumunt, e.c. लक्ष्मीस्; praeterea नदी paradigmatis sequuntur analogiam. श्रोणी *coxa,* quanquam item est primitivum, tamen in Nominativo श्रोणी sonat. Aliae polysyllabae primitivae voces non inveniuntur.

168. स्त्री *femina* in Nominativo sing. format स्त्री (secundum नदी) atque in Accus. ad arbitrium format स्त्रियम् secundum भियम्, vel स्त्रीम् secundum नदीम्. Praeterea regulariter paradigmatis भी sequitur analogiam.

169. Adjectiva composita possessiva (बहुव्रीहि dicta v. *r.* 663.), quorum posterius membrum est substantivum fem. in ई et ऊ desinens, generis communis sunt atque in ambobus generibus sicut substantivum suum finale flectuntur; hisce tamen legibus:

a) Adjectiva monosyllabo substantivo terminata in Dat. Ablat. Gen. et Locat. femininas flexiones ऐ, आस् et आम् non admittunt; e. c. गतभी *m. f. remotum timorem habens, intrepidus,* et सुभ्रू *pulchra supercilia habens* flectuntur, Singularis: गतभीस्, सुभ्रूस्, गतभियम्, सुभ्रुवम्, गतभिया, सुभ्रुवा, गतभिये, सुभ्रुवे, गतभियस्, सुभ्रुवस्, गतभियि, सुभ्रुवि, गतभीस्, सुभ्रूस्. Dualis et Pluralis plane ut भी et भू, vid. Tab. ad *r.* 154.

b) Adjectiva quae primitivo Feminino polysyllabo*), in ई desinente, finiuntur, 1. in casibus supra dictis praeter terminationes ऐ, आस्, आम् etiam masculinas terminationes ए, अस्, इ admittunt. 2. in Vocat. sing. etiam Nominativi formam induere, atque in Accus. pl. praeter स् etiam न् characterem assumere possunt; e.c. आत्तलक्ष्मी *m.f. extinctam fortunam habens* flectitur, Singularis: आत्तलक्ष्मीस्, आत्तलक्ष्मीम्, आत्तलक्ष्म्या, आत्तलक्ष्म्यै vel आत्तलक्ष्म्ये, आत्तलक्ष्म्यास् vel आत्तलक्ष्म्यस्, आत्तलक्ष्म्याम् vel आत्तलक्ष्म्यि, आत्तलक्ष्मि vel आत्तलक्ष्मीस्. Dualis: आत्तलक्ष्म्यौ, आत्तलक्ष्मीभ्याम्, आत्तलक्ष्म्योस्. Pluralis: आत्तलक्ष्म्यस्, आत्तलक्ष्मीस् vel आत्तलक्ष्मीन्, आत्तलक्ष्मीभिस् etc.

c) Genus neutrum vocales ई et ऊ in इ et उ corripit atque sicut वारि et तालु flectitur (vid. Tab. ad *r.* 154.), ita tamen ut Instrum. Dat. Abl. Genit. et Locat. etiam declinationem, qua Masculinum et Femininum inter se conveniunt, sequi possint; e.c. गतभि et सुभ्रु flectuntur, Singularis: गतभि, सुभ्रु; गतभिया vel गतभिना, सुभ्रुवा vel सुभ्रुणा; गतभिये vel गतभिने, सुभ्रुवे vel सुभ्रुणे; गतभियस् vel गतभिनस्, सुभ्रुवस् vel सुभ्रुणस्; गतभियि vel गतभिनि, सुभ्रुवि vel सुभ्रुणि; गतभे vel गतभि, सुभ्रो vel सुभ्रु. Dualis et Pluralis plane ut वारि et तालु, v. Tab. ad *r.* 154. आत्तलक्ष्मि flectitur, Singularis: आत्तलक्ष्मि, आत्तलक्ष्म्या vel आत्तलक्ष्मिणा, आत्तलक्ष्म्यै vel आत्तलक्ष्म्ये vel आत्तलक्ष्मिणे, आत्तलक्ष्म्यास् vel आत्तलक्ष्म्यस् vel आत्तलक्ष्मिणस्, आत्तलक्ष्म्याम् vel आत्तलक्ष्म्यि vel आत्तलक्ष्मिणि, आत्तलक्ष्मे vel आत्तलक्ष्मि. Dualis et Pluralis plane ut वारि in Tab. ad *r.* 154.

170. Radices in ई et ऊ desinentes, ubi, quod rarissime accidit, in fine compositorum *r.* 106. descriptorum ponuntur, tanquam adjectiva sunt generis communis et Neutrum formant secundum *r.* 174.

***) Polysyllaba Feminina in ऊ, et derivata Feminina polysyllaba in ई desinentia, nunquam in fine compositorum hujus generis inveniuntur.**

Tanquam substantiva hae radices sunt nomina agentis tam masculini quam feminini generis, praecipue tamen ut Masculina usurpantur. In declinatione maxime cum polysyllabis Femininis in ई desinentibus conveniunt, a quibus in Dualis casibus nusquam, in Plurali autem in Acc. et Gen. solum recedunt. Paradigmata sint पी *m.f. qui* vel *quae bibit,* पू् *m.f. qui* vel *quae purificat,* quae in compositione cum quopiam substantivo, declinantur, Singularis: पीस्, पूस्, प्यम्, प्वम्, प्या, प्वा, प्ये, प्वे, प्यस्, प्वस्, प्यि, प्वि, पीस्, पूस्. Dualis: प्यौ, प्वौ, पीभ्याम्, पूभ्याम्, प्योस्, प्वोस्. Pluralis: प्यस्, प्वस्*), पीभिस्, पूभिस्, पीभ्यस्, पूभ्यस्, प्याम्, प्वाम्, पीषु, पूषु.

171. Radices quae, ante ई et ऊ finale, duas consonantes habent, has vocales ex euphoniae lege 52. ante vocales flexionum in इय् et उव् immutant, e.c. क्रीस्, क्रियम्, क्रिया; द्रूस्, द्रुवम्, द्रुवा etc. a क्री *qui* vel *quae vendit,* द्रू *qui* vel *quae currit,* in fine compositorum.

172. स्वयम्भू *m. qui per se ipsum existit* (cognomen dei *Brahmae*) e स्वयम् ipse (v. *r.* 276.) et भू *qui existit,* quanquam unam tantum ante vocalem ऊ habet consonantem, tamen vocalem suam finalem ante vocales flexionum in उव् immutat, formatque e.c. in Accus. स्वयम्भुवम्. Alia in radicem भू desinentia composita partim eandem, partim generalem sequuntur regulam 170.

173. Radix नी *ducere,* in fine hujus generis compositorum, in Locativo sing. femininam terminationem आम् assumit, e.c. सेनानी *m. exercitus dux* format सेनान्याम् pro सेनान्यि**).

---

*) in Nom. Acc. et Vocativo.

**) Substantiva quae cum radice नी componuntur sub conditionibus *r.* 94[a]. eandem ac praepositiones inseparabiles (*r.* 94[b].) vim euphonicam in initialem न् litteram exercent; e.c. ग्रामणी *praecipuus, supremus* (ad litteram pagum ducens i. e. regens).

174. Genus neutrum compositorum, quattuor antecedentibus regulis descriptorum, vix unquam invenitur; ubi tamen adhibetur, finale ई et ऊ corripiuntur in इ et उ (cf. *r.* 169. *c.*) atque declinatio cum वारि et तालु convenit, ita tamen ut Instr. Dat. Abl. Gen. Loc. sing. Gen. et Loc. du. et Gen. pl. etiam Masculini et Feminini communem declinationem sequi possint, e. c. जलपिना vel जलप्या (cf. *r.* 170.).

175. Sunt quaedam substantiva masculina in ई et ऊ desinentia, usu rarissima, suffixis *unâdicis* (v. *r.* 646.) ई et ऊ formata, e.c. पपी *m. sol,* नतू *m. saltator.* Haec et alia hujus ordinis substantiva in declinatione a *r.* 170. eo tantum recedunt, quod Accusativus sing. characterem म् proxime cum themate conjungit, Accusativus plur. terminationem न् pro अस् assumit, atque in Locat. sing. terminatio इ cum antecedente इ coalescit. पपी et नतू formant igitur in casibus modo dictis: पपीम्, नतूम्, पपीन्, नतून्, पपी, नत्वि.

ANNOT. Hanc regulam sequitur etiam हूहू vel हुहू *m.* nomen *Gandharvi* cujusdam.

176. Adjectiva vel nomina agentis, rarissimo usu, in ई et ऊ desinentia atque e radicibus denominativis in ईय् et ऊय् desinentibus formata (v. *r.* 582.), in declinatione sequuntur regulas 170 et 171. Illa tamen, quae ante ई finale consonantem ख् vel त् habent, vel न् litteram त् litterae vicariam (v. *r.* 607.), in Genit. et Ablat. sing. ad arbitrium terminationes उस् vel अस् assumunt; e. c. सुखी *m.f. voluptatem desiderans,* सुती *m.f. filium* vel *filios desiderans,* formant Genitivos सुख्युस्, सुत्युस् (cf. सख्युस्, पत्युस् in *r.* 164.) vel सुख्यस्, सुत्यस्.

177. Neutra adjectivorum antecedentis regulae corripiunt ई finale in इ, quam ob rem secundam declinationem sequuntur, ita tamen, ut in Dat. Abl. Gen. et Loc. sing., in Genit. Loc. du., atque in Gen. pl. etiam Masculini et Feminini sui analogiam sequi possint.

QUARTA DECLINATIO.

ऋ.

178. Voces in ऋ desinentes duos constituunt ordines, quorum alter continet voces obscurae originis, consanguinitatem vel affinitatem exprimentes, tam masculini quam feminini generis, veluti पितृ *pater*, भ्रातृ *frater*, मातृ *mater*, स्वसृ *soror*; alter comprehendit nomina agentis, generis masc. quae regulariter a radicibus, suffixo तृ, derivantur, veluti दातृ *dator* a दा *dare*.

ANNOT. Etiam prioris ordinis voces ejusdem originis esse videntur, quippe quae maximam partem in तृ desinant, veluti पितृ (fortasse pro पातृ, a rad. पा *dominari*), मातृ *mater*, ut videtur a rad. मा, quae cum निर् conjuncta significat *efficere, creare*, दुहितृ *filia* a rad. दुह् *mulgere* (दुहितृ igitur proprie significat, quae mulget i.e. mammam sugit). Aliae hujus ordinis voces त् litteram, quae primitive vocali ऋ antecedebat, perdidisse videntur, id quod comparatione cum cognatis linguis confirmatur, nam स्वसृ *soror* Germanorum est *Schwester*, Anglorum *sister* *).

179. Utrumque hujus declinationis ordinem olim in अर् desivisse censeo. Nam ex पितर्, मातर्, दातर् Nominativi पिता, माता, दाता formantur, eo quod consonans finalis abjicitur et antecedente vocali producta compensatur, plane ut *r.* 224. Nominativus राजा e राजन् formatur. Secundus ordo hanc productam vocalem etiam in reliquis fortibus casibus (v. *r.* 185.) retinet, qua in re formae दातारम्, दातारौ, दातारस्, a themate दातर्, accurate conveniunt cum राजानम्, राजानौ, राजानस् (v. *r.* 224.). Ubi ex lege 224. अ vocalis ejicitur ante न्, अ ejicitur quoque ante र्, quam ob rem formae पित्रा, पित्रे, पित्रोस्, si a पितर् derivantur, analogae sunt formis राज्ञा, राज्ञे, राज्ञोस्. Forma पित्रोस् tamen etiam a पितृ ex euphoniae lege 54.

---

*) Praeter स्वसृ soror देवृ mariti frater (cf. δαήρ) unicum hujus ordinis esse videtur vocabulum, quod penultimo त् careat.

descenderet (v. *r.* 141.); formae पित्रा et पित्रे vero non apte ex themate पितृ explicari possunt, quia Masculina in brevem vocalem desinentia in Instrumentali न् euphonicum inserunt, atque in Dativo *Gunam* requirunt (v. *r.* 125.*c.* et 127.*b.*), ita ut पितृ formas पितृणा et पितरे, non vero पित्रा, पित्रे efficere deberet. In Locativo convenit पितरि, a पितर्, cum राजनि a राजन्. Quod ad formam पितुस् attinet, non dilucide apparet, utrum उ vocalis ad thema, an ad flexionem pertineat; primo loco उ anomala esset permutatio vocalis ऋ vel semivocalis र् (cf. *r.* 181.). Quodsi autem, quod magis mihi placet, उ vocalis ad flexionem pertinet, formam पितुस् ex primitiva et perdita forma पित्रुस्, abjecto र्, explicandam esse censeo.*) In casibus, ubi themata in न् desinentia hanc litteram abjiciunt — videlicet ante भ् et सु et in initio compositorum v. *r.* 67. — primitiva syllaba अर् corripitur in ऋ vocalem, ideo e.c. पितृभिस् pro पितर्भिस्, quod fortasse consueta litterarum transpositione transformabatur in पित्रभिस् (v. *r.* 34[b]). et confer πατράσιν pro πατέρσιν), cujus permutatio in पितृभिस् cum forma पृछ् pro प्रछ् similibusque frequentissimis radicum contractionibus convenit (v. *r.* 325.). — Accusativus et Genitivus pluralis sunt soli casus, qui explicationem ex thematibus in अर् desinentibus prorsus repudient, nam पितर्, मातर् in his casibus formarent पित्रस्, मात्रस् (cf. राज्ञस्), पित्राम्, मात्राम् (cf. राज्ञाम्); formae पितॄन्, मातॄस्, पितॄणाम्, मातॄणाम् autem accurate respondent regulis 145. 146. et 150., quoad ad themata brevibus terminata vocalibus spectant.

Neutra hac in declinatione non occurrunt, nisi in adjectivis compositis, substantivo in ऋ desinente terminatis, e.c. कुन्तीमातृ *Kuntiam*

---

*) पित्रुस् autem e regulari forma पित्रस् (quae cum राज्ञस् et graeco πατρός convenit) eo explicari potest, quod अ vocalis vi quadam euphonica duarum antecedentium consonantium in उ transierit, ex analogia cum *r.* 164. et 176., ubi formae पत्युस्, सुत्युस् item त् litteram cum semivocali conjunctam ostendunt.

tanquam matrem habens, Kuntia natus. Horum adjectivorum Neutra in omnibus casibus cum aliis, quapiam vocali finitis, Neutris conveniunt atque a thematibus in अर् prorsus aliena videntur, quod eo fortasse explicandum est, quod Neutra in universum brevissimam in fine thematis amant formam, quam ob rem अर् syllabam ubique in ऋ corripiunt.

Paradigmata hujus declinationis sint पितृ *m. pater,* मातृ *f. mater,* दातृ *m. dator,* et दातृ *n.* in fine compositorum (v. Tab. ad *r.* 154.).

180. नप्तृ *m. nepos* et स्वसृ *f. soror* in casibus fortibus (vid. *r.* 185.*b.*) secundi ordinis normam sequuntur, formantque (in analogia cum दातृ) नप्तारम्, स्वसारम्, नप्तारौ, स्वसारौ, नप्तारस्, स्वसारस्.

181. क्रोष्टु *m. canis aureus,* quanquam in उ desinit, plures casus ex क्रोष्टृ vel potius क्रोष्टर् themate format, in analogia cum दातृ; alios ad arbitrium ex क्रोष्टु vel क्रोष्टृ; et tantum Vocativus sing., Locat. pl. et quae a भ् incipiunt flexiones solummodo a क्रोष्टु derivantur. Integra ejus declinatio est:

क्रोष्टु *m.*

	Singularis	Dualis	Pluralis
Nom.	क्रोष्टा	क्रोष्टारौ	क्रोष्टारस्
Acc.	क्रोष्टारम्	क्रोष्टारौ	क्रोष्टून् vel क्रोष्टॄन्
Instr.	क्रोष्ट्रा vel क्रोष्टुना	क्रोष्टुभ्याम्	क्रोष्टुभिस्
Dat.	क्रोष्ट्रे vel क्रोष्टवे	क्रोष्टुभ्याम्	क्रोष्टुभ्यस्
Abl.	क्रोष्टुस् vel क्रोष्टोस्	क्रोष्टुभ्याम्	क्रोष्टुभ्यस्
Gen.	क्रोष्टुस् vel क्रोष्टोस्	क्रोष्ट्रोस् vel क्रोष्ट्वोस्	क्रोष्टूनाम्
Loc.	क्रोष्टरि vel क्रोष्टौ	क्रोष्ट्रोस् vel क्रोष्ट्वोस्	क्रोष्टुषु
Voc.	क्रोष्टो	क्रोष्टारौ	क्रोष्टारस्

13

182. नृ *m. vir* ad normam primi ordinis flectitur (sicut पितृ), in Genit. pl. vero praeter नॄणाम् anomalam formam नृणाम्, non producta ऋ vocali, admittit.

QUINTA DECLINATIO.

ऐ, ओ, औ.

183. Haec declinatio solum paucas continet monosyllabas voces, quarum flexiones Feminina a Masculinis non distinguunt. ओ finale in fortibus casibus (v. *r.* 185. *b.*), Accusativo sing. excepto, in औ transit, quod ante vocales ex lege 55. in आव् dissolvitur. In Acc. sing. et pl. ओ transit in आ e.c. गाम्, गास् a गो*). Quae in ऐ et औ desinunt voces, in Accus. sing. अम् et in Abl. Genit. sing. et Acc. pl. अस् assumunt terminationem (cf. monosyllaba in ई), atque रै *m.f. res*, quod unicum est in ऐ desinens vocabulum, ante consonantes flexionum diphthongum suam in आ immutat, e.c. रास्, राभिस्, रासु. Vocum in ओ et औ desinentium paradigmata sint गो *m.f. bos m.f.*, नौ *f. navis* (v. Tab. ad 154.).

184. Adjectiva composita, substantivo in ऐ, ओ vel औ terminata, in Masc. et Fem. a declinatione substantivorum non differunt. Neutrum corripit diphthongum finalem in respondentem vocalem brevem, ऐ in इ, ओ et औ in उ (vid. annot. ad *r.* 33.), et sequitur declinationem secundam; ita tamen ut Instr. Dat. Abl. Genit. sing., Genit. Locat. du. et Genit. pl. etiam Masc. et Fem. flexiones assumere possint; e.c. बहु *multus* cum नौ *f. navis* compositum format

*) गाम् ex गावम् (= गौ + अम्) et गास् ex गवस् (= गो + अस्) ejecto व्, ortum esse censeo; quia prius ad fortes posterius ad debiles (v. *r.* 185. *b.*) casus pertinet. Cf. bovem, boves; nam bos et βοῦς idem est ac sanscritum गौस्, gutturales enim facile permutantur cum labialibus, surdae cum surdis et sonorae cum sonoris. Vid. radicem गा *ire* in Glossario.

बहुनौ *m.f. multas naves habens*, cujus Neutrum est बहुनु, a quo descendunt: बहुनुना vel बहुनावा, बहुनुने vel बहुनावे, बहुनुनस् vel बहुनावस्, बहुनुनोस् vel बहुनावोस्, बहुनूनाम् vel बहुनावाम्.

SEXTA DECLINATIO.

VOCES QUAE IN CONSONANTEM DESINUNT.

185. *a*) Voces quae in consonantem desinunt, in duas rediguntur classes. Prior comprehendit voces radicales et eas quae maximam partem obscurae vel dubiae sunt originis, a grammaticis vero suffixis *unâdicis* (v. *r.* 646.) explicantur, veluti हरित् *viridis*, मरुत् *ventus*. Altera continet voces, quae solitis suffixis, *Kridanta* et *Taddhita* dictis, formatae sunt.*) Prioris classis voces in declinatione omnino sequuntur generales casuum formandorum regulas et euphoniae leges.

b) Quod ad alteram classem et ad nomina anomala prioris classis attinet, maximi momenti est casuum divisio in fortes et debiles. Fortes sunt Nominativus, Accusativus et Vocativus sing. et du., deinde Nominativus et Vocativus pl. Debiles sunt omnes reliqui casus, qui iterum apte in debiliores et debilissimos redigendi sunt. Debiliores sunt ii, quorum flexio a consonante incipit, debilissimi sunt illi debiles casus qui vocalem in initio flexionis habent. Fortes casus, ubi duo cognata themata declinationem cujuspiam vocis constituunt, semper e fortiori formantur themate, debilesque ex debiliori. Ubi tres thematis variationes declinationem constituunt, fortes casus a fortissima descendunt forma, debiliores a debiliori et debilissimi a debilissima forma; e.c. तुदत्

*) Priora formant voces primitivas e radicibus ipsis, altera derivativas ex aliis nominibus.

vexans (v. *r.* 218.) **fortes** casus Masc. format ex तुदन्त्, **debiles**que ex तुदत्, atque प्रत्यच् *occidentalis* (v. *r.* 198.) cujus declinatio tres thematis formas ostendit, **fortes** casus Masc. format ex प्रत्यञ्च्, **debiles**que partim ex प्रत्यच्, partim ex प्रतीच्, ita ut ex posteriori forma **debilissimi**, ex priori **debiliores** casus descendant.

तुदत् (forma fortis तुदन्त्).

		Casus fortes	Casus debiles
Singularis:	*Nom. Voc.*	तुदन्	....
	Acc.	तुदन्तम्	....
	Instr.	....	तुदता
	Dat.	....	तुदते
	Abl. Gen.	....	तुदतस्
	Loc.	....	तुदति
Dualis:	*N. Acc. Voc.*	तुदन्तौ	....
	Ins. Dat. Abl.	....	तुदद्भ्याम्
	Gen. Loc.	....	तुदतोस्
Pluralis:	*Nom. Voc.*	तुदन्तस्	....
	Acc.	....	तुदतस्
	Instr.	....	तुदद्भिस्
	Dat. Abl.	....	तुदद्भ्यस्
	Gen.	....	तुदताम्
	Loc.	....	तुदत्सु

प्रत्यच् (forma fortis प्रत्यञ्च्, forma debilissima प्रतीच्).

		Casus fortes	Casus debiliores	Casus debilissimi
Singularis:	*Nom. Voc.*	प्रत्यङ्	....	....
	Acc.	प्रत्यञ्चम्	....	....
	Instr.	....	....	प्रतीचा
	Dat.	....	....	प्रतीचे
	Abl. Gen.	....	....	प्रतीचस्
	Loc.	....	....	प्रतीचि
Dualis:	*N. Acc. V.*	प्रत्यञ्चौ	....	....
	I. D. Abl.	....	प्रत्यग्भ्याम्	....
	Gen. Loc.	....	....	प्रतीचोस्
Pluralis:	*Nom. Voc.*	प्रत्यञ्चस्	....	....
	Acc.	....	....	प्रतीचस्
	Instr.	....	प्रत्यग्भिस्	....
	Dat. Abl.	....	प्रत्यग्भ्यस्	....
	Gen.	....	....	प्रतीचाम्
	Loc.	....	प्रत्यक्षु	....

c) Adjectiva femininum characterem ई, ubi in Masculino et Neutro duae exstant thematis formae, cum debili conjungit, ubi tres, cum debilissima, e. c. प्रतीची, non प्रत्यची vel प्रत्यञ्ची. Neutra adjectivorum, quod ad Nom. Acc. Vocativum attinet, in Singulari sequuntur casuum debiliorum, in Duali debilissimorum, atque in Plurali fortium analogiam, e.c. a श्रीमत् (in forma forti श्रीमन्त्) venit Singularis श्रीमत्, non श्रीमन्, Dualis श्रीमती, non श्रीमन्ती, Pluralis श्रीमन्ति; a प्रत्यच् venit प्रत्यक्, प्रतीची, प्रत्यञ्चि. Reliqui casus a Masculino non differunt.

Annot. Formae श्रीमन्ति et प्रत्यञ्चि etiam ex श्रीमत् et प्रत्यच् secundum *r.* 143.*b.* explicari possent; cum autem महत् *n.* (*r.* 220.) in Plurali format महान्ति non महन्ति, चतुर् (v. *r.* 255.) चत्वारि non चतुरि, अनडुह् (v. *r.* 215.) अनड्वांहि non अनडुंहि, manifesto ex his formis apparet, Pluralem Neutrorum in Nom. Acc. Voc. a forti descendere themate (cf. *r.* 165.).

CLASSIS PRIMA.

186. Voces radicales aut abstracta substantiva gen. fem. sunt, veluti युध् *pugna*, क्षुध् *fames*, aut adjectiva vel nomina agentis in fine compositorum, veluti धर्मविद् *jus noscens* (v. *r.* 106.). Tanquam adjectiva hae radicales voces, in fine compositorum, maximam partem generis communis sunt, atque Neutrum in suetis casibus a Masculino et Feminino distinguunt.

187. Paradigmata hujus classis sint sequentia adjectiva, quae in declinatione nonnisi diversis observandis euphoniae legibus differunt, et in fine compositorum solum adhiberi possunt: वच् *loquens*, भुज् *edens*, राज् *regens*, पत् *cadens*, विद् *sciens*, युध् *pugnans*, बुध् *intelligens*, लभ् *adipiscens*, चर् *iens*, शम् *coercens*, विश् *intrans*, दिश् *ostendens*, द्विष् *odium habens*, मृष् *patiens*, कस् *iens*, चकास् *splendens*, पिस् *iens*, लिह् *lambens*, दुह् *mulgens*, वल्ग् *iens* (v. Tab. ad *r.* 154.).

188. Sequitur hic schema terminationum et primae et secundae classis vocum in consonantem desinentium:

	Singularis	Dualis	Pluralis
Nom.		औ *m. f.* ई *n.*	अस् *m. f.* इ *n.*
Acc.	अम् *m. f.*	औ *m. f.* ई *n.*	अस् *m. f.* इ *n.*
Instr.	आ *m. f. n.*	भ्याम् *m. f. n.*	भिस् *m. f. n.*
Dat.	ए *m. f. n.*	भ्याम् *m. f. n.*	भ्यस् *m. f. n.*
Abl.	अस् *m. f. n.*	भ्याम् *m. f. n.*	भ्यस् *m. f. n.*
Gen.	अस् *m. f. n.*	ओस् *m. f. n.*	आम् *m. f. n.*
Loc.	इ *m. f. n.*	ओस् *m. f. n.*	सु *m. f. n.*
Voc.		औ *m. f.* ई *n.*	अस् *m. f.* इ *n.*

SPECIALES REGULAE.

189. Radices in न् desinentes, in fine compositorum, Femininum a Masc. distinguunt addito Feminini charactere ई, idemque flectunt ad polysyllaborum tertiae declinationis normam. Praeterea radix हन् *occidens,* quae sola in hujus generis compositis usu frequentatur, hanc subit anomaliam, quod in debilissimis casibus, atque ante femininum characterem ई, mediam vocalem अ ejicit atque initiale ह in घ् transformat. Locativus sing. tamen regularem quoque formam admittit. Declinatur igitur: Sing. हा (v. *r.* 121.*b.*), हनम्, घ्ना, घ्ने, घ्नस्, घ्नि vel हनि, हन्. Du. हनौ, हभ्याम् (v. *r.* 92[a]).), घ्नोस्. Plur. हनस्, घ्नस्, हभिस्, हभ्यस्, घ्नाम्, हसु. — Femininum est घ्नी.

190. Quodsi हन् componitur cum vocabulo, unam litterarum ऋ, ॠ, र्, ष् continente: hae litterae in न् litteram vocis हन्, iisdem, quod ad intercedentes litteras attinet, conditionibus quae *r.* 94[a]). statuuntur, eandem vim euphonicam exercent, qua न् in ण् immutatur. Excipiuntur tamen casus ubi secundum *r.* 189. हन् vocalem suam ejicit. Dicitur e. c. वृत्रहणम् *Vritri occisorem,* sed e contrario वृत्रघ्ना, वृत्रघ्ने etc.

191. De vocibus in म् desinentibus vide annotationes ad *r.* 68. et 95.

192. De vocibus in इर्, उर्, इस् et उस् desinentibus vid. euphon. *rr.* 73[a]. 76[a]. 97. et 100. *d.* Exempla sint गिर् *loquens* et पिस् *iens* (v. Tab. ad *r.* 154.).

193. Formae desiderativae in इस् (v. not. ad *r.* 99.) eandem, quod ad penultimum इ attinet, sequuntur euphoniae legem, quia in his secundariis radicibus स् littera radicalis litterae fungitur vice atque in tota vocabulorum familia, quae a desiderativa radice descendit, conservatur; e. c. जिगदिस् *loquendi cupidus* (in fine compositorum) format Nom. et Vocativum जिगदीस्, Instr. pl. जिगदीर्भिस्, Acc. sing. जिगदिषम् (v. *r.* 101[a].).

194. Formae desiderativae in क्ष् (pro क्स् v. *r.* 101[a].) desinentes, ubi ex euphoniae legibus 57. et 84. ultimam consonantem abjiciunt, antecedentem consonantem in primitivam ejus potestatem restituunt, ita ut e. c. विविक्ष् (e विविश् + स् v. *r.* 98. *b.*) *intrandi cupidus,* abjecta sibilante, non veluti विविक् tractetur, sed ut विविश्, quod Nominativum et Voc. format विविट् (v. *r.* 74.), Locat. pl. विविट्सु, Instr. विविड्भिस् (v. *r.* 98. *d.*) etc. Quae a vocali incipiunt flexiones, regulariter ex integra forma deducuntur; e. c. विविक्षम्, विविक्षा etc.

195. Voces radicales duabus terminatae consonantibus, quarum prior alia est nasalis quam न्, nasalem suam, ubi consonans finalis secundum *r.* 57. et 84. abjicitur, in न् immutant, quod contra *r.* 15. etiam ante Locativi flexionem सु retineri dicitur; e. c. खञ्ज् *saltans* (in fine compositorum) format Nom. et Vocativ. खन्, Instr. plur. खन्भिस्, Loc. खन्सु vel inserto त् euphonico, खन्त्सु (vid. annot. ad *r.* 83.).

VOCES ANOMALAE PRIMAE CLASSIS.

196. Radix अञ्च् (scribitur quoque अच् v. *r.* 110[e]).) cum quibusdam praepositionibus inseparabilibus composita, anomala format adjectiva, quae penultimam nasalem ejiciunt, in casibus fortibus (v. *r.* 185. *b.*) masc. vero retinent, ita tamen ut, ubi secundum *r.* 57. finalis consonans abjicitur, antecedens nasalis non in न् (v. *r.* 195.) sed in ङ् transeat. Femininum addit characterem fem. ई.

197. प्राच् *orientalis* (ex प्र + अञ्च्), अवाच् *meridionalis* (ex अव + अञ्च्). Hae duae voces secundum antecedentem regulam formant in Nominat. et Voc. masc. trium numerorum प्राङ्, अवाङ्, प्राञ्चौ, अवाञ्चौ, प्राञ्चस्, अवाञ्चस्; in Accus. प्राञ्चम्, अवाञ्चम्, प्राञ्चौ, अवाञ्चौ, प्राचस्, अवाचस्. Feminina sunt प्राची, अवाची (secundum नदी in Tab. 154.). Neutrum sequitur regulam 185. *c.* inde Nom. Acc. Voc. प्राक्, प्राची, प्राञ्चि.

198. प्रत्यच् *occidentalis* (ex प्रति + अञ्च्), उदच् *septentrionalis* (ex उत् + अञ्च् v. *r.* 196.). Hae duae voces in casibus debilissimis (v. *r.* 185. *b.*) atque ante femininum characterem et Dualis Neut. flexionem ई, in प्रतीच् et उदीच् corripiuntur. Ceterum regulam 196. sequuntur.

199. सम्यच् *comitans* (e समि pro सम् *cum* + अञ्च्), सध्र्यच् *id.* (e सध्रि pro सह *cum* + अञ्च्), विश्वद्र्यञ्च् *quoquoversus iens* (e विश्वद्रि pro विश्व *omnis* + अञ्च्), देवद्र्यञ्च् *deos colens* (e देवद्रि pro देव *deus* + अञ्च्). Hae voces in debilissimis casibus atque ante femininum characterem ई et Dualis Neut. flexionem mutantur in समीच्, सध्रीच्, विश्वद्रीच् et देवद्रीच्. Ceterum sequuntur regulam 196.

200. तिर्यच् *curve iens* (ex तिरि pro तिरस् *curve* + अञ्च्) in debilissimis casibus et ante fem. characterem et Dualis Neut. flexionem mutatur in तिरश्च्; ceterum sequitur regulam 196.

201. प्राञ्च् *adorans* (ex प्र + अञ्च् *adorare*), ubique nasalem retinet, atque ubi च् finale ex euphoniae legibus 57 et 84 abjicitur, ञ् immutatur in ङ् (cf. *r.* 196.) e.c. Sing. प्राङ्, प्राञ्चम्, प्राञ्चा etc. Dual. प्राञ्चौ, प्राङ्भ्याम् etc.

202. प्राछ् *m. interrogator* ante vocales flexionum छ् litteram finalem transformare potest in श् e.c. Instr. प्राछा vel प्राशा (cf. *r.* 87. *e.*).

203. असृज् *n. sanguis* (Nom. असृक्) Instrumentalem et Dat. sing. atque Accusativum pl. ad arbitrium ex proprio suo themate vel ex असन् format; itaque असृजा, असृजे, असृञ्जि vel अस्ना, अस्ने, असानि. Omnes reliqui casus a themate असृज् regulariter descendunt.

204. अवयाज् (ex praepos. अव et rad. यज् *adorare*) Nominativum et Vocat. sing. et eas flexiones, quae a consonante incipiunt, e themate अवयस् format, secundum regulam 230. ita tamen ut Vocat. sing. irregulariter etiam Nominativi formam assumere possit. Itaque Singularis: अवयास्, अवयाजम् etc. Vocat. अवयस् vel अवयास्. Dualis: अवयाजौ, अवयोभ्याम्, अवयाजोस्. Plur. अवयाजस्, अवयोभिस्, अवयोभ्यस्, अवयाजाम्, अवयःसु vel अवयस्सु.

205. यकृत् *n. jecur* et शकृत् *stercus* debiles casus (v. *r.* 185. *b.*) ad arbitrium ex proprio suo themate vel e cognata forma यकन्, शकन् formare possunt. Flectuntur itaque: Nom. Voc. यकृत्, शकृत्, यकृती, शकृती, यकृन्ति, शकृन्ति, Acc. यकृत्, शकृत्, यकृती, शकृती, यकृन्ति vel यकानि, शकृन्ति vel शकानि. Instr. यकृता vel यक्ना, शकृता vel शक्ना, यकृद्भ्याम् vel यकभ्याम्, शकृद्भ्याम् vel शकभ्याम्, यकृद्भिस् vel यकभिस्, शकृद्भिस् vel शकभिस् etc.

206. पाद् *m. pes* (a rad. पद् *ire*), in fine compositorum adjectivorum usitatum, in debilissimis casibus thema पाद् corripit in पद्; e.c. सुपाद् *pulchros pedes habens* format Accusativum masc. et fem. सुपादम्, सुपादौ, सुपदस् (non सुपादस्), Instrumentalem trium generum सुपदा, सुपाद्भ्याम्, सुपाद्भिस् etc.

207. अप् *f. aqua* (pluralis numeri) in casibus **fortibus** producitur in आप्, atque ante भ् flexionum, प् litteram irregulariter immutat in द्. Declinatur igitur: आपस्, अपस्, अद्भिस्, अद्भ्यस्, अपाम्, अप्सु, आपस्.

208. दिव् *f. coelum* ante consonantes flexionum transit in द्यु (mutando व् semivocalem in respondentem vocalem उ, ante quam इ ex euphoniae lege in य् transformatur), atque Nominativum et Vocat. sing. et ad arbitrium etiam Accusativum, ex themate द्यो format. Declinatur igitur: द्यौस्, दिवम् vel द्याम्, दिवा, दिवे, दिवस्, दिवि, द्यौस्; दिवौ, द्युभ्याम्, दिवोस्; दिवस्, द्युभिस्, द्युभ्यस्, दिवाम्, द्युषु. — In fine compositorum Neutrum sonat etiam in Nominat. Acc. et Voc. sing. द्यु.

209. गोरक्ष् *m. f. n. boves custodiens* (e गो et rad. रक्ष् *custodire, regere*) ubi ex euphoniae legibus 57. et 84. finalem consonantem abjicit, antecedentem क् in ट् et ड् transformare potest, e. c. Nom. Voc. गोरक्, Instr. pl. गोरग्भिस्, Locat. pl. गोरक्षु vel गोरट्, गोरड्भिस्, गोरट्सु. Posteriores formae a rad. राज् *regere,* correpta vocali अ, descendere videntur (v. euphon. *r.* 89. *b.*).

210. आशिस् *f. benedictio* (a rad. शास् *dicere*) quanquam in radicalem desinit स् litteram, tamen hanc sibilantem ante vocales flexionum immutat in ष्; ceterum sequitur regulam 192; e. c. Nom. Voc. sing. आशीस्, Acc. आशिषम्, Instr. pl. आशीर्भिस्, Loc. आशीःषु vel आशीष्षु. Eundem in modum flectitur सजुस् *m. comes,* obscura origine (v. annot. ad *r.* 99.), e. c. Nom. Voc. सजूस्, Acc. सजुषम्, Instr. pl. सजूर्भिस्.

211. उष्णिह् *f. quoddam versuum metrum* contra generalem euphoniae legem ह् litteram in Nom. Voc. sing., et ante consonantes flexionum, in क् et ग् pro ट् et ड् transformat.

212. Radices द्रुह् *odisse*, मुह् *obstupescere*, स्नुह् *vomere*, स्निह् *amare* in fine nominum compositorum ह् litteram finalem, in modo dictis casibus (v. *r.* 211.), ad arbitrium aut in क्, ग्, aut in ट्, ड् immutant.

213. वाह् *ferens, vehens* (in fine compositorum) a rad. वह्, producta vocali, in debilissimis casibus, et ante Feminini characterem ई, वा syllabam in ऊ immutat atque post अ vel आ, prioris compositi vocis, in ओ, quod cum antecedente अ vel आ in औ coalescit; e. c. शालिवाह् *m. n. oryzam ferens*, et भारवाह् *onus ferens* formant Nom. Voc. masc. शालिवाट्, भारवाट् (v. *r.* 81[a].), शालिवाहौ, भारवाहौ, शालिवाहस्, भारवाहस्, Acc. शालिवाहम्, भारवाहम्, शालिवाहौ, भारवाहौ, शाल्यूहस्, भारौहस्; Instr. शाल्यूहा, भारौहा, शालिवड्भ्याम्, भारवड्भ्याम्, शालिवड्भिस्, भारवड्भिस् etc. Feminina sunt शाल्यूही, भारौही.

214. श्वेतवाह् *m. albos equos habens* (cognomen dei *Indri*) in debilissimis casibus ad arbitrium aut syllabam वा retinet, aut in ओ immutat; praeterea hanc subit anomaliam, quod Nom. et Voc. sing. et quae a consonante incipiunt flexiones ex themate श्वेतवस् format (v. *r.* 230.); e. c. Nom. श्वेतवास्, श्वेतवाहौ, श्वेतवाहस्, Acc. pl. श्वेतवाहस् vel श्वेतौहस्, Instr. श्वेतवाहा vel श्वेतौहा, श्वेतवोभ्याम्, श्वेतवोभिस् etc.

215. अनडुह् *m. bos, taurus* (compositum irregulare ex अनस् *currus* et वाह् *vehens*, अनडुह् igitur est pro अनोवाह्) debiles tantum casus ex hoc themate format, casus fortes autem ex अनड्वाह्; ita tamen ut Nominativus et Vocat. sing. propriam habeant anomaliam, qua cum vocibus suffixo वत् vel वस् terminatis (v. *r.* 218. et 235.) convenit. Declinatur igitur, Singularis: अनड्वान्, अनड्वाहम्, अनडुहा, अनडुहे, अनडुहस्, अनडुहि, अनड्वन्. Dualis: अनड्वाहौ, अनडुड्भ्याम्, अनडुहोस्. Pluralis: अनड्वाहस्, अनडुहस्. अनडुड्भिस्, अनडुद्भ्यस्, अनडुहाम्, अनडुत्सु. — In fine compositorum adjectivorum अनडुह् in Neu-

tro formare dicitur Nom. Acc. Voc. अनडुत्, अनडुही, अनड्वांहि; ceterum sicut Masc.

216. नह् *ligans, nectens* (in fine compositorum) contra *r.* 81[a]. et 102. ह् litteram in त् et द् pro ट् et ड् transformat; e. c. उपानह् *f. calceus* (a rad. नह् praefixo उप + आ) format Nominativum उपानत्, उपानहौ, उपानहस्, Instr. उपानहा, उपानद्भ्याम्, उपानद्भिस् etc.

SECUNDA CLASSIS.

217. Haec classis continet eas consonante terminatas voces, quae in quodpiam *Kridantum* vel *Taddhitum* suffixum desinunt. Inter haec suffixa autem sunt plura, quae duas habent formas, fortiorem et debiliorem. Fortior suffixorum forma, quae cognatis linguis tanquam primitiva confirmatur, in casibus fortibus (v. *r.* 185. *b.* et *c.*) solum retinetur atque a debiliori forma eo distinguitur, quod nasalem litteram pro penultima habet, qua ejecta debilis efficitur forma, quae in debilibus i. e. plurimis casibus atque in initio compositorum tanquam thema apparet, quam ob rem a grammaticis indicis pro proprio themate habetur. E. c. अन्त् est plena et primitiva cum cognatis linguis conveniens forma suffixi participii praesentis, ex qua, ejecta littera न्, debilis vel corrupta forma efficitur, quae in declinatione longe praevalet, et in initio compositorum quoque adhibetur; quod eo explicandum esse censeo, quod in suffixis etiam, sicut in radicibus (v. *r.* 100[a].), penultima nasalis minorem vim in significationem exercet quam gravior littera finalis, quam ob rem, e linguae natura, penultima potius quam ultima littera desiderari potest. Nonnulli tamen casus generalem sequuntur euphoniae regulam 57. qua in Nom. et Voc. Masc. अन् dicitur pro अन्त्.

218. अत्, मत्, वत्. Haec suffixa (de quibus hic solum declinationis respectu agimus) fortes casus (v. *r.* 185. *b. c.*) e fortioribus

et primitivis formis अन्त्, मन्त् et वन्त् (cf. मन्त् cum persico suffixo مند *mend*, ejusdem significationis) formant, quae in Nom. et Voc. sing. ex euphoniae lege 57. त् finale abjiciunt. Praeterea मन्त् et वन्त् in Nom. अ vocalem producunt. Femininum addito charactere ई a debiliori descendit forma, a qua etiam generis neutrius casus derivantur, terminatione excepta, quae Nom. Acc. et Vocativum pl. designat (v. *r.* 185. *c.*). Participia praesentia tamen, quae अत् et अन्त् suffixis formantur, Femininum et Nom. Acc. Voc. du. gen. neut. partim ex अत् partim ex अन्त् formant, partim ad arbitrium ex अत् vel अन्त्, de quo fusius in *r.* 595. agitur. Paradigmata sint तुदत् *vexans* a rad. तुद्, श्रीमत् *fortunatus* a श्री *fortuna,* धनवत् *dives* a धन *divitiae* (v. Tab. ad *r.* 239.).

219. Participia praesentia, si reduplicativam continent syllabam, omnes casus, et genus femininum, a debiliori deducunt forma; e. c. ददत् *dans* (a rad. दा) format Nom. masc. ददत्, ददतौ, ददतस्; Acc. ददतम् etc.; Fem. ददती.

220. महत् *magnus* a grammaticis suffixo *unâdico* (v. *r.* 646.) अत् explicatur, proprie autem est participium praes. rad. मह् *crescere,* quod a consueta horum participiorum declinatione eo differt, quod penultimam vocalem अ in casibus fortibus masc. Vocativo sing. excepto, atque in Nom. Acc. Voc. pl. gen. neut. producit (vid. *r.* 185. *c.*). Declinatur igitur in Masculino: Nom. महान्, महान्तौ, महान्तस्; Voc. महन्, महान्तौ, महान्तस्; Acc. महान्तम्, महान्तौ, महतस्; Instr. महता, महद्भ्याम्, महद्भिस् etc. Neutrum: Nom. Acc. Voc. महत्, महती, महान्ति; ceterum sicut Masculinum. — Femininum est महती.

Annot. विमहत् *permagnus* (e महत् praef. वि v. *r.* 111.) eundem in modum flectitur.

221. भवत्, quod est part. praes. radicis भू *esse,* ubi, cum significatione dominus, excellens, loco pronominis secundae

personae adhibetur (cum tertia tamen verbi persona), in Nominativo sing. masc. format भवान् pro भवन्, ceterum regulariter flectitur sicut तुदत् in Tab. ad *r.* 239. Femininum est भवती.

222. इन्, विन्, मिन्. Haec suffixa nulla in re a generalibus euphoniae et casuum formandorum recedunt regulis (v. *r.* 92., 121. *b.* et 122. *b.*). Paradigma esto धनिन् *dives* a धन *divitiae* (v. Tab. ad *r.* 239.). Femininum addit characterem ई e.c. धनिनी a धनिन्.

223. Voces पथिन् *m. via*, मथिन् *m. rutabulum* (*a churning stick*) et ऋभुक्षिन् *cognomen dei Indri*, anomalae sunt, quippe quae Nominativum sing. forment ex पन्थस्, मन्थस्, ऋभुक्षस्; alios fortes casus, Vocativo sing. excepto, ex पन्थन्, मन्थन्, ऋभुक्षन्; debilissimos casus ex पथ्, मथ्, ऋभुक्ष्, et tantummodo Vocativus sing. et debiliores casus a proprio themate derivantur. Paradigmati inserviat पथिन्. Singularis: पन्थास् (v. *r.* 230.), पन्थानम् (v. *r.* 224.), पथा, पथे, पथस्, पथि, पथिन्*). Dualis: पन्थानौ, पथिभ्याम्, पथोस्. Pluralis: पन्थानस्, पथस्. पथिभिस्, पथिभ्यस्, पथाम्, पथिषु.

224. अन्, मन्, वन्. Haec suffixa in casibus fortibus masc., Vocativo sing. excepto, penultimam अ vocalem producunt, et in debilissimis casibus, atque ante femininum characterem et Dualis gen. neut. flexionem ई penultimum अ ejiciunt, si simplex ei antecedit consonans, retinent autem, ad evitandam nimiam consonantium coacervationem, si duae ei antecedunt consonantes; e.c. दावन् *dans* format Instrumentalem दाव्ना, sed यज्वन् *sacrificus*, propter duas ante अ consonantes, format यज्वना, non यज्व्ना. Locativus sing. tamen, post simplicem quoque consonantem, अ vocalem retinere potest; e.c. दाव्नि vel दावनि. Exempla vocum, quae dicta lege अ vocalem ejiciunt, sint राजन् *m. rex*, दामन् *n. funis;* exempla earum

---

*) Apud Forsterum Vocativus aequat Nominativum: पन्थास्, मन्थास्, ऋभुक्षास्.

quae अ vocalem retinent, sint यज्वन् *m. sacrificus*, et जन्मन् *n. nativitas* (v. Tab. ad *r.* 239.).

Annot. मूर्धन् *n.* vel मूर्द्धन् (v. *r.* 105.) quanquam plures ante अ habet consonantes, tamen ut दामन् flectitur.

225. श्वन् *m. canis*, मघवन् *m. cognomen Dei Indri*, et युवन् *m. juvenis* in debilissimis formis (v. *r.* 185. *b. c.*) corripiuntur in शुन्, मघोन् et यून् *), ceterum generales sequuntur regulas. Flectuntur igitur; Singularis: श्वा, मघवा, युवा; श्वानम्, मघवानम्, युवानम्; शुना, मघोना, यूना; शुने, मघोने, यूने; शुनस्, मघोनस्, यूनस्; शुनि, मघोनि, यूनि; श्वन्, मघवन्, युवन्. Dualis: श्वानौ, मघवानौ, युवानौ; श्वभ्याम्, मघवभ्याम्, युवभ्याम्; शुनोस्, मघोनोस्, यूनोस्. Pluralis: श्वानस्, मघवानस्, युवानस्; शुनस्, मघोनस्, यूनस्; श्वभिस्, मघवभिस्, युवभिस्; श्वभ्यस्, मघवभ्यस्, युवभ्यस्; शुनाम्, मघोनाम्, यूनाम्; श्वसु, मघवसु, युवसु. — Feminina sunt शुनी, मघोनी, यूनी vel युवती a cognato युवत्. In Neutro युवन् format Nom. Acc. Voc. युव, यूनी, युवानि (v. *r.* 185. *c.*); ceterum sicut Masculinum.

226. पूषन् *m. sol* debilissimos casus ad arbitrium aut ex पूष् aut ex पूषन् formare potest; e.c. पूषा, पूषे, पूषस् etc. vel पूष्णा, पूष्णे, पूष्णस् (v. *r.* $94^{a)}$.). Praeterea hanc cum अर्यमन् *sol* communem habet anomaliam, quod penultimum अ tantummodo in Nom. sing. producit, formans Nom. पूषा, पूषणौ, पूषणस्; Acc. पूषणम्, पूषणौ, पूषस् vel पूष्णस्. Eundem in modum अर्यमन् format Nom. अर्यमा, अर्यमणौ, अर्यमणस्; Accus. अर्यमणम्, अर्यमणौ, अर्यम्णस् (vid. *r.* $94^{a)}$.). Reliqui casus sunt regulares**).

---

*) eo quod semivocalis व्, ejecta vocali अ, in sibi respondentem vocalem transit, quae cum antecedente vocali secundum euphoniae regulas coalescit, itaque e मघ + उन् fit मघोन् et e यु + उन् fit यून् (cf. latinum *junior*).

**) Wilkinsius ante vocales debilissimorum casuum ejiciendam vocalem अ negligit, formans e. c. अर्यमणा pro अर्यम्णा quod apud Forsterum legitur.

227. दिवन् *m. dies* in casibus, qui penultimum अ ejiciunt, इ vocalem producit; e. c. दीव्ना, दीव्नि etc.

228. अहन् *m. dies* Nominativum et Vocat. sing. et debiliores casus ex अहस् format; ita tamen ut penultimum अ in Nom. sing. non producatur (cf. *r.* 230.). Flectitur igitur, Singularis: N.V. अहस्, Acc. अहानम्, Instr. अह्ना etc. Dualis: अहानौ, अहोभ्याम्, अह्नोस्. Pluralis: अहानस्, अह्नस्, अहोभिस्, अहोभ्यस्, अह्नाम्, अहःसु vel अहस्सु.

Annot. In initio compositorum pro अहन् ponitur अहर् (v. Glossarium).

229. अर्वन् *m. equus* solum Nominativum sing. अर्वा ex hoc themate format, omnes reliqui casus descendunt ab अर्वत् et fortiori forma अर्वन्त्, in analogia cum particip. praes. (v. *r.* 218.) e. c. Nom. du. et pl. अर्वन्तौ, अर्वन्तस्; Acc. अर्वन्तम्, अर्वन्तौ, अर्वतस् etc.

230. अस्. Masculina et Feminina, quae in hoc suffixum desinunt, in declinatione non inter se differunt; atque in Nominativo penultimum अ producunt; ceterum generales euphoniae et casuum formandorum sequuntur regulas. Exempla sint अप्सरस् *f. Apsarasis* et वचस् *n. sermo* (v. Tab. ad *r.* 239.).

231. उशनस् *m. nomen planetae Veneris* format Nominativum sing. उशना (ex themate उशनन्), Vocativum उशनस् vel उशनन्, et reliquos casus solum ex themate उशनस्. — पुरुदंशस् *m. cognomen dei Indri* et अनेहस् *m. tempus* formant Nominativum sing. पुरुदंशा, अनेहा; in Vocativ. singul. atque omnibus reliquis casibus sunt regularia.

232. इस्, उस्. Voces his suffixis terminatae sunt Neutra, quae generales euphoniae et casuum formandorum sequuntur leges (v. *r.* 101[a]). et *r.* 143. *c.*). Exempla sint ज्योतिस् *stella,* a rad. ज्युत् *splendere* et चक्षुस् *oculus,* a rad. चक्ष् *dicere* (v. Tab. ad *r.* 239.).

233. दोस् *m. brachium**), quantum generis diversitate permissum est, cum vocibus praecedentis regulae convenit, ita tamen ut debilissimos casus etiam ex themate दोषन् possit formare. Flectitur igitur, Singularis: दोस्, दोषम्, दोषा vel दोष्णा etc. Dualis: दोषौ, दोर्भ्याम्, दोषोस् vel दोष्णोस्. Pluralis: दोषस्, Acc. दोषस् vel दोष्णस् etc.

234. ईयस्. Hoc suffixum, quod parvum comparativorum numerum format ex inusitatis positivis, formas fortes deducit ab ईयंस्, ita ut vocalis अ, praeter Vocativum sing., producatur (cf. 224.) atque penultima nasalis, ubi स् finale ex lege 57. abjicitur, ex analogia cum *r.* 195. transeat in न्. Paradigma sit यवीयस् *junior* a यव pro युवन् (v. Tab. ad *r.* 239.).

235. वस्. Hoc suffixum, quod participium praeteriti reduplicati format, fortes formas deducit a वंस्, ita ut, in analogia cum *r.* 234., penultima vocalis praeter Vocativum sing. producatur, et nasalis, ubi ex lege 57. स् finale abjicitur, transeat in न् (cf. *r.* 195. et 234.). In debilissimis formis वस् corripitur in उस्, cujus स् lege 101[a]. mutatur in ष्. Debiliores casus formantur e वत्; et a proprio themate वस् solum descendunt Nom. Acc. Voc. sing. generis neutrius**) (v. *r.* 185. *c.*). Paradigma sit रुरुदस् *qui ploravit,* a rad. रुद् (v. Tab. ad *r.* 239.).

236. Radices quae suffixum वस् auxiliari vocali इ cum radice conjungunt, hanc vocalem ante उस् abjiciunt; e. c. पेचिवस् *qui coxit* format Nomin. masc. पेचिवान्, Acc. पेचिवांसम्, Instr. पेचुषा, non पेच्युषा.

---

*) Irregularem in modum a rad. दम् *domare* suffixo ओस् descendere dicitur.

**) Wilkinsius in Nom. Acc. Voc. sing. format वत्, Forsterus वस्.

		SINGULARIS.						PLUR.
THEMA	GEN.	NOM.	ACC.	INSTR.	DAT.	A. G.	LOC.	A. V.
तुदत्[1])	*m.*	तुदन्	तुदन्तम्	तुदता	तुदते	तुदतस्	तुदति	…न्ति
श्रीमत्[1])	*m.*	श्रीमान्	श्रीमन्तम्	श्रीमता	श्रीमते	श्रीमतस्	श्रीमति	…न्ति
धनवत्[1])	*m.*	धनवान्	धनवन्तम्	धनवता	धनवते	धनवतस्	धनवति	…वन्ति
धनिन्[2])	*m.*	धनी	धनिनम्	धनिना	धनिने	धनिनस्	धनिनि	…नि[3])
राजन्[4])	*m.*	राजा	राजानम्	राज्ञा	राज्ञे	राज्ञस्	राज्ञि[11])	…
दामन्[5])	*n.*	दाम	दाम	दाम्ना	दाम्ने	दाम्नस्	दाम्नि[12])	…
यज्वन्[5])	*m.*	यज्वा	यज्वानम्	यज्वना	यज्वने	यज्वनस्	यज्वनि…	
जन्मन्[5])	*n.*	जन्म	जन्म	जन्मना	जन्मने	जन्मनस्	जन्मनि…	
अप्सरस्[6])	*f.*	अप्सरास्	अप्सरसम्	अप्सरसा	अप्सरसे	अप्सरसस्	अप्सरसि…	
वचस्[6])	*n.*	वचस्	वचस्	वचसा	वचसे	वचसस्	वचसि…	
ज्योतिस्[7])	*n.*	ज्योतिस्	ज्योतिस्	ज्योतिषा	ज्योतिषे	ज्योतिषस्	ज्योतिषि…	
चक्षुस्[7])	*n.*	चक्षुस्	चक्षुस्	चक्षुषा	चक्षुषे	चक्षुषस्	चक्षुषि…	
यवीयस्[8])	*m.*	यवीयान्	यवीयांसम्	यवीयसा	यवीयसे	यवीयसस्	यवीयसि…	…वीयांसि[3])
रुरुद्वस्[9])	*m.*	रुरुद्वान्	रुरुद्वांसम्	रुरुदुषा	रुरुदुषे	रुरुदुषस्	रुरुदुषि…	…रुद्वांसि[3])

1) v. *r.* 218. 2) v. *r.* 222. 3) v. *r.* 143. *c.* 4) v. *r.* 224. et 93. 5) v. *r.* 224. 6)… .230

237. Quae in vocalem desinunt radices, eandem ante उस् secundum generales euphoniae regulas immutant; e. c. निनीवस् et चकृवस्, a नी *ducere*, कृ *facere*, formant in Instr. निन्युषा, चक्रुषा; जिह्रीवस्, नुनुवस्, a ह्री *pudore affici*, नु *laudare*, formant जिह्रियुषा (vid. *r.* 52.), नुनुवुषा (vid. *r.* 50[b].). Radices in म् desinentes, quae hanc litteram ante consonantes in न् transformare dicuntur (v. annot. ad *r.* 95.), hanc nasalem, ubi वस् in उस् transit, ex grammaticorum sententia, in primitivam ejus potestatem reducunt; e. c. बभ्रमुषा a बभ्रन्वस् *qui migravit.**)

238. पुंस् *m. mas* magnam in declinatione cum suffixo वस् exhibet analogiam. Casus fortes format ex पुमंस् in analogia cum *r.* 234. et 235., debilissimos ex proprio themate पुंस्, et debiliores ex पुम् format. Flectitur igitur, Singularis: पुमान्, पुमांसम्, पुंसा, पुंसे, पुंसस्, पुंसि, पुमन्. Dualis: पुमांसौ, पुम्भ्याम्, पुंसोस्. Pluralis: पुमांसस्, पुंसस्, पुम्भिस्, पुम्भ्यस्, पुंसाम्, पुंसु.

Annot. पुंस् contractio est ex पुमस् ejecto अ, nam म् littera, quia ejecto अ cum स् proxime conjungitur, ex lege 15 in *Anusvâram* transit, atque ad primitivam suam potestatem restituitur, ubi, ante consonantes flexionum, स् littera ex euphoniae lege 84 abjicitur; ita e. c. पुम्भिस् pro पुंस्भिस् ex पुम्स्भिस्.

239. Sequens Tabula conspectum praebet declinationis suffixorum, quae in consonantem desinunt.

DE ADJECTIVIS, EORUM TERMINATIONE, FEMININO ET GRADIBUS COMPARATIONIS.

240. Inter omnia Adjectiva, ea quae in अ desinunt longe sunt frequentissima, quia hac vocali terminatur maxima pars suffixorum,

*) Apud scriptores participia in वस् e radicibus in म्, nunquam inveni. In universum hoc part. raro est usu.

quae aut primitiva aut derivativa formant nomina substantiva vel adjectiva. Femininum adjectivorum in अ desinentium plerumque formatur producta hac ipsa vocali, e.c. पुराणा *pura* a पुराण. Nonnulla etiam adjectiva in अ desinentia femininum characterem ई addunt, ante quem अ Primitivi supprimitur, e.c. सुन्दरा vel सुन्दरी *pulchra* a सुन्दर. Feminina forma in ई praecipue occurrit in compositis adjectivis possessivis (vid. *r.* 663.), si substantivo terminantur partem corporis exprimente; e.c. सुमुख *pulchrum os habens* (e सु *pulcher* et मुख *os*) format सुमुखी vel सुमुखा.

241. Participia suffixo त vel न formata (v. *r.* 606. et 607.), si adjectivum terminant compositum, cujus prius membrum partem corporis exprimit, Femininum formant addito ई; e.c. शङ्खभिन्न *osse frontis fractus* format शङ्खभिन्नी. Etiam alia composita, participio in त vel न finita, non raro formant Femininum addito ई.

242. Quod ad simplices voces vocali अ terminatas attinet, Substantiva formant Feminina addito ई, Adjectiva autem raro hunc characterem addunt, nisi derivatum Femininum cum substantiva ponitur significatione; e.c. सिंही *leaena* a सिंह *leo*, देवी *dea* a देव *deus*, तरुणा *juvenis* a तरुण *juvenis*.

243. Adjectiva vocali इ terminata plerumque sunt composita possessiva (v. *r.* 663.), quorum posterius membrum est substantivum in इ desinens; e.c. महाद्युति *magnum splendorem habens* (e महा pro महत् *magnus* et द्युति *f. splendor*). Pauca sunt simplicia adjectiva in इ desinentia, e.c. शुचि *purus*. Et composita et simplicia hujus terminationis adjectiva, Femininum a Masculino et Neut. non themate sed flexionibus tantum, quibusdam in casibus, distinguunt (v. *r.* 162. et 163.). Flectuntur nempe महाद्युति et शुचि in Masc. sicut कवि, in Fem. sicut मति, in Neutro sicut वारि (v. Tab. ad *r.* 154.); ita tamen ut, quod ad Neutrum attinet, regulae 162. ratio habeatur.

244. Simplicia adjectiva in उ desinentia multo sunt frequentiora quam ea in इ. Femininum a Masc. et Neut. aut sola declinatione, pluribus in casibus distinguunt, secundum *r.* 162. et 163., aut उ vocalem producunt, aut femininum characterem ई adjungunt. Generalibus regulis non definiri potest ubi unus vel alius trium modorum adhibeatur; saepe ad arbitrium plures in eodem adjectivo admittuntur. Nunquam tamen Femininum addito ई formatur ex adjectivis, quae duas consonantes ante finalem vocalem उ habent, propter nimiam consonantium coacervationem, quae, mutato उ in व्, oriretur; e.c. पाण्डु *albus, canus* in Feminino item sonat पाण्डु, non पाण्ड्वी. Omnia composita adjectiva, substantivo in उ terminata, aut Femininum a Masc. et Neut. sola declinatione, quibusdam in casibus, distinguunt (v. *r.* 162. et 163.), aut उ finale producunt.

245. Adjectiva in ऋ desinentia, vel in quampiam longam vocalem aut simplicem aut diphthongum, semper sunt composita, de quibus vid. *rr.* 160, 169, 170 et sq. 176, 177, 179, 184.

246. Adjectiva consonante finita, si in quodpiam suffixum desinunt, Femininum formant addito charactere ई; e.c. धनिनी a धनिन् *dives* (a धन suffixo इन्). Quae radicem cum significatione participii Praes. in fine habent adjectiva composita, plurima themate sunt generis omnis atque declinatione generis communis. Nonnulla tamen, e.c. quae in radicem अञ्च् desinunt (v. *r.* 196.), in Feminino ई addunt. Composita adjectiva possessiva, substantivo terminata, omnia sunt, quod ad thema attinet, generis omnis.

247. Sequens Tabula conspectum praebet diversarum adjectivorum terminationum, adjecto Nominativo sing. trium generum. Vocum consonante finitarum primae classis pauca tantummodo proponimus exempla, ceterum remittimus ad secundam pag. Tab. ad *r.* 154. (v. quoque Tab. ad *r.* 239.).

Thema	Nom. Masc.	Nom. Fem.	Nom. Neut.
पुण्य *m. n. purus*	पुण्यस्		पुण्यम्
पुण्या *f.*		पुण्या	
शुचि *m. f. n. purus*	शुचिस्	शुचिस्	शुचि
मृदु *m. n. tener*	मृदुस्		मृदु
मृद्वी *f.*		मृद्वी	
बहु *m. f. n. multus*	बहुस्	बहुस्	बहु
बह्वी *f.*		बह्वी	
भीरु *m. f. n. timidus*	भीरुस्	भीरुस्	भीरु
भीरू *f.*		भीरूस्	
पाण्डु *m. f. n. albus*	पाण्डुस्	पाण्डुस्	पाण्डु
शङ्खध्मा *m. f. concham inflans*	शङ्खध्मास्	शङ्खध्मास्	
शङ्खध्म *n.*			शङ्खध्मम्
जलपी *m. f. aquam bibens*	जलपीस्	जलपीस्	
जलपि *n.*			जलपि
वृश्च् *m. f. arborem secans*	वृश्च्स्	वृश्च्स्	
वृश्च् *n.*			वृश्च्
कौशल्यामातृ *m. f. n. Kausalya natus*)*	कौशल्यामाता	कौशल्यामाता	कौशल्यामातृ
बहुरै *m. f. multas divitias habens*	बहुरास्	बहुरास्	
बहुरि *n.*			बहुरि
बहुगो *m. f. multos boves habens**)*	बहुगौस्	बहुगौस्	
बहुगु *n.*			बहुगु
बहुनौ *m. f. multas naves habens*	बहुनौस्	बहुनौस्	
बहुनु *n.*			बहुनु

*) Kausalyam matrem habens.

**) vel. multas.

Thema	Nom. Masc.	Nom. Fem.	Nom. Neut.
सुवच् *m. f. n. bene loquens*	सुवक्	सुवक्	सुवक्
सत्यवाच् *m. f. n. verum sermonem habens*	सत्यवाक्	सत्यवाक्	सत्यवाक्
धर्मविद् *m. f. n. officium noscens*	धर्मवित्	धर्मवित्	धर्मवित्
महात्मन् *m. f. n. magnam animam habens*	महात्मा	महात्मा	महात्म
दीनमनस् *m. f. n. tristem mentem habens*	दीनमनास्	दीनमनास्	दीनमनस्
तुदत् *m. n. feriens*	तुदन्		तुदत्
तुदन्ती vel तुदती *f.*		तुदन्ती v. तुदती	
ददत् *m. n. dans*	ददत्		ददत्
ददती *f.*		ददती	
श्रीमत् *m. n. felix*	श्रीमान्		श्रीमत्
श्रीमती *f.*		श्रीमती	
धनिन् *m. n. dives*	धनी		धनि
धनिनी *f.*		धनिनी	
यवीयस् *m. n. junior*	यवीयान्		यवीयस्
यवीयसी *f.*		यवीयसी	
रुरुद्वस् *m. n. qui ploravit*	रुरुद्वान्		रुरुद्वस्
रुरुदुषी *f.*		रुरुदुषी	

DE GRADIBUS COMPARATIONIS.

248. Comparativus suffixo तर (fem. तरा) et Superlativus suffixo तम (fem. तमा) ex Positivi formatur themate eo, in quo Masculinum et Neutrum inter se conveniunt; e. c. पुण्यतर *purior,* पुण्यतम *purissimus,* a पुण्य; महत्तर *major,* महत्तम *maximus* a महत्; धनितर *ditior,* धनितम *ditissimus,* a धनिन् *dives* (v. r. 92.). — Suffixum वस् (vid.

r. 235.) gradus comparationis format e वत्, e. c. विद्वत्तर, विद्वत्तम a विद्वस् *sciens.*

Annot. Suffixum तर a radice तॄ *transgredi* suffixo अ (v. *r.* 645.) descendere video.

249. Possunt quoque, quod tamen rarissimo locum habet, gradus comparationis formari e femininis stirpibus in ई et ऊ desinentibus, quodsi haec Feminina substantivam habent vim. Vocales ई et ऊ ante suffixa तर et तम aut retineri aut corripi possunt, e. c. सतीतर, सतीतम vel सतितर, सतितम, a सती *bona, casta femina,* a सत् *bonus, castus;* वामोरूतर, वामोरूतम vel वामोरुतर, वामोरुतम, a वामोरू *pulchra femora habens femina.* Hujusmodi gradus comparationis, quod per se ipsum patescit, ad feminas solum referri possunt.

250. Etiam ex praepositionibus inseparabilibus gradus comparationis formari possunt; e. c. उत्तर *altior, melior,* उत्तम *altissimus, optimus,* ab उत् *sursum* (cf. interior, intimus, exterior, extimus).

251. Sequentia adjectiva, alphabetico ordine disposita, gradus comparationis suffixis ईयस् (v. *r.* 234.) et इष्ठ formant*) ex inusitatis Positivis, quos iis apponimus. Vocalis finalis substitutorum ante ईयस् et इष्ठ abjicitur, monosyllabis sicut अ, प्र exceptis, quorum अ cum sequente ई vel इ in ए coalescit.

Positivus	Substitut.	Comparat.	Superlat.
अन्तिक *propinquus*	नेद	नेदीयस्	नेदिष्ठ
अल्प *paucus*	कण	कणीयस्	कणिष्ठ
उरु *magnus*	वर	वरीयस्	वरिष्ठ
कृष *macer*	क्रष	क्रषीयस्	क्रषिष्ठ

*) Cognatio horum suffixorum cum Graecorum *ιων* et *ιστος* e Nominativis ईयान्, इष्ठस् facile intelligitur. Quod ad thema attinet, ईयस् magis cum Latino ior, mutato *s* in *r* convenit.

Positivus	Substitut.	Comparat.	Superlat.
क्षिप्र *velox*	क्षेप	क्षेपीयस्	क्षेपिष्ठ
क्षुद्र *exiguus, parvus*	क्षोद	क्षोदीयस्	क्षोदिष्ठ
गुरु *gravis, bonus*	गर	गरीयस्	गरिष्ठ
तृप्र *satur*	त्रप	त्रपीयस्	त्रपिष्ठ
दीर्घ *longus*	द्राघ	द्राघीयस्	द्राघिष्ठ
दूर *distans, remotus*	दव	दवीयस्	दविष्ठ
दृढ *firmus, solidus*	द्रढ	द्रढीयस्	द्रढिष्ठ
परिवृढ *eximius, praestans*	परिव्रढ	परिव्रढीयस्	परिव्रढिष्ठ
पृथु *latus*	प्रथ	प्रथीयस्	प्रथिष्ठ
प्रशस्य *bonus*	श्र vel ज्या	श्रेयस् vel ज्यायस्	श्रेष्ठ vel ज्येष्ठ
प्रिय *carus, dilectus*	प्र	प्रेयस्	प्रेष्ठ
बहु *multus*	भू	भूयस्	भूयिष्ठ
बहुल *multus*	बंह	बंहीयस्	बंहिष्ठ
भृश *multus*	भ्रश	भ्रशीयस्	भ्रशिष्ठ
मृदु *tener*	म्रद	म्रदीयस्	म्रदिष्ठ
युवन् *juvenis*	यव	यवीयस्	यविष्ठ
वाढ *crassus, solidus*	साध	साधीयस्	साधिष्ठ
वृद्ध *senex*	वर्ष*) v. ज्या	वर्षीयस् vel ज्यायस्	वर्षिष्ठ vel ज्येष्ठ
वृन्दारक *venerabilis*	वृन्द	वृन्दीयस्	वृन्दिष्ठ
स्थिर *firmus*	स्थ	स्थेयस्	स्थेष्ठ
स्फिर *turgidus*	स्फ	स्फेयस्	स्फेष्ठ
स्थूल *crassus, magnus*	स्थव	स्थवीयस्	स्थविष्ठ
ह्रस्व *brevis*	ह्रस	ह्रसीयस्	ह्रसिष्ठ

ANNOT. Quod attinet ad rationem formalem substitutorum et adjectivorum, quorum vice funguntur, facile percipitur, nonnulla illorum ab his prorsus aliena esse, veluti नेद

*) वर्ष annus hic significat annosus.

ab अन्तिक, वर्ष *annus*, a rad. वृष् *pluere**), a वृद्ध (a rad. वृध् *crescere*). Plurima tamen substituta ex appositis adjectivis eo explicanda sunt, quod primam vel radicalem eorum syllabam augent, — aut *Gunae* incremento aut mutatis vocalibus ऋ et उ in syllabas र् et व्, — finem eorum autem corripiunt, eo quod अ vocalem substituunt aliis fortioribus suffixis vel vocalibus. Priori ratione i. e. addita *Guna* venit क्षेप a क्षिप्र, क्षोद a क्षुद्र, दव (e दो + अ) a दूर, abjecto र, यव (e यो + अ) a युवन्, abjecto वन्, स्थव (ex स्थो + अ) a स्थूल abjecto ल. Posteriori ratione i. e. ऋ et उ mutatis in र् et व, venit वर ab उरु, क्रश a कृश, त्रप a तृप्र, द्रढ a दृढ, परिव्रढ a परिवृढ (a rad. वृह् praef. परि), प्रथ a पृथु, भ्रश a भृश, म्रद a मृदु; inserta nasali venit बंह a बहुल; correpta tantum terminatione veniunt वृन्द a वृन्दारक, स्थ a स्थिर, स्फ a स्फिर, ह्रस a ह्रस्व. Transpositâ litterâ र्, et ई mutato in आ, quod fortior est vocalis quam ई (v. *r*. 308. *a*), venit द्राघ a दीर्घ. भू venit a बहु anomalum in modum producto उ, et ejecto अ, quo भू oritur e ब् + हू. Comparativi भूयस् et ज्यायस् habent यस् suffixum pro ईयस्; in superlativo भूयिष्ठ e भू + इष्ठ, semivocalis य् euphoniae causa est inserta cf. *r*. 271.

252. Adjectiva लघु *levis* et पटु *dexter* item suffixa ईयस् et इष्ठ assumunt formantque, abjecta vocali उ, लघीयस्, लघिष्ठ, पटीयस्, पटिष्ठ. Etiam voces suffixis मत्, वत्, विन् et त formatae gradus comparationis addito ईयस् et इष्ठ formare possunt, eo quod suffixum quo terminantur, una cum antecedente vocali, abjiciunt; e. c. मेधीयस्, मेधिष्ठ a मेधाविन् *intellectu praeditus*. Eundem in modum formatur बलीयस् *valde fortis* (Hid. IV. 8.) a बलिन् *vi praeditus*.

253. Et तर, तम et ईयस्, इष्ठ saepe ita usurpantur, ut non comparationem sed notionem valde exprimant.

---

*) वर्ष primitive est pluvia, et pluviale tempus.

NUMERALIA.

254. Cardinalia sunt:

एक 1
द्वि 2
त्रि 3
चतुर् 4
पञ्चन् 5
षष् 6
सप्तन् 7
अष्टन् 8
नवन् 9
दशन् 10
एकादशन् 11
द्वादशन् 12
त्रयोदशन् 13
चतुर्दशन् 14
पञ्चदशन् 15
षोडशन् 16
सप्तदशन् 17
अष्टादशन् 18
नवदशन्
vel ऊनविंशति 19
विंशति 20
एकविंशति 21
द्वाविंशति 22
त्रयोविंशति 23
चतुर्विंशति 24
पञ्चविंशति 25
षड्विंशति 26
सप्तविंशति 27
अष्टाविंशति 28
नवविंशति
vel ऊनत्रिंशत् 29
त्रिंशत् 30
एकत्रिंशत् 31
द्वात्रिंशत् 32
त्रयस्त्रिंशत् 33
चतुस्त्रिंशत् 34
पंचत्रिंशत् 35
षट्त्रिंशत् 36
सप्तत्रिंशत् 37
अष्टात्रिंशत् 38
नवत्रिंशत्
vel ऊनचत्वारिंशत् 39
चत्वारिंशत् 40
एकचत्वारिंशत् 41
द्विचत्वारिंशत्
vel द्वाचत्वारिंशत् 42
त्रिचत्वारिंशत्
vel त्रयश्चत्वारिंशत् 43
चतुश्चत्वारिंशत् 44
पञ्चचत्वारिंशत् 45
षट्चत्वारिंशत् 46
सप्तचत्वारिंशत् 47
अष्टाचत्वारिंशत्
vel अष्टचत्वारिंशत् 48
नवचत्वारिंशत्
vel ऊनपञ्चाशत् 49
पञ्चाशत् 50
एकपञ्चाशत् 51
द्विपञ्चाशत्
vel द्वापञ्चाशत् 52
त्रिपञ्चाशत्
vel त्रयःपञ्चाशत् 53
चतुःपञ्चाशत् 54
पञ्चपञ्चाशत् 55
षट्पञ्चाशत् 56
सप्तपञ्चाशत् 57
अष्टपञ्चाशत्
vel अष्टापञ्चाशत् 58
नवपञ्चाशत्
vel ऊनषष्टि 59
षष्टि 60
एकषष्टि 61
द्विषष्टि
vel द्वाषष्टि 62
त्रिषष्टि
vel त्रयःषष्टि 63
चतुःषष्टि 64
पञ्चषष्टि 65
षट्षष्टि 66
सप्तषष्टि 67
अष्टषष्टि

vel अष्टाषष्टि 68
नवषष्टि
vel ऊनसप्तति 69
सप्तति 70
एकसप्तति 71
द्विसप्तति
vel द्वासप्तति 72
त्रिसप्तति
vel त्रयःसप्तति 73
चतुःसप्तति 74
पञ्चसप्तति 75
षट्सप्तति 76
सप्तसप्तति 77
अष्टसप्तति
vel अष्टासप्तति 78
नवसप्तति
vel ऊनाशीति 79
अशीति 80
एकाशीति 81
द्व्यशीति 82
त्र्यशीति 83
चतुरशीति 84
पञ्चाशीति 85
षडशीति 86
सप्ताशीति 87
अष्टाशीति 88
नवाशीति
vel ऊननवति 89
नवति 90
एकनवति 91
द्विनवति
vel द्वानवति 92
त्रिनवति
vel त्रयोनवति 93
चतुर्नवति 94
पञ्चनवति 95
षण्णवति 96
सप्तनवति 97
अष्टनवति
vel अष्टानवति 98
नवनवति
vel ऊनशत 99
शत *n.*
vel एकशत *n.* 100
सहस्र *n.*
vel एकसहस्र *n.* 1000*)

Annot. 1. षोडश ortum est e षड्डश (षष् + दश v. *r.* 74. et 91.), ita quidem ut ejecta priori ड् littera ex analogia cum *r.* 102. (v. annot. ad hanc regulam) producta antecedente vocali sit compensata. Pro षाडश autem dicitur षोडश, anomala cum permutatione vocalis आ cum ओ (v. *r.* 468. 14. et cf. ददामि cum δίδωμι, पदाम् cum ποδῶν, et सा *ea* cum Gothorum sô).

Annot. 2. त्रयस् in numeralibus compositis a numero 3 incipientibus est Nominativus vocis त्रि, qui in obliquis etiam casibus retinetur (cf. nostrum *jedermanns*).

255. Cardinalia एक, द्वि, त्रि et चतुर् tria distinguunt genera, atque एक ejusque gradus एकतर *alter* et एकतम *unus e pluribus* pronominalem sequuntur declinationem (v. *r.* 277. et 279.). द्वि format

*) Notentur adhuc: अयुत *n.* 10 *millia,* लक्ष *n.* vel लक्षा *f.* 100 *millia,* नियुत *m. n. millio,* कोटि *f.* 10 *milliones,* अर्बुद *m. n.* 100 *milliones,* महार्बुद *m. n.* 1000 *milliones,* पद्म *m. n.* 10,000 *milliones,* महापद्म *m. n.* 100,000 *milliones,* खर्व *m. n. billio.*

omnes casus generis masc. et neut. ex themate द्व, et fem. e द्वा. त्रि *m. n.* flectitur sicut regularis Pluralis thematum in इ desinentium (v. कवि *m.* et वारि *n.* in Tab. ad *r.* 154.), excepto Genitivo (त्रयाणाम्), qui a themate त्रय descendit. Feminini casus formantur ex themate तिसृ, ita quidem ut a मातृ in Tab. ad *r.* 154. eo tantum differant, quod Nom. Acc. Voc. sonat तिस्रस्, non तिसारस्, तिसॄस्, atque Genit. est तिसृणाम् in analogia cum नृणाम् (v. *r.* 182.). — चतुर् format fortes casus Masc. et Nom. Acc. Voc. Neut. ex चत्वार्, atque in Genitivo terminationi आम् nasalem ण् anteponit, in analogia cum vocibus, quae in vocalem desinunt. Feminini casus descendunt a themate तिसृ.

Integra Cardinalium द्वि, त्रि et चतुर् in tribus generibus declinatio est:

Masculinum.

N. V.	द्वौ	त्रयस्	चत्वारस्
Acc.	द्वौ	त्रीन्	चतुरस्
Instr.	द्वाभ्याम्	त्रिभिस्	चतुर्भिस्
Dat. Abl.	द्वाभ्याम्	त्रिभ्यस्	चतुर्भ्यस्
Gen.	द्वयोस्	त्रयाणाम्	चतुर्णाम्
Loc.	द्वयोस्	त्रिषु	चतुर्षु

Femininum.

N. A. V.	द्वे	तिस्रस्	चतस्रस्
Instr.	द्वाभ्याम्	तिसृभिस्	चतसृभिस्
Dat. Abl.	द्वाभ्याम्	तिसृभ्यस्	चतसृभ्यस्
Gen.	द्वयोस्	तिसृणाम्	चतसृणाम्
Loc.	द्वयोस्	तिसृषु	चतसृषु

Neutrum.

N. A. V.	द्वे	त्रीणि	चत्वारि

Reliquum sicut Masculinum.

256. Cardinalia a पञ्चन् usque ad दशन् incl. genera non distinguunt atque in Nom. Acc. Voc. singularem, et, quod ex Accusativo praecipue apparet, neutralem ferunt formam, in reliquis casibus numeri pluralis assumunt flexiones. Quae in न् desinunt cardinalia, penultimum अ in Genitivo producunt; e.c. पञ्चानाम् pro पञ्चनाम् (cf. यज्वनाम्, जन्मनाम् in Tab. ad *r.* 239.); prior forma ex themate पञ्च explicari posset (v. *r.* 150. *b.*). Omnes tamen reliqui casus, quanquam ex generalibus casuum et euphoniae legibus न् finale, quod etiam in initio compositorum secundum *r.* 67. supprimitur, ubique abjicitur, tamen cum Grammaticis indicis thema in न् desinens statuere compellunt, quia a themate अ terminato, secundum generalem linguae usum, formae पञ्चम्, पञ्चैस्, पञ्चेभ्यस्, पञ्चेषु derivarent.*) — अष्टन् praeter regularem formam in Nom. Acc. Voc. vulgo duali utitur terminatione अष्टौ (a themate अष्ट) atque ante भ् et स् flexionum vocalem अ producit. — षष् ex euphoniae legibus 74. et 99. finalem litteram ष् in ट् et ड् immutát, ita ut primitiva forma nusquam conservetur, quia Genitivus, qui regulariter षषाम् sonare deberet, in analogia cum चतुर्, णाम् assumit terminationem, ante quam ट् in analogia cum *r.* 58. in nasalem ordinis sui transit, ideo षण्णाम्. Quanquam igitur tota vocis षष् declinatio ex themate षट् etiam explicari posset; tamen षष् pro genuino habendum est themate, quia ab eo solo derivata षष्टि *sexaginta,* et षष्ठस् *sextus* deduci possunt.

Integra cardinalium पञ्चन्, अष्टन् et षष् declinatio est:

---

*) Notandum est quod in cognatis germanicis linguis cardinalia quae cum सप्तन्, नवन् et दशन् conveniunt, finalem thematis nasalem per omnes casus, in antiquissimis dialectis, retinent. Gothicae absolutae formae sunt sibun, niun (a quo Genit. niunê) taihun (vid. Grimm part. 1. p. 762.). Graecae indeclinabiles formae ἑπτά, ἐννέα, δέκα respondent sanscrito Nom. Acc. Vocinativo. Latinorum *m* in septem, novem, decem ex ordinalibus सप्तम, नवम, दशम abjecto अ explicandum esse censeo.

Thema	N. A. V.	Instr.	Dat. Abl.	Genit.	Locat.
पञ्चन् 5*)	पञ्च	पञ्चभिस्	पञ्चभ्यस्	पञ्चानाम्	पञ्चसु
अष्टन् 8	अष्ट	अष्टभिस्	अष्टभ्यस्	अष्टानाम्	अष्टसु
	vel अष्टौ	अष्टाभिस्	अष्टाभ्यस्	अष्टानाम्	अष्टासु
षष् 6	षट्	षड्भिस्	षड्भ्यस्	षण्णाम्	षट्सु

257. Quae in दशन् desinunt numeralia, sicut दशन् simplex flectuntur. Omnia reliqua cardinalia adjectiva (ab ऊनविंशति usque ad शत, quod est substantivum) Singularis assumunt flexiones, genera non distinguunt, sed nulla substantivorum, cum quibus construuntur, habita ratione sicut Feminina flectuntur, e. c. विंशति *viginti* format Instrumentalem विंशत्या non विंशतिना**). Quodsi विंशति, त्रिंशत् et reliqua simplicia cardinalia adjectiva substantive ponuntur, regularem Dualem et Pluralem admittunt; e. c. विंशती, विंशतयस्, त्रिंशतौ, त्रिंशतस्. — Substantiva शत, सहस्र et reliqua majora numeralia a regulari substantivorum declinatione non recedunt.

258. ऊन est Adjectivum, quod significat m i n u s, d i m i n u t u s, atque in compositione cum sequente cardinali, aut expresso aut subintellecto एक u n u s,***) respondet Latino u n d e in u n d e v i g i n t i etc. ऊन ponitur quoque in fine compositorum adjectivorum, cum quopiam antecedente cardinali conjunctum, e. c. पञ्चोनं शतम् (Nalus XX. 11.) *quinque carens centenarius numerus.*

---

*) Eandem analogiam sequuntur सप्तन्, नवन्, दशन्.

**) In iis, quae in त् desinunt cardinalibus, secundum generales casuum regulas, feminina a masculina declinatione non distingui potest.

***) Dici quoque potest एकोनविंशति.

ORDINALIA.

259. प्रथम *primus* venit a praepositione प्र (*r.* 111.) suffixo थम (cf. primus, πρῶτος), quod variatio superlativi suffixi तम esse videtur. Ejusdem significationis sunt अग्रम (ab अग्र *cuspis*), आदि, आद्य et आदिम. Reliqua ordinalia diversum in modum ex cardinalibus formantur: द्वितीय *secundus*, तृतीय *tertius*, ex द्वि et त्रि correpto रि in ऋ, चतुर्थ *quartus* a चतुर् suffixo थ, पञ्चम *quintus* a पञ्चन् suffixo म (v. *r.* 92. *a.*), षष्ठ *sextus* a षष् suffixo थ (v. *r.* 91.), सप्तम *septimus*, अष्टम *octavus*, नवम *nonus*, दशम *decimus*, a सप्तन् etc. suff. म (v. *r.* 92. *a.*). Composita cardinalia in दशन् desinentia, ad formanda ordinalia, न् finale abjiciunt, e.c. एकादश *undecimus* ab एकादशन्; aut secundum Forsterum, suffixum इन् addunt abjecto अन् Primitivi (v. *r.* 651.), e.c. एकादशिन्. — विंशति, et quae eo terminantur composita, superlativum suffixum तम addunt, aut tantum syllabam ति primitivi abjiciunt, aut, secundum Forsterum, abjecto ति, addunt suffixum इन्, quod tamen in compositis cardinalibus non admitti dicitur; e.c. विंशतितम, aut विंश, aut विंशिन् *vicesimus*, एकाविंशतितम vel एकाविंश *unus et vicesimus*. — त्रिंशत् 30, चत्वारिंशत् 40, पञ्चाशत् 50 eorumque composita aut तम addunt, aut त् finale tantum abjiciunt, aut, abjecto त्, suffixum इन् addunt; e.c. त्रिंशत्तम vel त्रिंश vel त्रिंशिन् *tricesimus*, एकापञ्चाशत्तम vel एकापञ्चाश vel एकापञ्चाशिन् *unus et quinquagesimus*. — षष्टि 60, सप्तति 70, अशीति 80, नवति 90 eorumque composita, aut तम aut अ addunt suffixum, atque ante अ secundum *r.* 650. इ finale abjiciunt, e.c. सप्ततितम vel सप्तत *septuagesimus*. Nonnulli grammatici suffixum अ in numeralia composita compellunt, ita ut dici posset एकाषष्टितम vel एकाषष्ट, non vero षष्ट. — Substantiva शत, सहस्र etc. semper तम addunt, ut शततम *centesimus*.

260. Omnia ordinalia sicut reliqua adjectiva tria distinguunt genera et consuetam sequuntur declinationem, प्रथम, द्वितीय et तृतीय exceptis, de quibus vid. *r.* 280. et 281.

261. A द्वि, त्रि, चतुर् veniunt Adverbia द्विस् *bis* (δὶς) त्रिस् *ter* (τρὶς), चतुस् *quater*. Alia cardinalia hujusmodi adverbia formant addito suffixo कृत्वस्, e.c. पञ्चकृत्वस् *quinquies* a पञ्चन् (vid. *r.* 92. *a.*). Pro एककृत्वस् *semel* solito usurpatur सकृत्, ex quo, praefixo अ negativo, formatur असकृत् *pluries, non semel.* Ordinalia addito Accusativi charactere म् formant (ut videtur e genere neut. quod in Accus. a Masc. non differt) adverbia, quae similibus Latinis respondent, ut प्रथमम् *primum, primo,* द्वितीयम् *secundum, secundo* etc.

262. Suffixo धा formantur ex cardinalibus adverbia vel adjectiva indeclinabilia, quae hoc suffixo exprimunt notionem *partitus, in partes,* e.c. द्विधा *bipartitus, bipartito,* त्रिधा *tripartitus, tripartito* (vid. द्विधा, अष्टधा in Glossario). E षष् *sex* suffixo धा formatur षोढा, quod ortum est e षड्ढा (v. annot. 1. ad *r.* 254.). Ejusdem significationis ac एकधा, द्विधा, त्रिधा sunt ऐकध्यम्, द्वैधम्, त्रैधम्. — De derivatis quae suffixis शस् et तय a cardinalibus descendunt v. *r.* 652.

PRONOMINA.

263. Pronomina multis in rebus a generalibus casuum formandorum regulis recedunt. Notanda est praecipue haec eorum anomalia, quod tanquam prius compositi membrum non sicut alia nomina verum thema i. e. formam nudam, ab omni casus flexione vacuam ponunt, sed formam quapiam casus flexione instructam. Pronomina primae et secundae personae ponunt Ablativum aut singularem aut pluralem, ita ut alter singularem alter pluralem rationem indicet, aut Ablativus plur. sine numeri respectu thematis vice fungatur (cf. 679.). Reliqua pronomina flexionem, quae Nominativi et Accusativi

sing. Neut est communis, in initio compositorum retinent. At grammatici indici, qui hoc loco nominum themata videre insueverunt, pronominibus eam tanquam thema tribuunt formam, quam ista anomale in initio compositorum exhibent. Vocativus pronominum non usu receptus videtur; Forsterus tamen eorum Vocativum Nominativo aequat, excepto singulari masc. et fem. illorum pronominum, quae in Nom. masc. in अस्, in Nom. fem. in आ desinunt, ex quibus terminationibus Vocativum efficit abjecto स् et mutato आ in ए, e.c. स ex सस् *m.*, से ex सा *f.* (v. *r.* 267.). — Pronomina substantiva primae et secundae personae genera non distinguunt; omnia reliqua adjectiva pronomina tria habent genera. Sequens Tabula integram praebet omnium Pronominum declinationem.

PRONOMEN PRIMAE PERSONAE.

264. अस्मत्. Haec forma quae tanquam thema proponitur, est Ablativus plur. (v. *r.* 265.); Nominativus sing. est अहम्, qui a themate obliquorum casuum prorsus alienus est. अहम् in अह् + अम् dissolvendum esse censeo, ita ut अम् sit terminatio, sicut in त्वम् *tu*, अयम् *hic*, इयम् *haec*, वयम् *nos*, यूयम् *vos*. Obliqui casus partim a म partim a मे themate descendunt (cf. *r.* 156.).*) Posterius sine ulla casus flexione Dativi et Genitivi vice fungi potest. A themate म venit Acc. माम्, producto अ, vel मा, abjecto charactere म्, Dativus मह्यम्**), Ablat. मत्, et Gen. मम, ut videtur reduplicata syllaba radicali. — Pluralis Nominativus non magis quam singularis cum themate obliquorum casuum convenit; वयम् constat e वे themate et अम् terminatione. Obliqui casus solam vocalem अ tanquam thema

*) मया e मे + आ, मयि e मे + इ, cf. Latinorum Genitivum *mei.*

**) quod primitiva linguae aetate मभ्यम् sonuisse censeo (v. *r.* 104.).

MINUM.

THEMA	URALIS.				
	ABL.	GENAT.	ABL.	GEN.	LOC.
अस्मत्[1])	ावाभ्याम्	आवयोस्भ्यम्[23])	अस्मत्	अस्माकम्[23])	अस्मासु
युष्मत्[2])	वाभ्याम्	युवयोस्भ्यम्[24])	युष्मत्	युष्माकम्[24])	युष्मासु
तत् *m.*[3])	ाभ्याम्	तयोस् ः	तेभ्यस्	तेषाम्	तेषु
— *f.*[3])	ाभ्याम्	तयोस् स्	ताभ्यस्	तासाम्	तासु
— *n.*[3])	ाभ्याम्	तयोस् ः	तेभ्यस्	तेषाम्	तेषु
त्यत् *m.*[4])	याभ्याम्	त्ययोस् स्	त्येभ्यस्	त्येषाम्	त्येषु
— *f.*[4])	याभ्याम्	त्ययोस् स्	त्याभ्यस्	त्यासाम्	त्यासु
— *n.*[4])	याभ्याम्	त्ययोस् स्	त्येभ्यस्	त्येषाम्	त्येषु
एतत् *m.*[5])	ताभ्याम्	एतयोस् स्	एतेभ्यस्	एतेषाम्	एतेषु
— *f.*[5])	ताभ्याम्	एतयोस् यस्	एताभ्यस्	एतासाम्	एतासु
— *n.*[5])	ताभ्याम्	एतयोस् स्	एतेभ्यस्	एतेषाम्	एतेषु
इदम् *m.*[6])	ाभ्याम्	अनयोस्	एभ्यस्	एषाम्	एषु
— *f.*[6])	ाभ्याम्	अनयोस् स्	आभ्यस्	आसाम्	आसु
— *n.*[6])	ाभ्याम्	अनयोस्	एभ्यस्	एषाम्	एषु

[1]) v. r. 264.

[7]) vel मा. [8]) … el वाम्. [20]) vel एनौ. नान्. [26]) vel एनास्. [27]) vel एनानि.

PLURALIS.

ACC.	INSTR.	DAT.	ABL.	GEN.	LOC.
अमून्	अमीभिस्	अमीभ्यस्	अमीभ्यस्	अमीषाम्	अमीषु
अमूस्	अमूभिस्	अमूभ्यस्	अमूभ्यस्	अमूषाम्	अमूषु
अमूनि	अमीभिस्	अमीभ्यस्	अमीभ्यस्	अमीषाम्	अमीषु
यान्	यैस्	येभ्यस्	येभ्यस्	येषाम्	येषु
यास्	याभिस्	याभ्यस्	याभ्यस्	यासाम्	यासु
यानि	यैस्	येभ्यस्	येभ्यस्	येषाम्	येषु
कान्	कैस्	केभ्यस्	केभ्यस्	केषाम्	केषु
कास्	काभिस्	काभ्यस्	काभ्यस्	कासाम्	कासु
कानि	कैस्	केभ्यस्	केभ्यस्	केषाम्	केषु
अन्यान्	अन्यैस्	अन्येभ्यस्	अन्येभ्यस्	अन्येषाम्	अन्येषु
अन्यास्	अन्याभिस्	अन्याभ्यस्	अन्याभ्यस्	अन्यासाम्	अन्यासु
अन्यानि	अन्यैस्	अन्येभ्यस्	अन्येभ्यस्	अन्येषाम्	अन्येषु
सर्वान्	सर्वैस्	सर्वेभ्यस्	सर्वेभ्यस्	सर्वेषाम्	सर्वेषु
सर्वास्	सर्वाभिस्	सर्वाभ्यस्	सर्वाभ्यस्	सर्वासाम्	सर्वासु
सर्वाणि	सर्वैस्	सर्वेभ्यस्	सर्वेभ्यस्	सर्वेषाम्	सर्वेषु

agnoscunt, cui additur syllaba स्म, cujus अ pluribus in casibus producitur (cf. *r.* 265. et 266.). Ablativus characterem त् assumit, qui praeter hoc et secundae personae pronomen, in Singulari tantum invenitur; atque Genitivus pro आम् habet कम् terminationem, primae et secundae personae communem; cf. अस्माकम् cum युष्माकम्. Accusativus, Dativus et Genitivus in Plurali नस् atque in Duali नौ vicarias formas admittunt, quarum altera Latinorum nos, altera Graecorum νώ respondet; ambae autem, quod ad externam speciem attinet, Dativo et Genitivo non conveniunt, quia Nominativi Acc. Voc. flexionem ferunt. In Duali thema आव recognoscimus, ex quo आवाभ्याम् et आवयोस् secundum *r.* 140. et 141. formantur. Nominativus et Accus. आवाम् orti videntur ex आव + अम्, nam अम् pluribus in casibus adamata est pronominum terminatio. Integram hujus pronominis declinationem vid. in Tab. ad *r.* 263.

PRONOMEN SECUNDAE PERSONAE.

265. युष्मत्. Haec forma, quae tanquam thema proponitur, est Ablativus pluralis. Numeri singularis casus formantur partim ex तु, partim, in analogia cum म et मे, ex त्व vel त्वे (v. *r.* 264.). A तु descendit Nom. त्वम् (ex तु + अम्), Dat. तुभ्यम् et Gen. तव, ex तो quod est *Guna* syllabae तु, et terminatione अ, quae in hoc solo pronomine Genitivum indicat. Dativus et Gen. vicariam formam ते admittunt, quae e supra dicto त्वे abjecto व् orta videtur (cf. मे primae personae). — Pluralis formatur e syllaba यु, cui, in analogia cum अ primae personae, in obliquis casibus additur स्म*), ita tamen

---

*) Cum अस्म primae et युष्म pro युस्म secundae personae, conveniunt aeolicae formae ἄμμες et ὔμμες quas assimilatione ex ἄσμες et ὔσμες ortas esse censeo, sicut ἐμμί ex ἐσμί.

ut स् ex euphoniae lege 101[a]. in ष् transformetur, sicut post अमु in *r.* 271. In Nominativo syllaba यु producitur in यू atque inter sic productam radicalem syllabam et terminationem अम् inseritur य् euphonicum (cf. अमुया, अमुयोस् in *r.* 271. et भूयिष्ठ e भू + इष्ठ in *r.* 251.). In casibus ubi prima persona नस् et नौ substituere potest, secunda persona vicarias formas वस् (cf. *vos*) et वाम् admittit. — Dualis descendit a themate युव atque terminationibus cum prima persona convenit. Vid. Tab. ad *r.* 263.

PRONOMINA TERTIAE PERSONAE.

266. Omnia tertiae personae pronomina, ad quae relativum et interrogativum quoque sunt referenda, sequentibus specialibus legibus a generalibus declinationis regulis recedunt. 1. Praeter अन्य *alius* et सर्व *quivis*, omnia tertiae personae pronomina Nominativi et Accusativi generis neut. communem characterem in initio compositorum retinent, quam ob rem istorum casuum forma a grammaticis indicis pro themate statuitur. Ea autem pronomina, quorum verum thema in अ desinit, dictos casus charactere त् pro म् designant;*) e. c. तत् a त, (v. *r.* 267.). 2. In Dat. Ablat. et Locativo sing. inter thema et casuum flexiones inserunt स्म syllabam, quam prima et secunda persona in omnibus pluralis numeri obliquis casibus adjungunt; e. c. तस्मै *ei* ex त + स्म + ए (v. *r.* 38.). 3. Locativus sing. pro इ habet इन् characterem, atque अ syllabae स्म ante hanc terminationem abjicitur et ante त् Ablativi producitur (v. *r.* 128.); e. c. तस्मिन् *in eo*, तस्मात् *ab eo*. 4. In Feminino, quod ex stirpibus in अ desinentibus producta hac vocali formatur (cf. *r.* 240.), plures singularis numeri casus non a feminino themate sed a Genitivo masc. et

---

*) Excipitur solum सर्व v. *r.* 275.

neut. descendere video; constant enim terminationes स्यै, स्यास् et स्याम् e स्य et femininis terminationibus Dativi, Ablativi-Genitivi et Locativi: ऎ, आस् et आम्; e.c. तस्यै, तस्यास्, तस्याम्, a Genitivo masc. et neut. तस्य. 5. Pronomina, quorum thema in अ desinit (i. e. longe plurima) Nominativum masc. plur. non generali flexione अस् (v. *r.* 142.) formant, sed, in analogia cum prima et secunda declinatione graeca et latina, terminatione इ (nisi ई), quae cum antecedente अ thematis in ए coalescit; e.c. ते *ii* ex त + इ vel ई (cf. *οι*, *αι* vel doricum *τοί*, *ταί*). 6. Genitivus plur. loco आम् assumit terminationem साम्, ante quam अ thematis transit in ए; e. c. तेषाम् (v. *r.* 101[a].) *eorum*, तासाम् *earum* (cf. latinam flexionem rum).

267. तत् *is, hic, ille.* Proprium thema est त, cujus त् in Nom. sing. masc. et fem. (non in Neut.) transit in स्, unde सस् (v. *r.* 77.), सा, तत्. Ceterum sequitur *r.* 266. (v. Tab. ad *r.* 263.).

Annot. In radicali littera स्, quae in Nominativo utriusque generis pro radicali त् ponitur, video originem Nominativi characteris स्, qui item in Masc. et Fem. solum admittitur, nunquam ad Neutrum extenditur. Neutrius autem flexionem त्, in Nom. et Accus. Pronominum, ex obliquorum casuum themate त explicamus. Characterem म्, quem Neutra in अ desinentia, pronominibus exceptis, in Nominativo et Accusativo habent, Masculina et Feminina autem in solo Accusativo, ex alio pronomine explicandum esse puto, quod radicali म् litterae obliquorum casuum in Nominat. masc. et fem. litteram स् supponit, Nominativum neut. vero ex alieno themate format (v. *r.* 271.). Fusius de casuum origine egi in dissertatione academica (*Abhandlungen der historiseh-philologischen Klasse der K. Akad. der Wissenschaften a.* 1826.) ex qua hic solum referre liceat, quod flexiones quae a भ् incipiunt, a praepositione अभि abjecto अ apte deduci possunt, Instrumentalis sing. autem character आ idem ac आ praepositio esse videtur.

268. त्यत् a praecedente pronomine solum inserto य् differt, eandem quoque sequitur analogiam, et ejusdem est significationis, usu tamen rarissimum. Vid. Tab. ad *r.* 263.

269. एतत् *hic.* In hac voce dua conjuncta video pronomina, scilicet ए (v. *r.* 270.) et तत्, cujus त् radicale in Nom. masc. et fem. in ष् transit, pro स्, propter vim euphonicam antecedentis ए (vid. *r.* 101[a]). et 80.); unde एषस्, एषा, एतत्. Plures obliqui casus ex themate एन, Fem. एना formari possunt (v. Tab. ad *r.* 263.).

270. इदम् *hic.* इदम् est Nom. et Acc. generis neut. atque conflatum esse videtur e stirpe pronominali इ (cf. Latinorum et Gothorum is) et adjecta syllaba दम्, quae cum Latino *dam, dem* in quidam, idem convenit*). In declinatione hujus pronominis varia discernenda sunt themata, 1. इ, quod *Gunae* incremento transit in ए, quod jam in composito एतत् vidimus et a quo Nom. masc. अयम् (ex ए + अम्) et Instr. pl. एभिस् descendunt. Dativus, Ablat., Gen. et Locativus एभ्यस्, एषाम्, एषु tam ex ए quam ex अ explicari possunt, quia अ in his casibus in ए transit. A pura vocali इ venit, praeter इदम्, Nominativus fem. इयम् (ex इ + अम् v. *r.* 51.), quod tamen ex ई + अम् etiam explicari posset**). 2. इम, quod in Fem. format इमा. 3. अन, in Fem. अना. 4. अ, a quo अस्मै, अस्य (अस्यै, अस्यास्, अस्याम्), अस्मात्, अस्मिन्, आभ्याम् (v. *r.* 140.) et fortasse एभ्यस्, एषाम्, एषु. In Feminino thema अ producitur in आ, unde descendunt आभ्याम्, आभिस्, आभ्यस्, आसाम्, आसु.

271. अदस् *ille.* अदस् est Nominativus et Accusativus pronominis, cujus proprium thema est अमु, cujus उ anomalum in modum in Duali ante भ्याम् producitur atque in Plurali masc. et neut. in ई transit, cui in Nom. masc. nullus additur casus character. Formae

---

*) nisi इदम् in इद् pro इत् + अम dissolvere malueris, ita ut त् pronominum in Neut. proprius sit casus character, qui conjunctus sit cum addita syllaba अम् (cf. अहम्, त्वम्, अयम्, इयम्).

**) Derivata hujus stirpis vid. in *r.* 283. 284. 285. 287. 652. suff. तस्, दानीम्.

अमून् et अमूनि tamen regulariter a themate अमु descendunt. — Ante vocales flexionum trium generum य् euphonicum inseritur, sicut in यूयम् *vos* (v. *r.* 265.), atque Genitivi flexio स्य (v. *r.* 129.) et inserenda syllaba स्म ex euphoniae lege 101[a]. in ष्य et ष्म immutantur (cf. युष्मान् etc.). — Feminini casus partim ex अमु partim ex producto अमू derivantur, atque Nominativus plur. eam habet anomaliam, quod pro अस् terminatione solum स् additur, ita ut Accusativo sit similis (अमूस्, pro अम्वस् ex अमू, vel अमवस् ex अमु). In Nom. masc. et fem. radicali म् substituitur स्*), atque उ vocalis Gunae incrementum sumit, casus character autem non additur (vid. Tab. ad *r.* 263.).

272. यत् *qui.* Proprium thema Relativi est य, quod in declinatione accurate generalem sequitur regulam 266. atque in Fem. format या (v. Tab. ad *r.* 263.).

273. किम् *quis.* किम् est Nom. et Acc. neut. ex themate कि et charactere म्, qui ceterum stirpibus in अ desinentibus tantum adjungitur (v. *r.* 122.). Reliqui casus masc. et neut. ex themate क formantur, quod, ex lege 266. in Nom. et Acc. neut. कत् formare deberet; quam inusitatam formam in particula interrogativa कच्चित् (ex कत् + चित v. *r.* 61.) conservatam video (v. *r.* 284.). A क descendit femininum thema का, producta vocali अ.

274. अन्य *alius.* Quia Nominativi et Accusativi neut. character त् in initio compositorum non retinetur, Grammatici indici formam अन्य, non अन्यत् tanquam thema proponunt (v. Tab. ad *r.* 263.).

275. सर्व *quivis, omnis.* Neutrum in Nom. et Acc. consuetum addit characterem म्, qui in initio compositorum abjicitur (cf. *r.* 274. et v. Tab. ad *r.* 263.).

---

*) quod cum thematis त immutatione in स convenit (v. *r.* 267.).

276. स्वयम् *ipse* indeclinabile est et ad omnes tres personas referri potest. Quod ad formam attinet, स्वयम् primitive Nominativus fuisse videtur ex themate स्वे (cf. मे et त्वे in *r.* 264. et 265.) addito अम्, cf. अहम्, त्वम्, अयम्.

277. Sicut अन्य (*r.* 274.) flectuntur: अन्यतर et एकतर *unus ex duobus, alter,* इतर *alius,* एकतम *unus ex pluribus quam duo,* कतर *uter,* कतम *quis ex pluribus quam duo,* ततर *is, hic, ille ex duobus,* ततम *is, hic, ille ex pluribus quam duo,* यतर *qui ex duobus,* यतम *qui ex pluribus quam duo.**)

278. उभय *n. sing.* (v. Glossarium) *ambo,* त्व *alius* (vox obsoleta), नेम *dimidius,* विश्व, सम *quivis, omnis,* सिम *totus,* flectuntur sicut सर्व (*r.* 275.).

279. अधर *inferior,* अन्तर *alius,* अपर *alius***), अवर *posterior,* उत्तर *superior, septentrionalis,* एक *unus,* दक्षिण *dexter, meridionalis,* पर *alius,* पूर्व *prior, occidentalis,* स्व *suus* (v. *r.* 288.) flectuntur sicut सर्व, ita tamen ut Ablativum et Loc. sing. masc. et neut. et Nominativum plur. masc. etiam sicut शिव formare possint; e.c. अधरस्मात् vel अधरात्, अधरस्मिन् vel अधरे; अधरे vel अधरास्.

280. अल्प *paucus,* अर्ध *dimidius,* कतिपय *quam paucus?,* चरम *ultimus,* प्रथम *primus,* Nominativum plur. ad arbitrium aut pronominali terminatione इ formare possunt (v. *r.* 266. 5.) aut solita terminatione अस्; ceterum sicut शिव *m. n.* शिवा *f.* Tab. ad *r.* 154. flectuntur; e.c. अल्पे vel अल्पास्.

---

*) Wilsonus Nominativum neut. format charactere म् pro त्.

**) Derivatum esse videtur a praepositione अप (v. *r.* 111.), sicut अवर ab अव. पर *alius* autem ex अपर suppresso अ initiali ortum esse censeo, sicut पि dicitur pro अपि (v. *r.* 111.).

281. द्वितीय *secundus* et तृतीय *tertius* Singularem trium numerorum ad arbitrium aut sicut शिव, शिवा aut sicut सर्व, सर्वा (*r.* 275.) flectunt.

282. Quae in *r.* 277. sequentibusque regulis memoratae sunt voces, ubi in fine compositorum vel alia cum significatione occurrunt, generalem sequuntur declinationem; saepissime tamen vocis विश्व, ubi Geniorum classem designat, invenitur Nom. plur. विश्वे.

Annot. De भवत् quod loco pronominis secundae personae usurpatur v. *r.* 221. Substantivum आत्मन् *anima* in obliquis Singularis casibus saepissime trium personarum pronominum locum tenet, maximam partem cum sensu reflexivo, nonnunquam etiam cum sensu recto (vid. Glossarium).

PRONOMINA DERIVATA.

283. Adjectis Comparativi et Superlativi suffixis तर et तम derivatae a primitivis descendunt formae, quarum usum et declinationem in *r.* 277. exposui. Ab illa regula अन्यतम *unus e pluribus quam duo* eo recedit, quod sicut शिव *m. n.* शिवा *f.* declinatur (vid. Tab. ad *r.* 154.). इतर, quod ad significationem attinet, hanc habet anomaliam, quod non a l t e r significat, quod ex suffixo exspectari posset, sed a l i u s. — Suffixo वत् formantur तावत् *tot, tantum,* यावत् *quot, quantum,* एतावत् *hic, ille,* ex stirpibus त, य, एत, producta vocali अ. De declinatione et Feminini formatione v. *r.* 224.

Annot. Grammatici indici stirpem pronominalem इ, e paucis qui ab ea descendunt casibus (v. *r.* 270.) non cognoverunt, quam ob rem non miramur quod apud Wilsonum इतर *alius* non a themate इ sed a radice इ *optare* deducitur. Latina lingua eandem stirpem pronominalem cum eodem Comparativi suffixo conjungit, in adverbio i t e r u m, quod non cum Vossio a substantivo i t e r deduci voluerim.

284. Interrogativum किम् suffixis चित् et चन demonstrativam accipit significationem *aliquis, quispiam.* Suffixa चित् et चन sicut Latina d a m, p i a m declinatione non afficiuntur, e. c. कश्चित्,

कश्चित्, केनचित्. Inusitatum Neutrum कत् (v. *r.* 273.) cum चित् format adverbium interrogativum कच्चित् *an, num.*

285. Suffixo participii praes. अत् (v. *r.* 217.) formantur Adjectiva कियत् *quantum, quot?,* इयत् *tantum, tot* ex stirpibus कि (vid. *r.* 273.) et इ (v. *r.* 270.) secundum *r.* 51. Flectuntur sicut भवत् (v. *r.* 221.) atque in Fem. formant कियती, इयती.

286. Suffixo ति formantur adjectiva ordinalia, ejusdem modi ac Latinum *quotus,* ex themate interrogativo कि, relativo य, et demonstrativo त, inde कति, यति, तति. Haec adjectiva ordinalia genera et numeros non distinguunt, sed in Nom. Acc. Voc. semper singularem Neutrornm, in reliquis casibus pluralem ferunt formam; e.c. Nom. Acc. Voc. कति, Instr. कतिभिस्, Dat. Abl. कतिभ्यस्, Gen. कतीनाम्, Loc. कतिषु.

287. Compositione cum adjectivis दृश्, दृश et दृक्ष *similis* (a rad. दृश् *videre*), quae seorsim non inveniuntur, formantur, producta vocali, कीदृश्, कीदृश, कीदृक्ष *qualis? cui similis?* a कि; यादृश् etc. *qualis, cui similis* (relative) a य; तादृश् etc. *talis* a त, ईदृश् etc. *talis* ab इ, मादृश् etc. *mihi similis* a म (v. *r.* 264.), अस्मादृश् nobis similis ab अस्म (v. *r.* 264.); similiaque derivata ex aliis efficiuntur stirpibus pronominalibus. In Feminino दृश et दृक्ष addunt characterem ई, दृश् vero est generis omnis.

POSSESSIVA.

288. स्व in quo Latinum suus recognoscimus, proprie ad tertiam personam pertinere videtur; refertur tamen etiam ad primam et secundam personam, ita ut non solum suus sed etiam meus, tuus, noster, vester significare possit. Declinatur secundum *r.* 279.

289. Suffixo ईय formantur possessiva ex casibus in त् desinentibus, qui secundum *r.* 263. in initio compositorum thematis funguntur

vice, deinde ex सर्व *omnis.* Surda littera त् ante ईय contra *r.* 83. *a.* in द् transit; e. c. मदीय *meus,* अस्मदीय *noster,* त्वदीय *tuus,* तदीय *qui ejus, hujus, illius est,* सर्वीय (v. *r.* 650.) *qui cujusvis est.* Haec possessiva declinantur sicut शिव *m. n.* in Tab. ad *r.* 154., atque Femininum aut producta vocali अ aut addito ई formant, e. c. मदीया (sicut शिवा) vel मदीयी. — E Genitivis मम *mei,* तव *tui* formantur मामक *meus,* तावक *tuus,* suffixo क et producta media vocali अ. Eorum Feminina sunt मामकी, तावकी. Declinantur sicut शिव *m. n.* et नदी *f.* (v. Tab. ad *r.* 154.).

DE VERBIS.

290. Verba primitiva descendunt a radicibus, quae in tempore praesente, nisi quaepiam intermedia additur syllaba (v. *r.* 297.) solis cum personarum terminationibus componuntur, ita tamen ut euphoniae observentur leges; e. c. अद्मि *edo*, अत्ति *edit* a radice अद्.

291. Duae sunt activae voces, una cum debilioribus, altera cum fortioribus personarum terminationibus. Ex linguae usu pendet, utrum quaepiam radix in una alterave, an in ambabus usurpetur vocibus. Ubi ambae voces admittuntur, quod non permultis in radicibus locum habet, prior, cum debilioribus terminationibus, transitivam, altera, quae Graecorum Medio respondet, reflexivam habet significationem, vel actionem ad agentis utilitatem converti indicat. Saepe tamen nulla perspicua significationis ambarum vocum differentia observatur. Prior et primitiva vox a Grammaticis indicis appellatur परस्मैपदम् (ex Dativo परस्मै *alii* et पदम् *locus*) altera आत्मनेपदम् (ex आत्मने *sibi* et पदम्).

292. In radicibus quae in *Atmanêpado* tantum sunt usitatae, haec vox a *Parasmaipado* sensu non differt. Verba neutra partim *Parasmaipadi*, partim *Atmanêpadi* utuntur voce.

293. Passivum *Atmanêpadi* sumit terminationes, a quo in specialibus temporibus (v. *r.* 297.) syllaba य, proxime cum radice conjuncta, distinguitur; e. c. द्वेष्टि, द्विष्टे *odit*, in Passivo द्विष्यते.

NUMERI ET PERSONAE.

294. Numeri sunt, sicut in nominibus, tres: Singularis, Dualis et Pluralis, quorum quivis tres habet personas. Genus in verbis non distinguitur.

TEMPORA ET MODI.

295. Quinque sunt modi: Indicativus, Potentialis, Imperativus, Precativus et Conditionalis. Infinitivus et Participia ad nomen pertinent, eorumque formatio in libro de nominum formandorum suffixis exponetur.

296. Indicativus sex habet tempora: unum Praesens, tria Praeterita et duo Futura. Ordo quo tempora et modi disponuntur est: 1. Praesens, 2. Potentialis, 3. Imperativus, 4. Praeteritum augmentatum uniforme, 5. Praeteritum augmentatum multiforme, 6. Praeteritum reduplicatum, 7. Futurum primum vel participiale, 8. Precativus, 9. Futurum secundum vel auxiliare, 10. Conditionalis.*) De temporum et modorum usu fusius agetur in Syntaxi.

VERBORUM ET TEMPORUM DIVISIO.

297. Respectu quattuor priorum temporum, quae s p e c i a l i a appellamus, verba vel radices in decem rediguntur classes; in posterioribus sex temporibus, classium et conjugationum differentia desinit, quam ob rem haec tempora g e n e r a l i a apte nominanda esse puto. Decem classium autem characteres sunt: Prima radici addit intermediam vocalem अ atque *Gunam* requirit, e.c. खनति *fodit* a खन्, मोदते *gaudet* a मुद्. Secunda terminationes proxime cum radice conjungit e.c. हन्ति *occidit* a हन्. Tertia terminationes proxime

*) In posterioribus sex temporibus non omnes Grammatici eundem tenent ordinem.

cum radice conjungit, sicut secunda, a qua syllaba reduplicativa distinguitur, e.c. ददाति *dat* a दा. Quarta radici syllabam य addit, e.c. नश्यति *perit* a नश्. Quinta syllabam नु addit, quae in auctis formis (v. *r.* 308.) Gunae incremento in नो transit; e.c. आप्नोमि *adipiscor*, आप्नुमस् *adipiscimur* ab आप्. Sexta addit vocalem अ, sicut prima, a qua eo distinguitur, quod *Gunam* non admittit; e.c. तुदति *vexat* a तुद्. Septima inter radicem nasalem inserit litteram, quae ad organum finalis radicis consonantis accommodatur, atque in formis auctis (v. *r.* 308.) ad syllabam न extenditur; e.c. युनक्ति *jungit*, युञ्जन्ति *jungunt* a युज्; भिनत्ति *findit*, भिन्दन्ति *findunt* a भिद्. Octava addit vocalem उ, quae in formis auctis Gunam sumit, e.c. तनोमि *extendo*, तनुमस् *extendimus*. Nona syllabam नी addit, quae in formis auctis in ना transit, e.c. क्रीणामि (v. *r.* 94[a].) *vendo*, क्रीणीमस् *vendimus*. Decima classis addit अय et *Gunam* requirit e.c. चोरयति *furatur* a चुर्. Haec classis a reliquis eo recedit, quod incrementum suum, abjecto tantum अ finali, in generalibus quoque temporibus retinet, Praeterito augm. multiformi, et Precativo *Parasmaipadi* exceptis. Pertinet igitur decima classis, quod ad formam attinet, potius ad verba derivativa, praesertim cum accurate cum Causalibus conveniat.

Annot. Grammatici indici vocalem इ characterem decimae classis et Causalium esse statuunt, ita ut अय eo explicandum sit, quod इ *Gunae* incremento in ए transeat, quod ante additum अ in अय् dissolvatur. Nullo tamen argumento haec confirmatur sententia, quia radices decimae classis vel causales formas ubique aut cum अय vel अय् videmus conjunctas, aut omni incremento vacuas, nusquam charactere इ vel ए instructas.

298. Personarum characteres sunt:

Parasmaipadum.	Atmanêpadum.
1. Pers. म् *sing., pl.*; न् *sing. Imperativi*; व् *du.*	व् *du.*; म् *pl.*
2. Pers. स् *sing.*; ध् vel ह् *sing. Imperativi*; थ् *sing. Praet. redupl., du., pl.*; त् *du., pl.*	स् *sing.*; थ् *sing., du.*; स्व् *sing. Imperativi*; ध्व् *pl.*
3. Pers. त् *sing., du., pl.*	त् *sing., du., pl.*

ANNOT. म् characterem primae personae deducendum esse puto a themate obliquorum casuum म vel मे (v. *r.* 264.), atque त् tertiae personae a themate त (v. *r.* 266.). व् character primae pers. dualis cum व् litterae Dualis आवाम् *nos ambo* vel Pluralis वयम् (ex वे + अम्) convenit. Minus perspicua est signorum secundae personae origo.

299. Personarum characteres a fine vel ab initio vel a duobus lateribus cum adjectis conjunguntur syllabis, praecipue ad numeros distinguendos. Sequens Tabula conspectum praebet terminationum personalium omnium Temporum et Modorum.

PARASMAIPADUM. *ATMANÊPADUM.*

PRAESENS.

	Singularis	Dualis	Pluralis	Singularis	Dualis	Pluralis
1.	मि	वस्	मस्	ए	वहे	महे
2.	सि	थस्	थ	से	आथे	ध्वे
3.	ति	तस्	अन्ति	ते	आते	अन्ते

POTENTIALIS.

	Singularis	Dualis	Pluralis	Singularis	Dualis	Pluralis
1.	अम्	व	म	अ	वहि	महि
2.	स्	तम्	त	थास्	आथाम्	ध्वम्
3.	त्	ताम्	उस्	त	आताम्	रन्

	Singularis	Dualis	Pluralis	Singularis	Dualis	Pluralis
			IMPERATIVUS.			
1.	आनि	आव	आम	ऐ	आवहै	आमहै
2.	हि	तम्	त	स्व	आथाम्	ध्वम्
3.	तु	ताम्	अन्तु	ताम्	आताम्	अन्ताम्
			PRAETERITUM AUGMENTATUM UNIFORME.			
1.	अम्	व	म	इ	वहि	महि
2.	स्	तम्	त	थास्	आथाम्	ध्वम्
3.	त्	ताम्	अन्	त	आताम्	अन्त
			PRAETERITUM REDUPLICATUM.			
1.	अ	व	म	ए	वहे	महे
2.	थ	अथुस्	अ	से	आथे	ध्वे
3.	अ	अतुस्	उस्	ए	आते	इरे

ANNOT. In prima pers. pl. Praesentis loco terminationis मस् ejusque permutationibus euphonicis apud auctores non raro invenitur म. Praeteritum multiforme et Conditionalis easdem ac Praet. augm. uniforme habent terminationes, ita tamen ut prius in tertia pl. saepe उस् habeat pro अन्. Ambo Futura Praesentis sumunt terminationes, tertia persona primi Futuri excepta (v. r. 460.).

300[a]. Respectu verborum conjugationis maximi momenti est terminationum personalium divisio in graves et leves. Ad graves referimus terminationes Dualis et Pluralis *Parasmaipadi*, triumque Numerorum *Atmanêpadi*. Leves sunt, terminationes sing. *Parasmaipadi* (prima persona Imperativi excepta), quippe quae aut in brevem vocalem, aut in pronominalem consonantem ipsam desinant. Terminationum pondus autem non solum in quantitate syllabarum, sed plerumque in majori vel minori numero litterarum consistit, e. c. in Praesente वस् et मस् terminationes sunt graviores ac ejusdem per-

sonae singularis terminatio मि; in Praeterito augm. sunt व et म terminationes graviores ac अम्; तम् et त graviores sunt ac स्. Ubi terminationes personales proxime cum radice vel *Gunae* capace intermedia syllaba conveniunt, certum aequilibrii observamus systema, in cognata Graeca lingua etiam praevalens, eo quod ante leves terminationes radicalis vel adjecta intermedia syllaba *Gunae* incremento vel alio modo augetur, ante graves vero terminationes radix vel adjecta syllaba ad primitivam brevitatem repellitur; e.c. वेद्मि *scio,* विद्वस् *nos duo scimus,* विद्मस् *scimus* (cf. δίδωμι, δίδομεν, δίδομαι, εἶμι, ἴμεν). Ubi radix, *Gunae* incapace syllaba, vel quapiam consonante, a terminationibus personalibus separatur, secundum speciales temporum formandorum leges aut ubique *gunata* aut pura radicis ponitur forma; e.c. वेत्स्यति *sciet,* dual. वेत्स्यतस्, plur. वेत्स्यन्ति, non वित्स्यतस्, वित्स्यन्ति.

300[b]. Inter eas, quas graves nominamus, terminationes nonnullae sunt, quae destructione, quam temporum cursu subierunt, minoris sunt ponderis quam respondens levis terminatio. Ita prima Persona sing. *Atmanêpadi* in omnibus Temporibus characterem म् perdidit, atque अ et इ terminationes Potentialis et Praet. augment. primi leviores sunt ac respondens *Parasmaipadi* terminatio अम्; eandem tamen vim ac reliquae graves *Atmanêpadi* terminationes in antecedentem syllabam hae corruptae terminationes exercent, aut quia, sublata causa, effectus tamen remansit, quem primitiva gravior earum forma produxit, aut quia personae, quarum terminationes corruptae sunt, analogiam reliquarum personarum ejusdem Numeri vel Vocis sequuntur. — In Praesente terminatio थ secundae pers. pl. non gravior est quam respondens सि in Singulari, nisi forsan majus pondus in aspirata quaerendum est littera थ्.

301. *Atmanêpadum* a *Parasmaipado* praecipue auctis distinguitur terminationibus.

a) Vocalis इ finalis *Gunae* incrementum sumit, quo से, ते, अन्ते veniunt a सि, ति, अन्ति, sicut Graecorum σαι, ται, νται, a σ(ι)*), τι, ντι; ex prima persona in मि oriri debuit मे, quod cum Graeco μαι conveniret, in Sanscrito autem non conservatum est, sed perditâ, sicut in reliquis temporibus, pronominali litterâ, solum ए remansit.

b) Ex वस् et मस् oriuntur वहे, महे, atque ex debilioribus व et म fiunt debiliores ac in Praesente formae वहि, महि**); in Imperativo, quia in prima Persona fortissimas amat terminationes (v. *r*.313.), ex आव, आम oriuntur आवहै, आमहै, ita ut in prima pers. Dualis et Pluralis *Atmanêpadi* tres vocalis finalis habeamus gradus: इ, ए et ऐ.

c) In secunda et tertia persona Dualis characteribus थ् et त् anteponitur आ, et terminatio quoque plerumque augetur, cf. आथे, आते cum थस्, तस्; आथाम्, आताम् cum तम्, ताम्.

d) Tertiae personae characteri त्, in fine posito, additur अ, unde त ex त्, अन्त ex अन्त्, sicut priori linguae aetate haec persona in *Parasmaipado* sonare debuit, antequam euphoniae lex 57. praevaluit, qua ultima duarum consonantium finalium abjicitur (cf. *r*. 218.). Ita apud Graecos ex τ et ντ, quo primitive tertia persona sing. et plur. Temporum historicorum finiri debuit,***) oritur το et

---

*) Respice doricum ἐσσί.

**) In Graeco μεθα difficile sanscritum महि recognoscitur. Si tamen conferimus Graecorum Neutra pl. in α cum Sanscritis in इ, atque Imperativi terminationem θι cum Sanscrita हि pro धि (v. *r*. 104.), ad conjecturam inducimur, terminationes वहि, महि primitive sonuisse वधि, मधि vel वध, मध; nisi potius statuendum est, Graecos pronunciare μεθα, quia mediam aspirationem puram i. e. *h* perdiderunt.

***) In conservato linguae statu τ in fine vocabuli nusquam retinetur.

ντο. Secunda persona sing., si eandem sequeretur analogiam, ex स्
formaret स, sicut Graeci ex ἐδίδως formant ἐδίδοσο; terminatio थास्
autem alia nititur ratione, duas enim secundae personae terminationes conjungere videtur, थ (v. Praet. redupl.), producta vocali, et स्.
Ita secundum *r.* 266. in Genitivis तस्यास्, अस्यास् etc. duae Genitivi flexiones sunt conjunctae, atque in graeca terminatione *μην* character primae personae bis videtur contentus.*)

e) *Atmanêpadi* Praeteritum reduplicatum, tertia persona plur. excepta, easdem ac Praesens habet flexiones, atque ex terminationibus ए (pro मे), से, ते, वहे etc. perditas vel temporum cursu transformatas *Parasmaipadi* formas मि, सि, ति, वस् etc. colligere possumus.

302. Sicut in graeca ita quoque in sanscrita lingua duae Temporum classes statui possunt, terminationibus personalibus distinctae**), una cum plenioribus, altera cum obtusioribus terminationibus. Ad priorem, aeque ac in graeca lingua, pertinent Praesens, Futurum et Praeteritum reduplicatum (v. *r.* 301. *e.*). Opponit haec classis terminationibus अम्, स्, त्, व, म, अन् (ex अन्त्) pleniores formas मि, सि, ति, वस्, मस्, अन्ति. In Duali secunda et tertia persona, aspiratione quidem distinctae, eandem habent terminationem; cf. थस्, तस् cum graeco *τον*, *τον*, ut videtur ex *τος*, *τός*, sicut *μεν* e *μες*. In secundae classis temporibus hae duae personae non pronominali charactere sed vocalis quantitate tantum distinguuntur, cf. तम्, ताम् cum graeco *τον*, *την* vel *τον*, *των* in Imperativo. Ad hanc secundam classem pertinent 1. ambo Praeterita augmentata, graeco Imperfecto, Aoristo et Plusquamperfecto (v. *r.* 421.) respondentia; 2. Potentialis et Precativus, qui cum graeco Optativo Praesentis et Aoristi conve-

---

*) *μην* pro *μημ* ex euphoniae lege, qua *μ* in fine vocum ubique in *ν* transiit.

**) Vid. Buttmann „*Ausführliche Grammatik*" p. 317.

niunt; 3. Conditionalis. Imperativus in Singulari magis ad primam classem se inclinat, in Duali et Plurali tamen secundae classis terminationes habet.

SPECIALIUM TEMPORUM FORMATIO.

303. Decem radicum classes, quae, respectu specialium temporum, *r.* 297. statuuntur, apte in quattuor redigi possunt conjugationes. Ad primam referimus classes, quae अ vocalem addunt vel syllabas hac vocali terminatas, scilicet 1. 4. 6. et 10. Ad secundam referimus eas, quae, sine intermedia syllaba, terminationes proxime cum radice conjungunt, generalium euphoniae legum ratione habita, videlicet 2. 3. et 7. Tertia conjugatio comprehendit classes, quae नु vel उ addunt, i. e. 5. et 8. Quarta ex sola nona classi consistit, quae नी, atque in auctis formis ना addit.

304. अ primae conjugationis ante primae personae characterem म् et व् producitur, atque cum आ secundae et tertiae personae dualis *Atmanêpadi* anomalum in modum in ए transit (cf. *r.* 157.); ante reliquas a vocali incipientes terminationes, इ primae personae *Atm.* excepto, abjicitur (v. *r.* 47.); e. c. तुद् (cl. 6.) format in prima persona utriusque Vocis Praesentis: तुदामि, तुदावस्, तुदामस्, तुदे (non तुदै, ex तुद + ए), in secunda et tertia du. *Atm.* तुदेथे, तुदेते ex तुद + आथे, आते; in prima pers. Praet. augm. 1. तुदे non तुदि, ex तुद + इ.

305. Quarta conjugatio vocalem ई adjectae syllabae नी ante omnes vocales terminationum abjicit, inde in Praesente युनन्ति, युने, युनाथे, युनाते pro युन्यन्ति, युन्ये etc. (v. Tab. ad *r.* 324.).

306. Secunda, tertia et quarta conjugatio in tertia persona pl. *Atmanêpadi*, nasalem, qua pluralis numerus indicatur, abjiciunt, inde द्विषते, द्विषताम्, अद्विषत pro द्विषन्ते, द्विषन्ताम्, अद्विषन्त; चिन्वते

pro चिन्वन्ते etc. (v. Tab. ad *r.* 324.). Saepe tamen scriptores contra hanc regulam nasalem retinent.

307. Radices tertiae classis et aliae, quae reduplicativam habent syllabam (v. *r.* 108.), etiam in *Parasmaipado* nasalem tertiae personae pl. ejiciunt; e. c. जाग्रति *vigilant* a जागृ cl. 2., बिभ्रति *ferunt* a भृ cl. 3., non जाग्रन्ति, बिभ्रन्ति.

308. *a*) Secunda, tertia et quarta conjugatio, quod ad radicem vel intermediam syllabam attinet, oppositionem ostendunt inter auctas et puras formas, quae inversa ratione terminationum nititur, ita ut ante leves terminationes (v. *r.* 300[a].) formae auctae, ante graves, formae purae vel primitivae locum habeant. Secunda et tertia classis Gunae incremento augent radicalem syllabam, quinta et octava intermedias syllabas नु et उ. Septima classis radicem auget, eo quod inserta nasalis littera in syllabam न extenditur. Nona classis intermediam syllabam नी in ना immutat, ex quo colligimus, आ vocalem majoris esse ponderis ac ई (cf. *r.* 370.). — In Optativo terminationum pondus in radicem vel intermediam syllabam interpositâ syllabâ या infringitur, atque ubique pura ponitur forma. Imperativus propriam, ex terminationum pondere non pendentem sequitur legem (v. *r.* 313 et 314.), qua prima persona in tribus utriusque Vocis numeris auctam formam, atque secunda pers. sing. *Parasmaipadi* puram loco auctae sumit formam.

b) Auctae formae sunt igitur: 1. Singularis Praesentis et Praeteriti augm. primi; 2. prima persona Imperativi trium numerorum utriusque activae Vocis; 3. tertia persona sing. Imperativi *Parasmaipadi.* Purae sunt omnes reliquae specialium temporum formae.

PRAESENS.

309. Praesens sine ullo Temporis indicandi charactere generales tantum euphoniae et specialium temporum sequitur leges; e. c. a

बुध् cl. 1. venit बोधामि, बोधसि, बोधति, बोधावस् etc. (v. *r.* 297. et 304.). Integram Praesentis conjugationem decem classium vid. in Tab. ad *r.* 324.

POTENTIALIS.

310. Hujus Modi, qui cum graeco Optativo convenit, character est ई vocalis, quae in prima conjugatione, quae graecae conjugationi in *ω* respondet, cum antecedente अ in ए coalescit diphthongum, cum qua personarum terminationes proxime conjunguntur; cf. in Tab. ad *r.* 324. तुदेस्, तुदेत्, तुदेतम्, तुदेताम्, तुदेम, तुदेत ex तुद + ईस् etc. a rad. तुद् *vexare* cum respondentibus graecis personis, λέγοις*), λέγοι(τ), λέγοιτον, λεγοίτην, λέγοιμεν, λέγοιτε. — Ante terminationes a vocali incipientes य् euphonicum inseritur (cf. *r.* 265. et 271.), inde तुदेयम् ex तुदे + अम्, तुदेयुस् ex तुदे + उस्; in *Atmanêpado* तुदेय, तुदेयाथाम्, तुदेयाताम् ex तुदे + अ etc.

311. Posteriores tres conjugationes, quae graecae conjugationi in *μι* respondent, characteri ई addunt longam vocalem आ sicut Graeci addunt η. Haec autem vocalis ante fortiores *Atmanêpadi* terminationes in utraque lingua abjicitur, ita ut Modi character ई, qui ante आ in य् transit, ad primitivam suam formam ई redire possit,**)

---

*) e radice λεγ et auxiliari vocali ο (quae una cum ε sanscrito अ respondet) et modi charactere ι et personae signo ς. Cf. etiam Latinum conjunctivum amem, ames, amet, amemus, ametis, cujus *e* in analogia cum sanscrito ए ex *a* et *i* coalitum explicavi (*Conjugations-System S.* 92.): amem ex ama + im. Graecorum prima persona primitive λέγοιν (ex λεγοιμ) sonare debuit, quod ex derivato λεγοίμην (non λέγοιμαι) atque ex reliquis Activi personis colligere possumus. λέγοιν etiam magis quam λέγοιμι cum तुदेयम् et amem conveniret.

**) Inde colligo, vocalem *i* longam, non brevem, Potentialis esse characterem, quod ex prima conjugatione atque ex *Parasmaipado* reliquarum conjugationum non intelligi potest; nam तुदे ex तुद + इ, द्विष्या ex द्विषि + आ quoque explicari possunt. Grammatici

cui, sicut diphthongo ए in *r.* 310., ante vocales, euphonicum य् additur. E. c. a द्विष् cl. 2. *odisse* venit द्विष्याम्, द्विष्यास्, द्विष्यात् (e द्विषी + आम् etc.), in *Atmanêpado* द्विषीय (ex द्विषी + अ), द्विषीथास्, द्विषीत (cf. διδοίην, διδοίης, διδοίη(τ), δίδοιτ-ο).

312. Ante tertiae pers. pl. *Par.* terminationem उस् vocalis आ abjicitur (v. *r.* 47.), inde द्विष्युस् e द्विष्या + उस्. Integram Potentialis conjugationem vid. in Tab. ad *r.* 324.

IMPERATIVUS.

313. Imperativus sine Modi indicandi charactere fere solum terminationibus personalibus a Praesente Indicativi distinguitur. Prima persona tam in radice quam in terminationibus productissimam ostendit formam*), ut symbolice quasi deliberationem vel moram indicet, qua nobismet ipsis aliquid praescribimus; ita ut hanc ob rem aequilibri lex 300[a]. infringatur, atque in tribus posterioribus conjugationibus aucta forma ante terminationes graves ponatur; e. c. द्वेषाणि (v. *r.* 94[a].), द्वेषाव, द्वेषाम, द्वेषै, द्वेषावहै, द्वेषामहै.

314. Secunda persona sing. *Par.* in tribus posterioribus conjugationibus puram habet formam, aut quia धि terminatio primitiva propter aspiratam litteram ad graves refertur terminationes (cf. सि et स् et respice Graecum δίδοθι, διδότω in oppositione cum δίδως, δίδωσι) aut propter festinationem, qua alii aliquid imperamus (cf. Hebraeum קטל ktol).

---

indici et Angli omnino negligunt generalem Potentialis formandi rationem statuere, qua prima et reliquae conjugationes, vel harum *Atmanêpadum* et *Parasmaipadum* inter se conveniant. Non magis litterae य् in formis sicut तुदेयम्, द्विषीय etc. rationem reddunt.

*) Cf. terminationes आनि, आव, आम cum अम्, व, म; atque in *Atmanêpado* ऐ, आवहै, आमहै, cum अ, वहि, महि.

315. Primitiva secundae personae terminatio धि post consonantes solum conservata est, e.c. युङ्ग्धि *junge*, a युज् cl. 7. Post vocales aut tota terminatio evanuit aut धि eo corruptum est, quod ध् littera aspirationem tantum retinuit. Prius locum habet post अ vocalem (i.e. in prima conjugatione) e.c. तुद् (cf. λέγε), alterum post alias vocales quam अ; ita tamen, ut post उ vocalem terminatio हि ibi tantum retineatur, ubi duae huic vocali consonantes antecedunt; dicitur igitur in tertia conjugatione आप्नुहि *adipiscere* ab आप् cl. 5., sed contra चिनु *collige* a चि cl. 5., तनु *extende* a तन् cl. 8. (cf. graecum δείκνυ cum primitiva forma δείκνυθι).

316. Quae in consonantem desinunt nonae classis radices, in secunda persona Imperativi pro नीहि (नी + हि) ponunt आन, cf. अशान *ede* a rad. अश् cum युनीहि *liga* a यु (v. Tab. ad *r.* 324.).

Annot. Imperativi formae in आन proprie ad primam pertinent conjugationem, atque verba extitisse indicant, cum आन syllaba intermedia, quae tamen, sicut उ octavae classis, cum antecedente consonante tantum conjungebatur. Ex Imperativo अशान Praesens अशानामि, अशानसि etc. colligi potest.

PRAETERITUM AUGMENTATUM PRIMUM VEL UNIFORME.

317. Radici anteponitur augmentum अ, quod idem esse censeo ac अ privativum*) (v. *r.* 114.) ita ut ad praeteritum tempus indicandum, actio, praesentis temporis respectu, negetur.

---

*) quod eo non refutatur quod अ privativum ante vocales न् euphonicum addit, atque in Graeco α sonat, augmentum अ autem cum sequente vocali coalescit atque in Graeco in ε transiit. Non raro enim in linguis diversae voces ab una eademque voce primitivae linguae descendunt, cf. Gallorum *chef* et *chapitre* a caput, *charte* et *carte* a carta. Quod ad inserendam nasalem litteram attinet, cf. शुचिना e शुचि *m.n.* + आ cum शुच्या e शुचि *f.* + आ (v. *r.* 125.).

318. Cum vocalibus इ, उ et ऋ, earumque longis, Augmentum अ eodem ordine transit in ऐ, औ, आर् pro ए, ओ et अर् (v. *r.* 36.); e. c. औक्षम् *conspersi* ex अ + उक्षम्.

319. In constructione cum prohibitiva particula मा (cf. μη), vel मा स्म, Praeterita augm. 1. et 2. imperativam assumunt significationem atque plerumque augmentum abjiciunt, nonnunquam tamen retinent.

320. Quae in consonantem vel ऋ vocalem, quae *Guná* in अर् transit, desinunt radices secundae conjugationis, ex euphoniae lege 57. characteres secundae et tertiae personae sing. *Parasmaipadi* perdunt, e. c. अहन् *occidisti, occidit* pro अहंस् (*r.* 15.) अहन्त्, a हन् cl. 2.; अयुनक् *junxisti, junxit* pro अयुनक्स्, अयुनक्त् a युज् cl. 7.; अबिभर् *tulisti, tulit* pro अबिभर्स्, अबिभर्त् a भृ cl. 3.

321. Quae in त्, थ्, द् vel ध् desinunt radices secundae conjugationis in secunda persona loco characteris स् radicalem litteram finalem abjicere et स् retinere possunt, e. c. अवेस् vel अवेत् *scivisti,* a विद् cl. 2.; अरुणस् vel अरुणत् *opposuisti,* a रुध् cl. 7. Quod ad tertiam personam attinet, apud has similesque radices pro certo non definiri potest, utrum त् littera, in formis sicut अवेत् *scivit,* अरुणत् *opposuit,* euphonica sit transformatio litterarum द् et ध् (v. *r.* 56. *b.*), an signum sit personale, ante quod, sicut in secunda persona, radicalis consonans evanuerit.

322. Quae in स् desinunt radices secundae conjugationis, hanc litteram in tertia pers. sing. *Par.* anomalum in modum in त् immutant, quod fortasse eo explicandum est, quod स् radicale ante personale signum त् abjiciatur; e. c. असत् *dormivit* a सस् cl. 2. In secunda persona, स् item in त् transire, vel retineri potest; e. c. अससस् vel असत् *dormivisti.**)

---

*) Utraque forma fortasse ex असत्स् orta est, eo quod priori linguae aetate ante perso-

323. Radices tertiae classis, et eae secundae classis, quae reduplicativam habent syllabam (v. *r.* 108.), in tertia persona pl. *Parasmaipadi* pro अन् addunt उस् terminationem, ante quam ऋ vocalis *Gunae* incremento instruitur,*) e. c. अचकासुस् a चकास् cl. 2. *splendere*, अततुरुस् a तुर् cl. 3. *festinare*, अबिभरुस् a भृ *ferre*.

324. In prima persona sing. *Parasmaipadi* praeter auctam formam etiam pura saepissime adhibetur,**) quod eo explicandum est, quod अम् majoris ponderis est terminatio ac स् et त् secundae et tertiae personae.

Sequens tabula conspectum praebet conjugationis specialium temporum secundum classium diversitatem. Primae conjugationis paradigmata sunt बुध् cl. 1. *intelligere*, शुच् cl. 4. *purum esse*, तुद् cl. 6. *vexare*, चुर् cl. 10. *furari*; secundae conjugationis: द्विष् cl. 2. *odisse*, भृ cl. 3. *ferre*, युज् cl. 7. *jungere*; tertiae conjugationis: चि cl. 5. *colligere*, तन् cl. 8. *extendere*; quartae conjugationis: यु cl. 9. *ligare*.

325. Antequam transeamus ad generalia tempora, in quibus classium discrimina evanescunt, diversae specialium temporum conjugationes et classes seorsum tractare juvat, ad anomalias exponendas, quibus plura verba a regulis hucusque praescriptis recedunt. In universum autem anomaliae et in specialibus et in generalibus temporibus, praecipue eo consistunt, quod syllabae य, र et व, ab-

---

nale signum स् finale ad analogiam *r.* 100. *a.* in त् transierit, posteriori autem linguae aetate conjunctarum consonantium त्स् aut prior aut posterior sit suppressa.

*) Videtur उस् terminatio levioris esse ponderis ac अन्, tam quia cum reduplicatis conjungitur radicibus, quam quia *Gunam* admittit.

**) Plura hujus generis exempla inveniuntur in Mahâ-Bhârati libro „*Ardschuni reditus*" quem cum episodio de Diluvio edidi; ut प्रत्यगृह्णम् (ex प्रत्यगृह्णी, abjecto ई ex lege 305., + अम्) V. 24. et X. 28.; व्यगृह्णम् X. 29.; अप्राक्नुवम् X. 39. Omnes quos contuli codices his lectionibus inter se consentiunt.

.

IMA.

CLASSIS.	RADI		Singularis 2.	Pluralis 1.	Pluralis 2.	Pluralis 3.
1.	बुध्		बोधसे	बोधामहे	बोधध्वे	बोधन्ते
4.	शुच्	ये	शुच्यसे	शुच्यामहे	शुच्यध्वे	शुच्यन्ते
6.	तुद्		तुदसे	तुदामहे	तुदध्वे	तुदन्ते
10.	चुर्	ये	चोरयसे	चोरयामहे	चोरयध्वे	चोरयन्ते

CUNDA.

2.	द्विष्		द्विक्षे	द्विष्महे	द्विड्ढ्वे	द्विषते
3.	भृ		बिभृषे	बिभृमहे	बिभृध्वे	बिभ्रते
7.	युज्		युङ्क्षे	युञ्ज्महे	युङ्ग्ध्वे	युञ्जते

RTIA.

5.	चि	वे	चिनुषे	चिनुमहे [9])	चिनुध्वे	चिन्वते
8.	तन्		तनुषे	तनुमहे	तनुध्वे	तन्वते

ARTA.

9.	यु	[5])	युनीषे	युनीमहे	युनीध्वे	युनते [1])

[1]) v. r.

ATMANÊPADUM.

	Dualis		Pluralis		
	2.	3.	1.	2.	3.
वहि	बोधेयाथाम्	बोधेयाताम्	बोधेमहि	बोधेध्वम्	बोधेरन्
वहि	शुच्येयाथाम्	शुच्येयाताम्	शुच्येमहि	शुच्येध्वम्	शुच्येरन्
हि	तुदेयाथाम्	तुदेयाताम्	तुदेमहि	तुदेध्वम्	तुदेरन्
वहि	चोरयेयाथाम्	चोरयेयाताम्	चोरयेमहि	चोरयेध्वम्	चोरयेरन्
वहि	द्विषीयाथाम्	द्विषीयाताम्	द्विषीमहि	द्विषीध्वम्	द्विषीरन्
वहि	बिभ्रीयाथाम्	बिभ्रीयाताम्	बिभ्रीमहि	बिभ्रीध्वम्	बिभ्रीरन्
वहि	युञ्जीयाथाम्	युञ्जीयाताम्	युञ्जीमहि	युञ्जीध्वम्	युञ्जीरन्
ीवहि	चिन्वीयाथाम्	चिन्वीयाताम्	चिन्वीमहि	चिन्वीध्वम्	चिन्वीरन्
वहि	तन्वीयाथाम्	तन्वीयाताम्	तन्वीमहि	तन्वीध्वम्	तन्वीरन्
वहि	युनीयाथाम्	युनीयाताम्	युनीमहि	युनीध्वम्	युनीरन्

VUS.

PRIMA.

CLASSIS.	RADIX.	Singular 1.	2.	Pluralis 1.	2.	3.
1.	बुध् [1])	ाधे	बोधस्व	बोधामहै	बोधध्वम्	बोधन्ताम्
4.	मुच् [1])	ुच्यै	मुच्यस्व	मुच्यामहै	मुच्यध्वम्	मुच्यन्ताम्
6.	तुद् [1])	ुदै	तुदस्व	तुदामहै	तुदध्वम्	तुदन्ताम्
10.	चुर् [1])	ारयै	चोरयस्व	चोरयामहै	चोरयध्वम्	चोरयन्ताम्

ECUNDA.

CLASSIS.	RADIX.	Singular 1.	2.	Pluralis 1.	2.	3.
2.	द्विष् [2])	षै	द्विक्ष्व	द्वेषामहै	द्विड्ढ्वम्	द्विषताम्
3.	भृ	भरै	बिभृष्व	बिभरामहै	बिभृध्वम्	बिभ्रताम्
7.	युज् [5])	नजै	युङ्क्ष्व	युनजामहै	युङ्ग्ध्वम्	युञ्जताम्

TERTIA.

CLASSIS.	RADIX.	Singular 1.	2.	Pluralis 1.	2.	3.
5.	चि	नवै	चिनुष्व	चिनवामहै	चिनुध्वम्	चिन्वताम्
8.	तन्	नवै	तनुष्व	तनवामहै	तनुध्वम्	तन्वताम्

UARTA.

CLASSIS.	RADIX.	Singular 1.	2.	Pluralis 1.	2.	3.
9.	यु	नै	युनीष्व)	युनामहै	युनीध्वम्	युनताम् [8])

[1]) v. r. 304

ATMANÊPADUM.

	Dualis		Pluralis		
	2.	3.	1.	2.	3.
...ावहि	अबोधेथाम्	अबोधेताम्	अबोधामहि	अबोधध्वम्	अबोधन्त
...यावहि	अशुच्येथाम्	अशुच्येताम्	अशुच्यामहि	अशुच्यध्वम्	अशुच्यन्त
...ावहि	अतुदेथाम्	अतुदेताम्	अतुदामहि	अतुदध्वम्	अतुदन्त
...यावहि	अचोरयेथाम्	अचोरयेताम्	अचोरयामहि	अचारयध्वम्	अचोरयन्त
...हि	अद्विषाथाम्	अद्विषाताम्	अद्विष्महि	अद्विड्ढ्वम्	अद्विषत
...वहि	अबिभ्राथाम्	अबिभ्राताम्	अबिभृमहि	अबिभृध्वम्	अबिभ्रत
...वहि	अयुञ्जाथाम्	अयुञ्जाताम्	अयुञ्ज्महि	अयुङ्ग्ध्वम्	अयुञ्जत
...ुवहि	अचिन्वाथाम्	अचिन्वाताम्	अचिनुमहि	अचिनुध्वम्	अचिन्वत
...वहि	अतन्वाथाम्	अतन्वाताम्	अतनुमहि	अतनुध्वम्	अतन्वत
...ीवहि	अयुनाथाम् [5])	अयुनाताम् [5])	अयुनीमहि	अयुनीध्वम्	अयुनत [5])

jecta vocali अ, semivocalem suam in respondentem vocalem brevem dissolvunt, i. e. य in इ, र in ऋ et व in उ; e. c. radix व्यध् ejecta vocali अ corripitur in विध्, प्रछ् in पृछ्, वश् in उश्. Hujusmodi correptiones autem in iis tantum classibus et personis, quae puram formam exhibent (vid. *r.* 297 et 308.) locum habent, in formis auctis vero non admittuntur; e. c. वश्मि, non उश्मि, du. उश्वस्, pl. उश्मस्.

CONJUGATIO PRIMA.

CLASSIS PRIMA.

326. Primae classis radices intermediam vocalem अ addunt (v. *r.* 304.) atque a sexta classi, quae item अ sumit additamentum, *Gunae* incremento distinguuntur. Radices, quae ex lege 34*). *Gunam* non admittunt, veluti पत्, व्यथ्, क्रीड्, सीव्, भिन्द्, fere omnes a Grammaticis inter primam classem referuntur,*) eademque permagnum comprehendit numerum, circiter mille, quod prope omnium radicum est dimidium. Vocales, quae in fine radicum hujus classis inveniuntur, sunt इ, ई, उ, ऊ, ऋ, ॠ, ए et ऐ; sex priores simplices vocales, tam breves quam longae, *Gunâ* transeunt in ए, ओ et अर्, atque ए, ऐ et ओ diphthongi ante intermediam vocalem अ dissolvuntur in अय्, आय् et अव् (v. *r.* 55.). E. c. श्रय a श्रि, नय a नी, दय a दे, गाय a गै, श्रव a श्रु, भव a भू, हर a हृ, तर a तॄ, quae sicut radices in consonantem desinentes flectuntur, (vid. बोध a बुध् in Tab. ad *r.* 224.**). Radix गुह् *Gunae* loco vocalem radicalem producit, e. c. गूहति *abscondit* pro गोहति.

327. आ vocalis cum intermedia vocali अ nunquam componitur, atque radices स्था *stare*, घ्रा *odorari*, ध्मा *flare*, म्ना *meditari*, पा

---

*) Excipiuntur solum eae, quae *r.* 336. memorantur.

**) De radicibus cum penultima nasali, veluti निन्द्, चुम्ब्, तृम्प् etc. v. *r.* 110*).

bibere, quae ad primam classem referuntur, in specialibus temporibus substituunt cognatas formas तिष्ठ्, जिघ्र्, धम्, मन्, पिब्*). De गा *ire* vid. Glossarium.

328. दृश् *videre* specialia tempora format ex पश्य्, quod in generalibus temp. non usitatum est. शद् *Atm.* et सद् *perire* substituunt शीय्, सीद्, atque गम् *ire* et यम् *refraenare* substituunt गच्छ्, यच्छ्; दंश् *mordere* nasalem ejicit. E. c. पश्यामि, शीये, सीदामि, गच्छामि, यच्छामि (v. *r.* 88.), दशामि.

CLASSIS QUARTA.

329. Haec classis, quae circiter 130 comprehendit radices, quarum nulla in brevem vocalem desinit, intermediam syllabam य addit (v. *r.* 304.), ante quam radix puram retinet formam. Exempla sunt मा *Atm. metiri*, डी *Atm. volare*, सू *Atm. generare*, क्षिप् *conjicere*, कुश् *amplecti*, नृत् *saltare*, quae in prima pers. Praes. formant माये, डीये, सूये, क्षिप्यामि, कुश्यामि, नृत्यामि (v. Tab. ad *r.* 324.).

330. ॠ finale ante य transit in ईर् (v. *r.* 54.), atque ओ finale abjicitur; e. c. जीर्यामि *senesco* a जॄ, द्यामि *abscindo* a दो.

331[a]). Quae in अम् et इव् desinunt radices, una cum मद् *ebrium esse*, vocalem suam ante य producunt, e. c. दीव्यामि *ludo* a दिव्, क्राम्यामि *incedo* a क्रम्, भ्राम्यामि *circumvagor* a भ्रम्, माद्यामि *ebrius sum*.

331[b]). Penultima nasalis ante य ejicitur, e. c. भ्रश्यामि *cado*,

---

*) Omnes hae formae vocalem आ formae primitivae abjecerunt, atque तिष्ठ् et जिघ्र् reduplicativam continent syllabam (v. reduplicationis leges 368. 2. et 4. atque euphoniae legem 80.), non tamen regulae 307. subjiciuntur. Etiam पिब् per reduplicationem ex पा ortum esse videtur, ita ut पिप् (ex पिपा abjecto आ) in पिब् transierit, litterâ प् transformatâ in ब्, quod quidem in Sanscrito insolitum, in Pracrito autem usitatissimum est (cf. पिबामि cum Latino bibo). ध्मा et म्ना, abjecto आ, vocalem अ inter conjunctas inseruunt consonantes.

रज्यामि *tingo,* a भ्रंश्, रञ्ज्, quae solae hujusmodi radices sunt quartae classis.

332. मिद् *Par. amare* contra hujus classis usum *Gunam* sumit, e.c. मेद्यामि, मेद्यसि, मेद्यति. — जन् *Atm. nasci* finalem litteram ante य abjicit atque producta vocali compensat e.c. जाये *nascor*. व्यध् *Par. ferire* ante य corripitur in विध् (v. r. 325.), e.c. विध्यामि *ferio*.

CLASSIS SEXTA.

333. Sexta classis, quae circiter 140 comprehendit radices, अ vocalem addit sicut prima classis, a qua *Gunae* absentia differt. Vocalis इ in fine radicum ante intermediam अ vocalem transit in इय्, atque उ et ऊ mutantur in उव् (v. r. 51.), e.c. रियामि *eo* a रि, नुवामि *laudo* a नु, धुवामि *agito* a धू. Nulla hujus classis radix desinit in ई.

334. ऋ in fine radicum ante intermediam vocalem transit in रि, cujus इ ex lege 51. transit in इय् e.c. ध्रिये *permaneo*. — ॠ transit in इर् (v. r. 54.), e.c. गिरामि *deglutio* a गॄ radice, quae nonnunquam litterae र् supponit ल्, ita ut गिलामि, गिलसि etc. pro गिरामि, गिरसि dicatur.

335. Plures hujus classis radices, in consonantem desinentes, in specialibus temporibus nasalem inserunt litteram, quae organo finalis litterae accommodatur vel ex lege 15. *Anusvârâ* necessariâ exprimitur. Sunt: मुच्, लुप्, विद्, लिप्, सिच्, कृत्, खिद् et पिश्, e.c. मुञ्चामि, मुञ्चे *relinquo* (v. r. 304.), कृन्तामि *findo*.

336. प्रछ् *interrogare* et भ्रस्ज् *coquere* (v. r. 110[b].) ante intermediam vocalem corripiuntur in पृछ् et भृज्ज् (v. r. 325.), e.c. पृच्छामि (v. r. 88.), भृज्जामि.

337. इष् *desiderare* specialia tempora format ex इछ्, e.c. इच्छामि (v. r. 88.).

CLASSIS DECIMA.

338. Decima classis, quae permagnum comprehendit radicum numerum, अय addit (v. *r.* 297.), atque radices in consonantem desinentes *Gunam* assumunt, e. c. चोरयामि, चोरयसि, चोरयति etc. a चुर् *furari* (v. Tab. ad *r.* 324.).*)

339. Quae in vocalem desinunt radices, paucae numero, *Vriddhim* sumunt pro *Guna* e. c. प्री, यु, धृ formant प्रायय (ex प्रै + अय), यावय (ex यौ + अय), धारय.

340. Quae अ vocalem ante simplicem consonantem habent radices, a consonante incipientes, hanc vocalem maximam partem producunt, non solum in specialibus, sed etiam in generalibus temporibus, e. c. ग्रासय, in generalibus temporibus ग्रासय्, a ग्रस् *deglutire.*

341. Radix कृत् *celebrare* vocalem ऋ immutat in ईर् formatque कीर्तय, कीर्तय्.**)

342. Nonnullae radices cum media vocali ऋ, *Gunam* non admittunt, ita मृग् *quaerere,* स्पृह् *desiderare* formant मृगय, मृगय्, स्पृहय, स्पृहय्.

CONJUGATIO SECUNDA.

CLASSIS SECUNDA.

343. Secunda classis, quae circiter 70 radices comprehendit, sine ullo additamento terminationes proxime cum radice conjungit, quam ob rem jure pro primitiva haberi potest. Formae auctae (v. *r.* 308.) vocalem radicalem *Gunae* incremento afficiunt, उ finale autem ante terminationes, quae a consonante incipiunt, *Vriddhim*

---

*) De radicibus cum penultima nasali v. *r.* 110[a].

**) FORSTERUS duas statuit radices, कृत् et कीर्त्.

sumit pro *Guna*. Exempla sunt hae radices, quibus secundam sing. et pl. personam apponimus: भा *splendere* भासि, भाथ; इ *ire* एषि, इथ; वी *id.* वेषि, वीथ; स्तु *laudare* स्तौषि, स्तुथ; सू *Atm. generare* सूषे, सूध्वे; जागृ *vigilare* जागर्षि*), जागृथ; विद् *scire* वेत्सि, वित्थ**); वच् *dicere* वक्षि, वक्थ***); वश् *velle* वक्षि, उष्ठ****); द्विष् *odisse* द्वेक्षि, द्विष्ठ†); सस् *dormire* सस्सि, सस्थ; लिह् *lambere* लेक्षि, लीढ††); दुह् *mulgere* धोक्षि, दुग्ध†††); v. Tab. ad *r.* 324.

344. Radix दरिद्रा *pauperem esse* (v. *r.* 108.) in omnibus formis puris (v. *r.* 308.) आ finale abjicit, ita quidem ut terminationes personarum a consonante incipientes, atque Modi potentialis syllabam या, intermedia vocali इ sibi adjungat. Flectitur igitur: Praes. दरिद्रामि, -सि, -ति, दरिद्रि-वस्, -थस्, -तस्, -मस्, -थ, दरिद्रति. Potent. दरिद्रियाम् etc. Imperat. दरिद्राणि, दरिद्रिहि, दरिद्रातु, दरिद्राव, दरिद्रितम्, दरिद्रिताम्, दरिद्राम, दरिद्रित, दरिद्रतु (v. *r.* 307.). Praet. augm. 1. अदरिद्राम्, अदरिद्रा-स्, -त्, अदरिद्रि-व, -तम्, -ताम्, -म, -त, अदरिद्रुस् (v. *r.* 323.).

345. पा *imperare Par.* format in 3. pers. pl. Praet. augm. 1. ad arbitrium अपान् vel अपुस् (v. *r.* 47.).

346. इ *ire* sola hujus classis est radix, desinens in इ vocalem, quam *Parasmaipadum* contra euphon. *r.* 51. ante vocales terminationum in य् immutat pro इय्. Flectitur igitur: Praes. एमि, एषि, एति; इवस्, इथस्, इतस्; इमस्, इथ, यन्ति. Potent. इयाम् etc. Imperat. अयानि (ex ए + आनि), इहि, एतु; अयाव (ex ए + आव), इतम्, इताम्; अयाम (ex ए + आम), इत, यन्तु. Praet. augm. 1. आयम् (ex ऐ + अम् v. *r.* 318.), ऐस्, ऐत्; ऐव, ऐतम्, ऐताम्; ऐम, ऐत, आयन्. In *Atmanêpado* haec radix nonnisi cum praepositione अधि conjuncta usur-

---

*) v. *r.* 101[a]. **) v. *r.* 83. c. ***) v. *r.* 86. ****) v. *r.* 98. et 361. †) v. *r.* 99. ††) v. *r.* 102. †††) v. *r.* 103.

patur atque *legere* significat. इ vocalis in hac voce ante vocales regulariter in इय् transit, quod cum antecedente अधि format अधीय्, inde Praes. अधीये, अधीषे (ex अधि + इषे), अधीते; अधीवहे, अधीयाथे, अधीयाते; अधीमहे, अधीध्वे, अधीयते. Potent. अधीयीय (v. *r*. 311.), अधीयीथास्, अधीयीत (v. Gloss.) etc. Imper. अध्ययै (ex अधि + अयै ex ए + ऐ), अधीष्व, अधीताम् etc. Praet. augm. 1. अध्यायि (ex अधि + आयि ex ऐ + इ v. *r*. 318.), अध्यैथास्, अध्यैत, अध्यैवहि, अध्यायाथाम् (ex अधि + ऐ + आथाम्) etc.*)

347. Quae in ई, उ et ऊ desinunt radices, has vocales, in formis p u r i s, ex euphon. lege 51. ante vocales flexionum in इय् et उव् immutant, e.c. वियन्ति *eunt* a वी, नुवन्ति *laudant* a नु, ब्रुवन्ति *dicunt* a ब्रू.

348. शी *Atm. jacēre, dormire* contra regulam *Gunae* incremento instruitur in omnibus specialium temporum personis; e.c. शये (ex शे + ए), शेषे, शेते (cf. κεῖται), शेवहे etc. Praeterea hanc habet anomaliam, quod in tertia pers. Praes. Imp. et Praet. augm. 1. र् inseritur inter radicem et regularem terminationem, ad analogiam Potentialis, ubi रन् regularis est terminatio; dicitur igitur शेरते *jacent*, शेरताम् *jacento*, अशेरत *jacebant, jacuerunt*.

349. Radix reduplicata दीधी *Atm. splendere* quia plures continet syllabas, finale ई ante vocales in solum य्, non in इय् immutat, e.c. दिध्यते *splendent*. In Potentiali ई radicale cum ई charactere contra *r*. 50[a]). coalescit, e.c. दीधीय, दीधीवहि, दीधीमहि. In Imperat.

---

*) Wilkinsius in hujus aliorumque verborum flexione saepissime ab euphoniae et generalibus conjugationis regulis aberrat, formatque e.c. एसि pro एषि; यानि, याव, याम pro अयानि, अयाव, अयाम (v. *r*. 313.), in Praes. Atm. 1. p. अध्ये pro अधीये, in Imper. अध्यै pro अध्ययै, in Praet. augm. 1. अध्यै pro अध्यायि.

prima pers. trium numerorum contra *r.* 313. *Gunam* omittit, inde दीध्यै, दीध्यावहै, दीध्यामहै pro दीधयै etc.

350. Radices नु, स्तु *laudare* et रु *sonare* in iis formis auctis, quarum terminatio a vocali incipit, intermediam vocalem ई inserere possunt, quo facto, propter hoc incrementum vocalis radicalis non *Vriddhim* accipit, sed leviorem *Gunam;* e. c. a नु venit Praes. नौमि, नौषि, नौति vel नवीमि, नवीषि, नवीति. Imper. नौतु vel नवीतु. Praet. अनौस्, अनौत् vel अनवीस्, अनवीत्.

351. Radix polysyllaba ऊर्णु *tegere,* quae ex lege 52. उ finale ante vocales in उव् immutat, in iis formis auctis, quarum terminatio a consonante incipit, aut ex lege 343. vocalem finalem in ejus *Vriddhim,* aut, propter fortiorem suam formam, in leviorem *Gunam* immutare potest, e. c. ऊर्णौमि vel ऊर्णोमि.

352. Radix ब्रू *Par. Atm.,* in specialibus temp. solum usitata, in iis auctis formis, quarum terminatio a consonante incipit, intermediam vocalem ई inserit, ante quam ऊ vocalis non *Vriddhim* sed *Gunam* sumit (cf. *r.* 350.); e. c. ब्रवीमि, ब्रवीषि, ब्रवीति, ब्रूवस्, ब्रूथस् etc. In Imperativo praeter puram regulâ 314. praescriptam formam ब्रूहि invenitur etiam aucta forma ब्रवीहि (*Ardschuni reditus* III. 12.); sed contra, neglecta regula 308. *b.* in 1. pers. Praes. loco auctae *formae* ब्रवीमि usurpatur quoque ब्रूमि (Ram. ed. Schleg. Lib. 2. XIX. 4.). In prima pers. Praet. augm. 1. saepissime puram formam अब्रुवम्, nunquam auctam अब्रवम् (ex अब्रो + अम्) inveni, de qua re vid. *r.* 324.

Annot. Formas obsoletas ब्रवीहि et ब्रूमि nonnisi ex metri necessitate usurpatas esse censeo; eandem ob causam dicitur etiam कुर्मि pro करोमि et दद्मि pro ददामि (Ram. ed. Schleg. Lib. 2. XII. 33. Lib. 1. XXIX. 15.).

353. जागृ *Par. vigilare,* quae sola hujus classis radix est in ऋ desinens, quia reduplicativam continet syllabam, regulis 307. et 323.

est subjecta. Radices vocali ऋ vel diphthongo terminatae in hac classe non inveniuntur.

354. Radices रुद् *flere*, स्वप् *dormire*, अन्, श्वस् *respirare* et जक्ष् *edere* intermediam vocalem इ inserunt inter radicem et personarum terminationes a consonante incipientes. In Praeterito augm. 1. terminationes sing. स् et त्, quae ex *r.* 320. supprimendae essent, ad arbitrium aut अ aut ई interposito cum radice conjunguntur. Potentialis a generali regula non recedit. E. c. a रुद् venit Praesens: रोदिमि, रोदिषि, रोदिति; रुदिवस्, रुदिथस्, रुदितस्; रुदिमस्, रुदिथ, रुदन्ति *). Potent. रुद्याम् etc. Imperativus: रोदानि, रुदिहि, रोदितु; रोदाव, रुदितम्, रुदिताम्; रोदाम, रुदित, रुदन्तु. Praet. augm. 1. अरोदम्, अरोदस् vel अरोदीस्, अरोदत् vel अरोदीत्; अरुदिव, अरुदितम्, अरुदिताम्; अरुदिम, अरुदित, अरुदन्. Eandem conjugationis normam sequuntur स्वप्, अन् et श्वस्. Radix जक्ष् autem praeterea regulis reduplicatarum radicum 307. et 323. subjecta est; format igitur जक्षति *edunt*, जक्षतु *edunto*, अजक्षुस् *ederunt*.

Annot. Radicem जक्ष् explicandam esse puto ex घस् ejusdem significationis, reduplicativâ syllabâ ज (v. *r.* 368. 2.) et ejecta vocali अ, quam ob rem घ् littera cum स् composita in क्ष transit (v. *r.* 83. *c.*), quo fit, ut स् ad analogiam legis 101[a]. transeat in ष्. Radix घस् eandem transformationem subit in puris formis Praet. reduplicativi e. c. जक्षिम *edimus* pro जघसिम.

355. अद् *Par. edere* in Praet. augm. 1. personarum signa non abjicit (v. *r.* 320.), sed interposita vocali अ sibi adjungit; inde आदस्, आदत्.

356. विद् *Par. scire* in Praesente usurpare potest terminationes Praeteriti reduplicativi, ita ut conjugetur: Sing. वेद, वेत्थ, वेद; Du. विद्व, विदथुस्, विदतुस्; Plur. विद्म, विद, विदुस् **); vel regula-

---

*) Cf. latinam tertiam conjugationem *leg-i-s, leg-i-t, leg-i-mus, leg-i-tis, leg-unt.*

**) Cf. graecum οἶδα et Gothicum, Sing. *vait, vaist, vait;* Du. 1. *vitu,* 2. *vituts;* Plur. *vitum, vitut, vitun.*

riter वेद्मि, वेत्सि etc. Imperativus aut regulariter format वेदानि, विद्धि, वेत्तु etc., aut circumscribitur, ita ut विदाम्, qui est Accusativus sing. abstracti substantivi, cum Imperativo radicis कृ *facere* construatur (cf. *r.* 457.), veluti विदां कुरु *fac actionem sciendi*. Potentialis est विद्याम् etc. Praet. augm. 1. अवेदम्, अवेत् vel अवेस् (v. *r.* 321.), अवेत्; अविद्व etc.

357. हन् *Par. occidere* in iis formis puris, quarum terminatio a vocali incipit, अ radicale ejicit et ह् litteram in घ् transformat atque in secunda pers. Imperativi, ad evitandas duas gutturales, format जहि pro हहि*) (cf. *r.* 368. 2.). Ceterum est regulare; inde Praes. हन्मि, हंसि (v. *r.* 15.), हन्ति; हन्वस्, हथस्*), हतस्*); हन्मस्, हथ*), घ्नन्ति. Potent. हन्याम् etc. Imperat. हनानि, जहि, हन्तु; हनाव, हतम्*); हताम्*); हनाम, हत*), घ्नन्तु. Praet. अहनम् vel अघ्नम् (vid. *r.* 324.), अहन्, अहन् (v. *r.* 320.); अहन्व, अहतम्*), अहताम्*); अहन्म, अहत, अघ्नन्.

358. Radix वच् caret tertia persona pl. Praesentis et Imperativi; in universum haec radix in specialibus temporibus rarissime est in usu atque apud scriptores nusquam a me deprehensa. Nam ब्रू (vid. *r.* 352.) et वच् vicissim ita sese compensant, ut prius in specialibus temporibus et participio Praes. posterius in generalibus temporibus, participiis Praet., Infinitivo et Gerundio frequentissime inveniatur.**)

359. मृज् *Par. purificare* in formis auctis utitur *Vriddhi* loco *Gunae*, atque sic auctam formam ad arbitrium etiam ad tertiam pers. pl. Praes. Imper. et Praet. augm. 1. extendit, inde मार्जन्ति,

---

*) v. *r.* 92. *b.*

**) Wilkinsius format contra *r.* 83. *a.* in prima pers. वक्मि, वक्वस्, वक्मस्, अवक्व, अवक्म, ubi Forsterus format, ut regula jubet, वच्मि, वच्व etc.

मार्ज़न्तु, अमार्जन् vel मृजन्ति etc. Littera ज् finalis sequitur *r.* 89.*b.*; e. c. मार्ष्टि *purificat.* Secunda et tertia pers. sing. Praet. augm. 1. sonant अमार्ट् pro अमार्ज् ex euph. lege 59. (v. etiam *r.* 320. et annot. ad *r.* 57.).

360. Radices ईड् *Atm. laudare* et ईश् *Atm. dominari* inserunt intermediam vocalem इ inter radicem et secundae pers. terminationes से, ष्व, ध्वे, ध्वम् (cf. *r.* 354.); inde Praes. ईडिषे, ईडिध्वे, ईशिषे, ईशिध्वे. Imper. ईडिष्व, ईडिध्वम्, ईशिष्व, ईशिध्वम्. Praet. augm. 1. ऐडिध्वम्, ऐशिध्वम् (v. *r.* 318.). Secundum Wilkinsium pro ऐडिध्वम्, ऐशिध्वम् etiam sine इ interposito dici potest ऐड्ढ्वम्, tam ab ईड् quam ab ईश् ex euphoniae legibus 91. et 98.*c.* quarum ratio quoque habenda est in reliquis ab intermedia vocali इ vacuis personis.

361. वश् *Par. velle* in p u r i s formis (v. *r.* 308.) corripitur in उश्, e. c. primae pers. Praes. वश्मि, उश्वस्, उश्मस्; Potent. उश्याम्, उश्याव, उश्याम. Imper. वशानि, वशाव, वशाम (v. *r.* 308. *b.*); Praet. augm. 1. अवशम्, औश्व (ex अ + उश्व ex lege 318.), औश्म. Secundam pers. sing. Imperat. Forsterus facit उड्ढि (v. *r.* 98. *c.*), Wilkinsius ऊढि ad analogiam formae लीढि pro लिड्ढि (vid. *r.* 102. *a.* et annot.).

362. चक्ष् *Atm. dicere* ante consonantes terminationum, व् et म् exceptis (v. *r.* 83. *a.*), penultimam pro ultima littera abjicit (cf. *r.* 84.) inde Praes. 1. p. चक्षे, 2. चक्षे (e चष् + से v. *r.* 99.), 3. चष्टे; Dual. 1. p. चक्ष्वस् etc.

363. शास् *Par. regere* in iis formis p u r i s (v. *r.* 308.), quarum terminatio a त् vel थ् incipit, आ vocalem in इ immutat, cujus vi euphonica स् finale in ष् transformatur (cf. *r.* 101[a].), quo efficitur ut त् et थ् in lingualem ordinem transeant (v. *r.* 91.). Praeterea in tertia pers. pl. शास् sequitur normam radicum reduplicatarum in *r.* 307. et 323. expositam. Conjugatur igitur: Praes. शास्मि, शास्सि, शास्ति;

शास्वस्, शिष्ठस्, शिष्टस्; शास्मस्, शिष्ठ, शासति. Potent. शास्याम् etc. Imper. शासानि, शाद्धि vel शाधि (v. *r.* 100. *a.*), शास्तु; शासाव, शिष्टम्, शिष्टाम्; शासाम, शिष्ट, शासतु. Praet. augm. 1. अशासम्, अशात् vel अशास् (v. *r.* 322.), अशात्; अशास्व, अशिष्टम्, अशिष्टाम्; अशास्म, अशिष्ट, अशास्तुस्.

364. Radices कंस्, निंस्, निञ्ज्, शिञ्ज् vulgo scribuntur sine nasali कस् etc. (v. *r.* 110[a].).

365. Radix अस् *esse* in formis puris (v. *r.* 308.) vocalem अ abjicit; excipiuntur solum Praet. augm. 1. ubi अ radicale cum augmento अ in आ coalitum ubique retinetur, deinde secunda pers. sing. Imper. quae sonat एधि, quod fortasse vi assimilationis ultimae इ vocalis ortum est ex अधि vel आधि pro अद्धि, ut लीढि pro लिड्ढि (v. annot. ad *r.* 102.), cf. देहि, धेहि in *r.* 371. In secunda pers. Praes. dicitur असि pro अस्सि (cf. doricum ἐσσί) atque characteres स् et त् Praeteriti augm. 1. intermedia vocali ई cum radice conjunguntur (cf. *r.* 354.). Integra *Parasmaipadi* conjugatio est:

	PRAESENS.			IMPERATIVUS.		
	Sing.	Dual.	Plur.	Sing.	Dual.	Plur.
1.	अस्मि	स्वस्	स्मस्	असानि	असाव	असाम
2.	असि	स्थस्	स्थ	एधि	स्तम्	स्त
3.	अस्ति	स्तस्	सन्ति	अस्तु	स्ताम्	सन्तु
	POTENTIALIS.			PRAETERITUM.		
1.	स्याम्	स्याव	स्याम	आसम्	आस्व	आस्म
2.	स्यास्	स्यातम्	स्यात	आसीस्	आस्तम्	आस्त
3.	स्यात्	स्याताम्	स्युस्	आसीत्	आस्ताम्	आसन्

366. In *Atmanêpado*, quod nonnisi cum praepositionibus व्यति (वि + अति v. *r.* 111.) conjunctum invenitur, item अ vocalis in formis

puris, Praeterito augm. 1. excepto, abjicitur atque स् sibilans ex euphoniae lege 80. in ष् immutatur. Praeterea ante secundae personae terminationes से et स्व etiam स् radicale abjicitur (cf. असि) ita ut sola terminatio remaneat. In prima pers. sing. Praes. स् radicale anomalum in modum transit in ह्. Flectitur igitur: Praes. व्यति-हे, -षे, -ष्टे; -ष्वहे, -षाथे, -षाते; -ष्महे, -ड्ढे vel -ध्वे, -षते. Potent. व्यति-षीय etc. Imper. व्यत्यसै, व्यति-ष्व, -ष्टाम्; व्यत्यसावहै, व्यति-षाथाम्, -षाताम्; व्यत्यसामहै, व्यति-ड्ढम् vel -ध्वम्, व्यति-षताम्. Praet. augm. 1. व्यत्यासि, व्यत्यास्थास्, व्यत्यास्त; व्यत्यास्वहि, व्यत्यासाथाम्, व्यत्यासाताम्; व्यत्यास्महि, व्यत्याड्ढम् vel व्यत्याध्वम्, व्यत्यासत.

367. Praeter tempora specialia अस् nonnisi in Praeterito reduplicato usurpatur, nunquam tamen seorsum, sed semper in constructione cum Accusativo substantivi abstracti, ad circumscribendum Praeteritum verborum attributivorum (v. *r.* 457.). Attamen a re non alienum erit hic apponere Praeteritum redupl. radicis अस् in utraque activa Voce.

	PARASMAIPADUM. Sing.	Dual.	Plur.	*ATMANÊPADUM.* Sing.	Dual.	Plur.
1.	आस	आसिव	आसिम	आसे	आसिवहे	आसिमहे
2.	आसिथ	आसथुस्	आस	आसिषे	आसाथे	आसिध्वे (ढ्वे)
3.	आस	आसतुस्	आसुस्	आसे	आसाते	आसिरे

CLASSIS TERTIA.

368. Haec classis circiter viginti comprehendit radices, quae praeter ऋ omnes a consonante incipiunt. Character hujus classis est syllaba reduplicativa; repetitur enim initialis radicis consonans una cum ejus vocali, quae tamen, si longa est, corripitur, atque si est ऋ, suppletur vocali इ; e. c. ददा a दा *dare*, बिभृ a भृ *ferre*. —

Radicalis syllaba in formis auctis (v. *r.* 308.) *Gunae* incrementum sumit. Quod ad repetendam consonantem attinet, hae statuuntur leges, quae praevalent in omnibus occasionibus, ubi reduplicatio adhibetur.

1) Pro aspirata littera ponitur respondens Tenuis, surda pro surda et sonora pro sonora, e. c. दधा a धा.

2) Pro gutturali littera ponitur respondens non aspirata Palatina, i. e. surda च् pro surdis क्, ख्; sonora ज् pro sonoris ग्, घ्, ह्; e. c. चिकि a कि, जिघ् a घ्, जुहु a हु.

3) Ex duabus vel pluribus conjunctis consonantibus una tantum repetitur, et quidem prima, nisi est sibilans (श्, ष्, स्), ita tamen, ut etiam antecedentium legum ratio habeatur; e. c. जिह्री a ह्री.

4) Ex duabus vel pluribus conjunctis consonantibus, quarum prior est sibilans (श्, ष्, स्), secunda quaepiam alia consonans, semivocalibus et nasalibus exceptis, semper secunda repetitur, ratione habita legum 1. et 2.; e. c. चस्कन्द् a स्कन्द्, चुश्चुत् a श्चुत्, चुश्च्युत् a श्च्युत्, टिष्ठीव् a ष्ठीव्, तस्थल् a स्थल्, पस्पश् a स्पश्, पुस्फुट् a स्फुट्.*) — Sibilans littera autem repetitur, si cum semivocali vel nasali est conjuncta;**) ita dicitur शुश्रु, non रुश्रु a श्रु, सस्वन् a स्वन्, सिष्णिह् a ष्णिह् (v. *r.* 80.), सिस्मि a स्मि.

369. ऋ *Par. ire,* quae sola est hujus classis radix a vocali incipiens, in repetita syllaba hanc vocalem supplet per इय्, quod, ubi vocalem antecedit, sicut in इयर्मि, ex इ secundum *r.* 51. explicari potest (cf. बिभृ in *r.* 368.). Retinetur vero इय् etiam ante ऋ, e. c.

---

*) Haec exempla non ad tertiam pertinent classem, sed aliis formis illustrandis inserviunt, quae reduplicatione utuntur.

**) Cum alia sonora consonante sibilantes, quippe quae surdae sint, nunquam componuntur.

इयृति, itemque in Praet. augm. 1. ubi इ ex lege 318. cum augmento coalescit in ऐ, quod ante vocalem in आय् dissolvendum esset; ita dicitur ऐयरम् ex ऐय् + अरम्, non आयरम् ex ऐ + अरम्. Flectitur igitur, Praes.: इयर्मि, इयर्षि, इयर्ति; इयृवस्, इयृथस्, इयृतस्; इयृमस्, इयृथ, इय्रति. Potential. इयृयाम् etc. Imperat. इयराणि, इयृहि, इयर्तु; इयराव, इयृतम्, इयृताम्; इयराम, इयृत, इय्रतु. Praet. ऐयरम्, ऐयर्, ऐयर्; ऐयृव, ऐयृतम्, ऐयृताम्; ऐयृम, ऐयृत, ऐयरुस्.

370. हा *Par.*, cum reduplicatione जहा, in formis puris (vid. *r.* 308.) vocalem आ immutat in ई, quod sicut in *r.* 305. ante vocales abjicitur; praeterea etiam in Potentiali vocalis radicalis abjicitur (cf. *r.* 371.), atque in secunda pers. sing. Imper. ई corripi potest in इ. Inde, Praesens: जहामि, जहासि, जहाति; जहीवस्, जहीथस्, जहीतस्; जहीमस्, जहीथ, जहति.*) Potent. जह्याम् etc. Imper. जहानि, जहीहि vel जहिहि, जहातु; जहाव, जहीतम्, जहीताम्; जहाम, जहीत, जहतु.*) Praet. augm. 1. अजहाम्, अजहास्, अजहात्; अजहीव, अजहीतम्, अजहीताम्; अजहीम, अजहीत, अजहुस्**).

हा *Atm. ire* et मा *Atm. metiri* item in formis puris, (i. e. in omnibus praeter primam personam trium numerorum Imperativi) आ radicali substituunt ई, quod, sicut in *r.* 305. ante vocales abjicitur; praeterea etiam in syllaba reduplicativa habent इ. E.c. जिहे, जिहीषे, जिहीते; जिहीवहे, जिहाथे, जिहाते etc. accurate sicut युने cl. 9. in Tab. ad *r.* 324.

371. Radices दा *Par. Atm. dare* et धा *Par. Atm. ponere* vocalem आ in formis puris, secunda pers. sing. Imperativi excepta, vocalem आ abjiciunt atque formae दद् et दध् ante consonantes terminationum generalem euphoniae legem 83. sequuntur, ita tamen, ut ध् cum

---

*) v. *r.* 307.

**) v. *r.* 323.

sequente त् vel थ् non द्ध् formet, quod lege 83.*d*[α]). praescribitur, sed त्, त्थ्; aspiratio autem, ubi ध् in त् vel द् immutatur, ad reduplicativam syllabam referatur (cf. *r.* 83.*d*[β]).), e.c. धत्तस् ex दध् + तस्, धद्ध्वे ex दध् + ध्वे. — In secunda pers. sing. Imperat. *Par.* reduplicativa syllaba supprimitur atque vocalis in ए transit, ut equidem puto, ex vi assimilationis sequentis syllabae हि, inde देहि, धेहि pro ददाहि, दधाहि (cf. *r.* 439.). En integra radicis धा in specialibus temporibus conjugatio: *)

	PARASMAIPADUM.			ATMANÊPADUM.		
	Sing.	Dual.	Plur.	Sing.	Dual.	Plur.
	PRAESENS.					
1.	दधामि	दध्वस्	दध्मस्	दधे	दध्वहे	दध्महे
2.	दधासि	धत्थस्	धत्थ	धत्से	दधाथे	धद्ध्वे
3.	दधाति	धत्तस्	दधति	धत्ते	दधाते	दधते
	POTENTIALIS.					
1.	दध्याम् etc.			दधीय etc.		
	IMPERATIVUS.					
1.	दधानि	दधाव	दधाम	दधै	दधावहै	दधामहै
2.	धेहि	धत्तम्	धत्त	धत्स्व	दधाथाम्	धद्ध्वम्
3.	दधातु	धत्ताम्	दधतु	धत्ताम्	दधाताम्	दधताम्
	PRAET. AUGM. I.					
1.	अदधाम्	अदध्व	अदध्म	अदधि	अदध्वहि	अदध्महि
2.	अदधास्	अधत्तम्	अधत्त	अधत्थास्	अदधाथाम्	अधद्ध्वम्
3.	अदधात्	अधत्ताम्	अदधुस्	अधत्त	अदधाताम्	अदधत

*) Eandem normam sequitur दा, omissa tantummodo aspiratione, e.c. ददाति, दत्तस्, ददति.

372. हु *Par. saorificare* in Praesente ante वस् et मस् terminationes vocalem उ abjicere potest, dicitur igitur जुहुवस्, जुहुमस् vel जुह्वस्, जुह्मस्.

373. भी *timere* et ह्री *pudere* solae sunt hujus classis radices in ई desinentes; posterior ex euphoniae lege 52. vocalem ई ante vocales in इय् immutat, cf. जिह्रियति *erubescunt* cum बिभ्यति *timent.*

374. Radices निज् *purificare,* विज् *separare* atque विष् *dividere,* syllabam reduplicativam *Guṇâ* augent, atque in prima persona Imperativi trium numerorum utriusque Vocis radicalem syllabam contra *r.* 313. puram retinent; e. c. नेनेज्मि, pl. नेनिज्मस्. Imper. नेनिजानि, नेनिजाव, नेनिजाम, नेनिजै, नेनिजावहै, नेनिजामहै.

375. जन् *Par. generare* secundae pers. Praes. terminationem सि interposita vocali इ sibi adjungere potest, inde जजंसि (v. *r.* 15.) vel जजनिषि. In iis puris formis, quarum terminatio a vocali incipit, अ radicale ejicitur, inde in tertiis pers. pl. जज्ञति, जज्ञतु, अजज्ञुस् (v. *r.* 93.) pro जजनति etc. Littera न् finalis, ubi ex euphoniae lege 92. *b.* abjicitur, producta antecedente vocali compensatur; e. c. जजाथस्, जजातस्, जजाहि.

376. भस् *Par. splendere, reprehendere* sicut जन् in iis formis puris, quarum flexio a vocali incipit, अ radicale ejicit, quo facto, भ् ante स् ex lege 83. *c.* in प् transit, et aspiratio, ad analogiam *r.* 371. ad reduplicativam syllabam recedit, inde in tertiis pers. pl. भप्सति, भप्सतु, अभप्सुस् pro बभसति etc.

CLASSIS SEPTIMA.

377. Haec classis, quae circiter 24 comprehendit radices consonante terminatas, nasalem inserit eam, quae finalis consonantis organo respondeat, vel a *r.* 15. postuletur. In formis auctis autem (v. *r.* 308.) inserta nasalis in syllabam न excrescit, quae euphoniae

regulae 94[a]). subjicitur, qua, conditionibus ibi expositis, dentalis in lingualem transformatur nasalem. Exempla sunt भिद् *findere,* रुध् *cohibere,* विच् *dividere,* कृत् *vestire,* पिष् *conterere,* हिंस् *offendere, occidere,* quae in primis personis utriusque vel usitatae Vocis efficiunt: भिनद्मि, भिन्द्वस्, भिन्द्मस्, भिन्दे, भिन्द्वहे, भिन्द्महे; रुणध्मि, रुन्ध्वस्, रुन्ध्मस्, रुन्धे, रुन्ध्वहे, रुन्ध्महे; विनच्मि, विञ्च्वस्, विञ्च्मस्, विञ्चे, विञ्च्वहे, विञ्च्महे; कृणत्मि, कृन्त्वस्, कृन्त्मस्; पिनष्मि, पिंष्वस् (v. *r.* 15.), पिंष्मस्; हिनस्मि, हिंस्वस्, हिंस्मस्.

378. Quae in त् et द् desinunt radices, has litteras in formis puris ante त् et थ् terminationum, et ad arbitrium etiam ante ध् abjiciunt (v. annot. ad *r.* 84.); e. c. कृन्तस् pro कृन्त्तस् *ambo vestiunt,* कृन्थ pro कृन्त्थ *vestitis* a rad. कृत्, भिन्द्धि vel भिन्धि *finde* a radice भिद्. ध् radicale ante त्, थ् et ध् ad arbitrium item abjicitur, ita tamen ut, quod ad aspirationem attinet, euphoniae legis 83. *d*[a]). ratio habeatur; e. c. रुन्द्ध vel रुन्ध (ex रुन्ध् + थ) *cohibetis,* रुन्द्धे vel रुन्धे (ex रुन्ध् + ते) *cohibet* a rad. रुध्.

379. Radices भञ्ज्, अञ्ज्, उन्द् et इन्ध्, quanquam jam primitive nasalem litteram habent, quam in generalibus quoque temporibus retinent, nihilo minus ad septimam classem referuntur, cujus normam eo sequuntur, quod nasalis earum in formis auctis in syllabam न excrescit, e. c. भनज्मि, भनक्षि, भनक्ति, भञ्ज्वस्, भङ्क्थस्, भङ्क्तस् etc. a भञ्ज् *frangere.*

380. Radix तृह् *Par. ferire, occidere* inserendam nasalem in formis auctis, primis personis Imperativi et Praet. augm. 1. sing. exceptis, in णे immutat pro णा; inde Praes. तृणेह्मि, तृणेक्षि, तृणेढि, तृंह्वस्, तृण्ढस्, तृण्ढस् (v. *r.* 102.) etc. Potent. तृंह्याम् etc. Imper. तृणहानि, तृण्ढि, तृणेढु, तृणहाव, तृण्ढम्, तृण्ढाम् etc. Praet. augm. 1. अतृणहम्, अतृणेट्, अतृणेट् (v. *r.* 320.), अतृंह्व etc.

CONJUGATIO TERTIA.

CLASSIS QUINTA.

381. Haec classis, circiter 30 comprehendens radices, syllabam नु addit, quae in formis auctis *Gunam* sumit. Quae in consonantem desinunt radices, ex euphoniae lege 52. vocalem उ ante vocales in उव् immutant. Exempla sint शक् *Par. posse,* तृप् *Par.*) exhilarare,* कृ *Par. Atm. ferire, occidere,* मि *Par. Atm. conjicere.* Hae radices formant in tertia pers. trium numerorum Praes. atque in secunda sing. Imperativi: शक्नोति, शक्नुतस्, शक्नुवन्ति, शक्नुहि; तृप्नोति, तृप्नुतस्, तृप्नुवन्ति, तृप्नुहि; कृणोति (v. *r.* 94[a).), कृणुतस्, कृण्वन्ति, कृणु (v. *r.* 314.); कृणुते, कृण्वाते, कृण्वते, कृणुष्व; मिनोति, मिनुतस्, मिन्वन्ति, मिनु (v. *r.* 314.), मिनुते, मिन्वाते, मिन्वते, मिनुष्व. Radices in vocalem desinentes ante characteres व् et म् formarum purarum vocalem उ abjicere possunt, e.c. चिनुवस्, चिनुमस्, चिनुवहे, चिनुमहे vel चिन्वस्, चिन्मस्, चिन्वहे, चिन्महे; अचिनुव, अचिनुम, अचिनुवहि, अचिनुमहि vel अचिन्व, अचिन्म, अचिन्वहि, अचिन्महि.

CLASSIS OCTAVA.

382. Haec classis decem comprehendit radices, quae praeter कृ (v. *r.* 383.) omnes in न् vel ण् desinunt nasalem. Radici additur उ vocalis, quae in formis auctis *Gunae* incremento in ओ transit atque in formis puris ante characteres व् et म् abjici potest (vid. Tab. ad *r.* 324.).

383. कृ *Par. Atm. facere* in formis auctis non solum additam vocalem उ sed etiam radicalem syllabam *Guná* induit; in formis puris

---

*) Radix तृप् contra *r.* 94[a). dentalem nasalem adjectae syllabae retinet, qua in re cum क्षुभ् Cl. 9. convenit. Radix हि ab eadem regula eo recedit quod र् praepositionis प्र efficit ut न् intermediae syllabae in ण् transeat, inde प्रहिणोमि.

autem ऋ ubique in उर् transit atque ante characteres व् et म् formarum purarum et ante य् Potentialis *Parasmaipadi* adjecta vocalis उ semper abjicitur. Inde: *Par.* Praesens: करोमि*), करोषि, करोति; कुर्वस्, कुरुथस्, कुरुतस्; कुर्मस्, कुरुथ, कुर्वन्ति. Potentialis: कुर्याम् etc. Imperativus: करवाणि, कुरु, करोतु; करवाव, कुरुतम्, कुरुताम्; करवाम, कुरुत, कुर्वन्तु. Praeteritum: अकरवम्, अकरोस्, अकरोत्; अकुर्व, अकुरुतम्, अकुरुताम्; अकुर्म, अकुरुत, अकुर्वन्. *Atm.* Praesens: कुर्वे, कुरुषे, कुरुते; कुर्वहे, कुर्वाथे, कुर्वाते; कुर्महे, कुरुध्वे, कुर्वते. Potentialis: कुर्वीय etc. Imperativus: करवै, कुरुष्व, कुरुताम्; करवावहै, कुर्वाथाम्, कुर्वाताम्; करवामहै, कुरुध्वम्, कुर्वताम्. Praeteritum: अकुर्वि, अकुरुथास्, अकुरुत; अकुर्वहि, अकुर्वाथाम्, अकुर्वाताम्; अकुर्महि, अकुरुध्वम्, अकुर्वत.

CONJUGATIO QUARTA.

384. Quarta conjugatio solum ex nona classe constat, quae syllabam नी addit (v. *r.* 305.), quae in formis auctis in ना transit. Comprehendit circiter 52 radices. De secunda pers. sing. Imperativi *Par.* radicum in consonantem desinentium v. *r.* 316. Exemplum sit यु *ligare* (v. Tab. ad *r.* 324.).

385. Radices श्री, री, ली, व्री, व्ली, धू, पू, लू, ऋ, कॄ, गॄ, शॄ, दॄ, नॄ, पॄ, भॄ, वॄ, शॄ, स्तॄ longam vocalem radicalem corripiunt; e. c. श्रिणाति (vid. *r.* 94[a].), श्रिणीतस्, श्रिणन्ति, श्रिणीते, श्रिणाते, श्रिणते a श्री *sustentare*.

386. ज्या *tabescere*, ग्रह् *sumere* et ज्ञा *scire* corripiuntur in जि, गृह् (cf. *r.* 325.) et ज्ञा, e. c. जिनाति, जिनीतस्, जिनन्ति; गृह्णाति (vid. *r.* 94[a].), गृह्णीतस्, गृह्णन्ति; जानाति, जानीतस्, जानन्ति. — Radix स्तम्भ् contra regulam 94[a]. न् intermediae syllabae non in ण् immutat, e. c. स्तभ्नामि (cf. तप् in *r.* 381.).

*) De forma कुर्मि pro करोमि v. *r.* 325.

387. Radices कुन्थ्, ग्रन्थ्, बन्ध्, मन्थ् et श्रन्थ् nasalem radicalem ejiciunt; e. c. बध्नाति, बध्नीतस्, बध्नन्ति a बन्ध् *ligare.*

FORMATIO TEMPORUM GENERALIUM*).

PRAETERITUM AUGMENTATUM MULTIFORME VEL SECUNDUM.

388. Radici anteponitur अ augmentum, quod cum sequente vocali secundum *r.* 318. coalescit, atque, ubi hoc tempus in constructione cum particula prohibitiva मा vel मा स्म Imperativi vice fungitur, plerumque abjicitur. Quod ad reliquam hujus temporis formam attinet, septem discernuntur formationes, quarum quattuor priores, in quibus verbum substantivum cum radice conjunctum video, plus vel minus cum graeco Aoristo primo conveniunt, quinta et sexta cum secundo Aoristo, atque septima, quae post augmentum reduplicativam ponit syllabam, cum Plusquamperfecto.

FORMATIO PRIMA.

389. *a*) Radix componitur cum Praeterito augm. 1. radicis अस् *esse,* ejecto आ vocali ex अ augmento et अ radicali conflata; ita ut सम्, सीस्, सीत् etc. ponatur pro आसम्, आसीस्, आसीत्**). Tertia pers. pl. *Par.* sumit उस् terminationem pro अन्, ita ut सुस् magis cum आसुस् Praet. reduplicati conveniat. स् littera verbi substantivi tam in hac quam in reliquis formationibus, conditionibus *r.* 101*). expositis in ष् transit (cf. *r.* 80. et 366.) e. c. अनैषम् a नी *ducere,* अपाक्षम् a पच् *coquere.*

---

*) in quibus classium differentiae disparent, v. *r.* 297.

**) Augmentum, quia radici attributivae anteponitur, superfluum esset in adjecto verbo substantivo, cujus अ radicale, etiam ubi seorsum usurpatur, certa lege abjicitur (v. *r.* 365.).

b) Ante consonantes terminationum, nasalibus et semivocalibus exceptis (v. *r.* 83. *a.*) स् abjicitur, si quaepiam, praeter nasales et semivocales, consonans littera vel brevis vocalis antecedit; ita क्षिप् *conjicere* format in 1. et 2. pers. du. *Par.* अक्षैप्तम्, अक्षैप्ताम् pro अक्षैप्स्तम्, अक्षैप्स्ताम्; in 2. pers. pl. *Atm.* अक्षैब्ध्वम्, in prima autem pers. du. et pl. utriusque Vocis अक्षैप्स्व, अक्षैप्स्म, अक्षिप्स्वहि, अक्षिप्स्महि. A कृ *facere* et मन् *putare* venit in 2. et 3. pers. sing. *Atm.* अकृथास्, अकृत (pro अकृष्ठास्, अकृष्ट), अमंस्थास्, अमंस्त (v. *r.* 15.).

c) Dentalis ध् littera terminationis ध्वम्, ubi quaepiam alia vocalis quam आ ei antecedit, in respondentem lingualem ढ् transit, e. c. a स्तु *laudare* venit अस्तोड्ढ्वम्, mutato स् in ड् ex euphoniae lege 101. *a.*, vel abjecto स्, quod eadem lex admittit, अस्तोढ्वम् pro अस्तोध्वम्.

Personarum terminationes, cum littera स् verbi substantivi conjunctae, sunt igitur:

	PARASMAIPADUM.			ATMANÊPADUM.		
	Sing.	Dual.	Plur.	Sing.	Dual.	Plur.
1.	सम्	स्व	स्म	सि	स्वहि	स्महि
2.	सीस्	स्तम्, तम्	स्त, त	स्थास्, थास्	साथाम्	ढ्वम्, ध्वम्, ढ्वम्
3.	सीत्	स्ताम्, ताम्	सुस्	स्त, त	साताम्	सत

MUTATIO VOCALIS RADICALIS.

390. In *Parasmaipado* vocalis radicalis *Vriddhim* sumit; in *Atmanêpado* radices, quae in vocalem praeter ऋ desinunt, habent *Gunam*, eae autem quae consonante vel ऋ finiuntur, puram retinent vocalem. Exempla sint hae radices, quarum primam et secundam personam pl. utriusque vel usitatae Vocis apponimus: चि *colligere.* अचैष्म, अचैष्ट, अचेष्महि, अचेड्ढ्वम् vel अचेढ्वम् (v. *r.* 389. *c.*); धू *agitare,*

अधीष्म, अधीष्ट, अधीष्महि, अधीड्ढ्म् vel अधीढ्वम्; स्तृ *sternere*, अस्तार्ष्म, अस्तार्ष्ट, अस्तृष्महि, अस्तृड्ढ्म् (v. *r.* 389. *b. c.*); पच् *coquere*, अपाक्ष्म, अपाक्त (v. *r.* 86.); दह् *urere*, अधाक्ष्म, अदाग्ध, अधाक्ष्महि, अधाग्ध्वम् (v. *r.* 103.); बुध् *noscere*, अभौत्स्म, अबौद्ध (v. *r.* 83. *c.* $d^{\alpha)}$. et $d^{\beta)}$.); तुद् *vexare*, अतौत्स्म, अतौत्त, अतुत्स्महि, अतुद्ध्वम्; सृज् *dimittere*, असार्क्ष्म, असार्ष्ट (vel अस्राक्ष्म, अस्राष्ट v. *r.* $34^{b)}$.), असृक्ष्महि, असृड्ढ्वम् (v. *r.* 89. et 91.).

391. Integrae conjugationis paradigmata sint: नी *Par. Atm. ducere*, कृ *Par. Atm. facere*, क्षिप् *Par. Atm. conjicere*, मन् *Atm. putare* (v. Tab. ad *r.* 428.).

ANOMALIAE.

392. Radix दी *Atm. perire Gunae* loco vocalem ई immutat in आ, inde अदासि, अदास्थास्, अदास्त etc. pro अदेषि etc.

393. Radices in ॠ desinentes in *Parasmaipado* secundam formationem sequuntur, in *Atmanêpado* autem praeter secundam etiam primam form. admittunt, ita tamen, ut contra regulam 390. *Gunam* non assumant sed vocalem ॠ in ईर्, et, antecedente labiali, in ऊर् immutent (cf. *r.* 54.) e. c. अकीर्षि a कॄ, अबूर्षि a बॄ.

394. भ्रज्ज् *coquere* (v. *r.* $110^{b)}$.) substituit भर्ज् (cf. *r.* 336.) quod in *Atmanêpado* contra *r.* 390. *Gunam* sumit; inde अभार्क्षम्, अभार्क्षीस् etc. vel अभ्राक्षम् etc. (v. $34^{b)}$.); अभर्क्षि, अभर्ष्ठास् vel अभ्रक्षि, अभ्रष्ठास् (v. *r.* 89. *b.*)*).

395. मज्ज् (v. *r.* $110^{b)}$.) *submergi* inserta nasali format अमाङ्क्षम्, अमाङ्क्षीस् etc. pl. अमाङ्क्ष्म, अमाङ्क्त (v. *r.* 89. *a.*), अमाङ्क्षुस्.

396. नह् *ligare* substituit नध्; inde अनात्सम्, अनात्सीस्, अनात्सीत् etc. *Atm.* अनत्सि, अनद्धास्, अनद्ध etc. (v. *r.* 83. $d^{\alpha)}$.).

---

*) अभ्राक्षम् et अभ्रक्षि etiam e भ्रज् explicari possent, quod lege 390. *Vriddhi* transiret in भ्राज्.

397. वह् *Par. vehere* in personis, quae ex lege 389. स् verbi substantivi ejiciunt, आ vocalem, i. e. *Vriddhim* vocalis अ, ante ढ् (ex ह् + त् vel थ् v. *r.* 102. *a.*) in ओ immutat (cf. annot. 1. ad *r.* 254.); flectitur igitur: अवाक्षम्, अवाक्षीस्, अवाक्षीत्, अवाक्ष्व, अवोढम्, अवोढाम्; अवाक्ष्म, अवोढ, अवाक्षुस्. — Eandem normam sequitur सह् *Atm.* ubi secundum primam formationem flectitur; e. c. असोढ *pertulit.*

FORMATIO SECUNDA.

398. स् littera verbi substantivi cum terminationibus personalibus conjungitur intermedia vocali अ, quae ante terminationes व, म, वहि, महि producitur, atque ante अम्, अन्, इ, अन्त abjicitur (cf. *r.* 304.). En integrum schema:*)

	PARASMAIPADUM.			*ATMANÉPADUM.*		
	Sing.	Dual.	Plur.	Sing.	Dual.	Plur.
1.	सम्	साव	साम	सि	सावहि	सामहि
2.	सस्	सतम्	सत	सथास्	साथाम्	सध्वम्
3.	सत्	सताम्	सन्	सत	साताम्	सन्त

399. Radices, quae hanc formationem sequuntur, omnes in श् ष् vel ह् desinunt atque इ, उ vel ऋ habent vocalem radicalem, quae in utraque Voce pura retinetur. Finales radicum litterae श्, ष् et ह् ex euphoniae legibus, 98, 99, 102. *b.* et 103. *b.* in क् transeunt, quam ob rem स् transformatur in ष् (v. *r.* 101[a]). et cf. *r.* 80.). Paradigmata sint दिश् *monstrare*, त्विष् *splendere* et गुह् *abscondere* (v. Tab. ad *r.* 428.).

---

*) WILKINSIUS perperam ponit सुस्, स्वहि, स्महि primae formationis terminationes pro सन्, सावहि, सामहि.

400. Nonnullae radices, quae in *Parasmaipado* secundam tantum formationem sequuntur, in *Atmanêpado* ad arbitrium primam vel secundam sequuntur; e.c. लिह् *lambere* format अलिक्षि, अलिक्षथास्, अलिक्षत vel secundum primam formationem अलिक्षि, अलीढास्, अलीढ (v. *r.* 389. *b.* et euph. *r.* 102. *a.*).

FORMATIO TERTIA.

401. स् littera verbi substantivi cum radice conjungitur intermedia vocali इ, cujus vi euphonica स् transit in ष् litteram, cui, sicut in prima formatione, proxime adjunguntur terminationes personales. In secunda et tertia pers. sing. *Par.*, ubi स् et त् ex euphoniae lege 57. cum antecedente ष् non conjungi possent, ष् ejicitur, atque personarum characteres स् et त् cum radice ipsa, intermedia vocali ई conjunguntur (cf. *r.* 354. et 365.). En integrum schema:

	PARASMAIPADUM.			*ATMANÊPADUM.*		
	Sing.	Dual.	Plur.	Sing.	Dual.	Plur.
1.	इषम्	इष्व	इष्म	इषि	इष्वहि	इष्महि
2.	ईस्	इष्टम्	इष्ट	इष्ठास्	इषाथाम्	इड्ढम्, इध्वम्, इढ्वम्
3.	ईत्	इष्टाम्	इषुस्	इष्ट	इषाताम्	इषत

MUTATIO VOCALIS RADICALIS.

402. Quae in vocalem desinunt radices, in *Par. Vriddhim* et in *Atm. Gunam* sumunt; e.c. अपाविषम्, अपविषि a पू, अस्वारिषम्, अस्वरिषि a स्वृ. Consonante terminatae radices in utraque Voce *Gunam* sumunt, legis 34[a)]. ratione habita; e.c. अवेदिषम् a विद्, अतेजिषि a तिज्, अदीपिषम् a दीप्. Integrae conjugationis paradigmata sint जन् *generare* et बुध् *scire* (v. Tab. ad *r.* 428.).

EXCEPTIONES.

403. Radices श्वि *crescere,* ऊर्णु *tegere* et जागृ *vigilare,* in *Par.* usitatae, *Gunam* sumunt loco *Vriddhis,* inde अश्वयिषम्, और्णविषम्, अजागरिषम् pro अश्वायिषम् etc.

404. दीधी et वेवी *Atm.* ante intermedium इ radicalem vocalem abjiciunt, inde अदीधिषि, अवेविषि pro अदीधयिषि, अवेवयिषि.

405. Radices नू *Par. laudare,* धू *Par. agitare,* गू *Par. alvum exonerare,* ध्रू *Par. firmum esse,* कू *Atm. sonare* sine *Vriddhi* vel *Guna* ऊ finale ex euphoniae lege 51. in उव् immutant; e.c. अनुविषम्, अकुविषि.

406. Radices in ॠ *desinentes* atque वृ *Par. Atm. eligere* in *Atmanêpado* ad arbitrium aut इ aut ई sumunt intermediam vocalem; e.c. अकरिषि vel अकरीषि a कॄ, अवरिषि vel अवरीषि a वृ.

407. Plures sextae classis radices *Gunam* quam *r.* 402. praescribit non admittunt; e.c. अत्रुटिषम् a त्रुट् *findere.*

408. Radices quae अ vocalem ante simplicem habent consonantem, म्, य् et ह् exceptis, maximam partem अ vocalem ad arbitrium producere possunt; e.c. अपठिषम् vel अपाठिषम् a पठ् *legere.* Quae in र् vel ल् desinunt radices, una cum वद् *Par. dicere* et व्रज् *Par. ire* semper अ producunt; e.c. अचारिषम् a चर् *ire,* अचालिषम् a चल् *se movere.*

409. हन् *Par. occidere* suppletur radice वध् ex qua formatur अवधिषम्. Cum praepositionibus tamen conjunctum हन् etiam in *Atmanêpado* secundum primam formationem flectitur, abjecta littera न् ante स्; inde अहसि, अहथास्, अहत (v. *r.* 389. *b.*), अहस्वहि etc.

FORMATIO QUARTA.

410. Haec formatio a prima eo differt, quod adjectum verbum substantivum in *Parasmaipado* reduplicativam sumit syllabam, habentem

bibere, quae ad primam classem referuntur, in specialibus temporibus substituunt cognatas formas तिष्ठ, जिघ्र्, धम्, मन्, पिव्*). De गा *ire* vid. Glossarium.

328. दृश् *videre* specialia tempora format ex पश्य्, quod in generalibus temp. non usitatum est. शद् *Atm.* et सद् *perire* substituunt शीय्, सीद्, atque गम् *ire* et यम् *refraenare* substituunt गछ, यछ; दंश् *mordere* nasalem ejicit. E. c. पश्यामि, शीये, सीदामि, गच्छामि, यच्छामि (v. *r.* 88.), दशामि.

CLASSIS QUARTA.

329. Haec classis, quae circiter 130 comprehendit radices, quarum nulla in brevem vocalem desinit, intermediam syllabam य addit (v. *r.* 304.), ante quam radix puram retinet formam. Exempla sunt मा *Atm. metiri,* डी *Atm. volare,* सू *Atm. generare,* क्षिप् *conjicere,* कुश् *amplecti,* नृत् *saltare,* quae in prima pers. Praes. formant माये, डीये, सूये, क्षिप्यामि, कुश्यामि, नृत्यामि (v. Tab. ad *r.* 324.).

330. ॠ finale ante य transit in ईर् (v. *r.* 54.), atque ओ finale abjicitur; e.c. जीर्यामि *senesco* a जॄ, द्यामि *abscindo* a दो.

331[a]). Quae in अम् et इव् desinunt radices, una cum मद् *ebrium esse,* vocalem suam ante य producunt, e.c. दीव्यामि *ludo* a दिव्, क्राम्यामि *incedo* a क्रम्, भ्राम्यामि *circumvagor* a भ्रम्, माद्यामि *ebrius sum.*

331[b]). Penultima nasalis ante य ejicitur, e. c. भ्रश्यामि *cado,*

---

*) Omnes hae formae vocalem आ formae primitivae abjecerunt, atque तिष्ठ् et जिघ्र् reduplicativam continent syllabam (v. reduplicationis leges 368. 2. et 4. atque euphoniae legem 80.), non tamen regulae 307. subjiciuntur. Etiam पिव् per reduplicationem ex पा ortum esse videtur, ita ut पिप् (ex पिपा abjecto आ) in पिव् transierit, litterâ प् transformatâ in व्, quod quidem in Sanscrito insolitum, in Pracrito autem usitatissimum est (cf. पिवामि cum Latino b i b o). ध्मा et म्ना, abjecto आ, vocalem अ inter conjunctas inseruunt consonantes.

रज्यामि *tingo*, a भ्रंश्, रञ्ज्, quae solae hujusmodi radices sunt quartae classis.

332. मिद् *Par. amare* contra hujus classis usum *Gunam* sumit, e. c. मेद्यामि, मेद्यसि, मेद्यति. — जन् *Atm. nasci* finalem litteram ante य abjicit atque producta vocali compensat e. c. जाये *nascor.* व्यध् *Par. ferire* ante य corripitur in विध् (v. r. 325.), e. c. विध्यामि *ferio.*

CLASSIS SEXTA.

333. Sexta classis, quae circiter 140 comprehendit radices, अ vocalem addit sicut prima classis, a qua *Gunae* absentia differt. Vocalis इ in fine radicum ante intermediam अ vocalem transit in इय्, atque उ et ऊ mutantur in उव् (v. r. 51.), e. c. रियामि *eo* a रि, नुवामि *laudo* a नु, धुवामि *agito* a धू. Nulla hujus classis radix desinit in ई.

334. ऋ in fine radicum ante intermediam vocalem transit in रि, cujus इ ex lege 51. transit in इय् e. c. ध्रिये *permaneo.* — ॠ transit in इर् (v. r. 54.), e. c. गिरामि *deglutio* a गॄ radice, quae nonnunquam litterae र् supponit ल्, ita ut गिलामि, गिलसि etc. pro गिरामि, गिरसि dicatur.

335. Plures hujus classis radices, in consonantem desinentes, in specialibus temporibus nasalem inserunt litteram, quae organo finalis litterae accommodatur vel ex lege 15. *Anusvârâ* necessariâ exprimitur. Sunt: मुच्, लुप्, विद्, लिप्, सिच्, कृत्, खिद् et पिश्, e. c. मुञ्चामि, मुञ्चे *relinquo* (v. r. 304.), कृन्तामि *findo.*

336. प्रछ् *interrogare* et भ्रस्ज् *coquere* (v. r. 110[b].) ante intermediam vocalem corripiuntur in पृछ् et भृज्ज् (v. r. 325.), e. c. पृच्छामि (v. r. 88.), भृज्जामि.

337. इष् *desiderare* specialia tempora format ex इछ्, e. c. इच्छामि (v. r. 88.).

301. *Atmanêpadum* a *Parasmaipado* praecipue auctis distinguitur terminationibus.

a) Vocalis इ finalis *Gunae* incrementum sumit, quo से, ते, अन्ते veniunt a सि, ति, अन्ति, sicut Graecorum σαι, ται, νται, a σ(ι)*), τι, ντι; ex prima persona in मि oriri debuit मे, quod cum Graeco μαι conveniret, in Sanscrito autem non conservatum est, sed perditâ, sicut in reliquis temporibus, pronominali litterâ, solum ए remansit.

b) Ex वस् et मस् oriuntur वहे, महे, atque ex debilioribus व et म fiunt debiliores ac in Praesente formae वहि, महि**); in Imperativo, quia in prima Persona fortissimas amat terminationes (v. *r.*313.), ex आव, आम oriuntur आवहै, आमहै, ita ut in prima pers. Dualis et Pluralis *Atmanêpadi* tres vocalis finalis habeamus gradus: इ, ए et ऐ.

c) In secunda et tertia persona Dualis characteribus थ् et त् anteponitur आ, et terminatio quoque plerumque augetur, cf. आथे, आते cum थस्, तस्; आथाम्, आताम् cum तम्, ताम्.

d) Tertiae personae characteri त्, in fine posito, additur अ, unde त ex त्, अन्त ex अन्त्, sicut priori linguae aetate haec persona in *Parasmaipado* sonare debuit, antequam euphoniae lex 57. praevaluit, qua ultima duarum consonantium finalium abjicitur (cf. *r.* 218.). Ita apud Graecos ex τ et ντ, quo primitive tertia persona sing. et plur. Temporum historicorum finiri debuit,***) oritur το et

*) Respice doricum ἐσσί.

**) In Graeco μεθα difficile sanscritum महि recognoscitur. Si tamen conferimus Graecorum Neutra pl. in α cum Sanscritis in इ, atque Imperativi terminationem θι cum Sanscrita हि pro धि (v. *r.* 104.), ad conjecturam inducimur, terminationes वहि, महि primitive sonuisse वधि, मधि vel वध, मध; nisi potius statuendum est, Graecos pronunciare μεθα, quia mediam aspirationem puram i. e. *h* perdiderunt.

***) In conservato linguae statu τ in fine vocabuli nusquam retinetur.

ντο. Secunda persona sing., si eandem sequeretur analogiam, ex स् formaret स, sicut Graeci ex ἐδίδως formant ἐδίδοσο; terminatio थास् autem alia nititur ratione, duas enim secundae personae terminationes conjungere videtur, थ (v. Praet. redupl.), producta vocali, et स्. Ita secundum *r.* 266. in Genitivis तस्यास्, अस्यास् etc. duae Genitivi flexiones sunt conjunctae, atque in graeca terminatione μην character primae personae bis videtur contentus.*)

e) *Atmanêpadi* Praeteritum reduplicatum, tertia persona plur. excepta, easdem ac Praesens habet flexiones, atque ex terminationibus ए (pro मे), से, ते, वहे etc. perditas vel temporum cursu transformatas *Parasmaipadi* formas मि, सि, ति, वस् etc. colligere possumus.

302. Sicut in graeca ita quoque in sanscrita lingua duae Temporum classes statui possunt, terminationibus personalibus distinctae**), una cum plenioribus, altera cum obtusioribus terminationibus. Ad priorem, aeque ac in graeca lingua, pertinent Praesens, Futurum et Praeteritum reduplicatum (v. *r.* 301. *e.*). Opponit haec classis terminationibus अम्, स्, त्, व, म, अन् (ex अन्त्) pleniores formas मि, सि, ति, वस्, मस्, अन्ति. In Duali secunda et tertia persona, aspiratione quidem distinctae, eandem habent terminationem; cf. थस्, तस् cum graeco τον, τον, ut videtur ex τος, τός, sicut μεν e μες. In secundae classis temporibus hae duae personae non pronominali charactere sed vocalis quantitate tantum distinguuntur, cf. तम्, ताम् cum graeco τον, την vel τον, των in Imperativo. Ad hanc secundam classem pertinent 1. ambo Praeterita augmentata, graeco Imperfecto, Aoristo et Plusquamperfecto (v. *r.* 421.) respondentia; 2. Potentialis et Precativus, qui cum graeco Optativo Praesentis et Aoristi conve-

*) μην pro μημ ex euphoniae lege, qua μ in fine vocum ubique in ν transiit.

**) Vid. Buttmann „*Ausführliche Grammatik*" p. 317.

niunt; 3. Conditionalis. Imperativus in Singulari magis ad primam classem se inclinat, in Duali et Plurali tamen secundae classis terminationes habet.

SPECIALIUM TEMPORUM FORMATIO.

303. Decem radicum classes, quae, respectu specialium temporum, *r.* 297. statuuntur, apte in quattuor redigi possunt conjugationes. Ad primam referimus classes, quae अ vocalem addunt vel syllabas hac vocali terminatas, scilicet 1. 4. 6. et 10. Ad secundam referimus eas, quae, sine intermedia syllaba, terminationes proxime cum radice conjungunt, generalium euphoniae legum ratione habita, videlicet 2. 3. et 7. Tertia conjugatio comprehendit classes, quae नु vel उ addunt, i.e. 5. et 8. Quarta ex sola nona classi consistit, quae नी, atque in auctis formis ना addit.

304. अ primae conjugationis ante primae personae characterem म् et व् producitur, atque cum आ secundae et tertiae personae dualis *Atmanêpadi* anomalum in modum in ए transit (cf. *r.* 157.); ante reliquas a vocali incipientes terminationes, इ primae personae *Atm.* excepto, abjicitur (v. *r.* 47.); e.c. तुद् (cl. 6.) format in prima persona utriusque Vocis Praesentis: तुदामि, तुदावस्, तुदामस्, तुदे (non तुदै, ex तुद + ए), in secunda et tertia du. *Atm.* तुदेथे, तुदेते ex तुद + आथे, आते; in prima pers. Praet. augm. 1. तुदे non तुदि, ex तुद + इ.

305. Quarta conjugatio vocalem ई adjectae syllabae नी ante omnes vocales terminationum abjicit, inde in Praesente युनन्ति, युने, युनाथे, युनाते pro युन्यन्ति, युन्ये etc. (v. Tab. ad *r.* 324.).

306. Secunda, tertia et quarta conjugatio in tertia persona pl. *Atmanêpadi*, nasalem, qua pluralis numerus indicatur, abjiciunt, inde द्विषते, द्विषताम्, अद्विषत pro द्विषन्ते, द्विषन्ताम्, अद्विषन्त; चिन्वते

pro चिन्वन्ते etc. (v. Tab. ad *r.* 324.). Saepe tamen scriptores contra hanc regulam nasalem retinent.

307. Radices tertiae classis et aliae, quae reduplicativam habent syllabam (v. *r.* 108.), etiam in *Parasmaipado* nasalem tertiae personae pl. ejiciunt; e. c. जाग्रति *vigilant* a जागृ cl. 2., बिभ्रति *ferunt* a भृ cl. 3., non जाग्रन्ति, बिभ्रन्ति.

308. *a*) Secunda, tertia et quarta conjugatio, quod ad radicem vel intermediam syllabam attinet, oppositionem ostendunt inter auctas et puras formas, quae inversa ratione terminationum nititur, ita ut ante leves terminationes (v. *r.* 300[a].) formae auctae, ante graves, formae purae vel primitivae locum habeant. Secunda et tertia classis Gunae incremento augent radicalem syllabam, quinta et octava intermedias syllabas नु et उ. Septima classis radicem auget, eo quod inserta nasalis littera in syllabam न extenditur. Nona classis intermediam syllabam नी in ना immutat, ex quo colligimus, आ vocalem majoris esse ponderis ac ई (cf. *r.* 370.). — In Optativo terminationum pondus in radicem vel intermediam syllabam interpositâ syllabâ या infringitur, atque ubique pura ponitur forma. Imperativus propriam, ex terminationum pondere non pendentem sequitur legem (v. *r.* 313 et 314.), qua prima persona in tribus utriusque Vocis numeris auctam formam, atque secunda pers. sing. *Parasmaipadi* puram loco auctae sumit formam.

b) Auctae formae sunt igitur: 1. Singularis Praesentis et Praeteriti augm. primi; 2. prima persona Imperativi trium numerorum utriusque activae Vocis; 3. tertia persona sing. Imperativi *Parasmaipadi.* Purae sunt omnes reliquae specialium temporum formae.

PRAESENS.

309. Praesens sine ullo Temporis indicandi charactere generales tantum euphoniae et specialium temporum sequitur leges; e. c. a

बुध् cl. 1. venit बोधामि, बोधसि, बोधति, बोधावस् etc. (v. *r.* 297. et 304.). Integram Praesentis conjugationem decem classium vid. in Tab. ad *r.* 324.

POTENTIALIS.

310. Hujus Modi, qui cum graeco Optativo convenit, character est ई vocalis, quae in prima conjugatione, quae graecae conjugationi in ω respondet, cum antecedente अ in ए coalescit diphthongum, cum qua personarum terminationes proxime conjunguntur; cf. in Tab. ad *r.* 324. तुदेस्, तुदेत्, तुदेतम्, तुदेताम्, तुदेम, तुदेत ex तुद + ईस् etc. a rad. तुद् *vexare* cum respondentibus graecis personis, λέγοις*), λέγοι(τ), λέγοιτον, λεγοίτην, λέγοιμεν, λέγοιτε. — Ante terminationes a vocali incipientes य् euphonicum inseritur (cf. *r.* 265. et 271.), inde तुदेयम् ex तुदे + अम्, तुदेयुस् ex तुदे + उस्; in *Atmanêpado* तुदेय, तुदेयाथाम्, तुदेयाताम् ex तुदे + अ etc.

311. Posteriores tres conjugationes, quae graecae conjugationi in μι respondent, characteri ई addunt longam vocalem आ sicut Graeci addunt η. Haec autem vocalis ante fortiores *Atmanêpadi* terminationes in utraque lingua abjicitur, ita ut Modi character ई, qui ante आ in य् transit, ad primitivam suam formam ई redire possit,**)

*) e radice λεγ et auxiliari vocali ο (quae una cum ε sanscrito अ respondet) et modi charactere ι et personae signo ς. Cf. etiam Latinum conjunctivum amem, ames, amet, amemus, ametis, cujus *e* in analogia cum sanscrito ए ex *a* et *i* coalitum explicavi (*Conjugations-System S.* 92.): amem ex ama + im. Graecorum prima persona primitive λέγοιν (ex λεγοιμ) sonare debuit, quod ex derivato λεγοίμην (non λέγοιμαι) atque ex reliquis Activi personis colligere possumus. λέγοιν etiam magis quam λέγοιμι cum तुदेयम् et amem conveniret.

**) Inde colligo, vocalem *i* longam, non brevem, Potentialis esse characterem, quod ex prima conjugatione atque ex *Parasmaipado* reliquarum conjugationum non intelligi potest; nam तुदे ex तुद + इ, द्विष्या ex द्विषि + आ quoque explicari possunt. Grammatici

cui, sicut diphthongo ए in *r.* 310., ante vocales, euphonicum य् additur. E. c. a द्विष् cl. 2. *odisse* venit द्विष्याम्, द्विष्यास्, द्विष्यात् (e द्विषी + आम् etc.), in *Atmanêpado* द्विषीय (ex द्विषी + अ), द्विषीयास्, द्विषीत (cf. διδοίην, διδοίης, διδοίη(τ), δίδοιτ-ο).

312. Ante tertiae pers. pl. *Par.* terminationem उस् vocalis आ abjicitur (v. *r.* 47.), inde द्विष्युस् e द्विष्या + उस्. Integram Potentialis conjugationem vid. in Tab. ad *r.* 324.

IMPERATIVUS.

313. Imperativus sine Modi indicandi charactere fere solum terminationibus personalibus a Praesente Indicativi distinguitur. Prima persona tam in radice quam in terminationibus productissimam ostendit formam*), ut symbolice quasi deliberationem vel moram indicet, qua nobismet ipsis aliquid praescribimus; ita ut hanc ob rem aequilibri lex 300[a]. infringatur, atque in tribus posterioribus conjugationibus aucta forma ante terminationes graves ponatur; e.c. द्वेषाणि (v. *r.* 94[a].), द्वेषाव, द्वेषाम, द्वेषै, द्वेषावहै, द्वेषामहै.

314. Secunda persona sing. *Par.* in tribus posterioribus conjugationibus puram habet formam, aut quia धि terminatio primitiva propter aspiratam litteram ad graves refertur terminationes (cf. सि et स् et respice Graecum δίδοθι, διδότω in oppositione cum δίδως, δίδωσι) aut propter festinationem, qua alii aliquid imperamus (cf. Hebraeum קטל ktol).

---

indici et Angli omnino negligunt generalem Potentialis formandi rationem statuere, qua prima et reliquae conjugationes, vel harum *Atmanêpadum* et *Parasmaipadum* inter se conveniant. Non magis litterae य् in formis sicut तुदेयम्, द्विषीय etc. rationem reddunt.

*) Cf. terminationes आनि, आव, आम cum अम्, व, म; atque in *Atmanêpado* ऐ, आवहै, आमहै, cum अ, वहि, महि.

315. Primitiva secundae personae terminatio धि post consonantes solum conservata est, e. c. युङ्ग्धि *junge,* a युज् cl. 7. Post vocales aut tota terminatio evanuit aut धि eo corruptum est, quod ध् littera aspirationem tantum retinuit. Prius locum habet post अ vocalem (i. e. in prima conjugatione) e. c. तुद् (cf. λέγε), alterum post alias vocales quam अ; ita tamen, ut post उ vocalem terminatio हि ibi tantum retineatur, ubi duae huic vocali consonantes antecedunt; dicitur igitur in tertia conjugatione आप्नुहि *adipiscere* ab आप् cl. 5., sed contra चिनु *collige* a चि cl. 5., तनु *extende* a तन् cl. 8. (cf. graecum δείκνυ cum primitiva forma δείκνυθι).

316. Quae in consonantem desinunt nonae classis radices, in secunda persona Imperativi pro नीहि (नी + हि) ponunt आन, cf. अशान *ede* a rad. अश् cum युनीहि *liga* a यु (v. Tab. ad *r.* 324.).

Annot. Imperativi formae in आन proprie ad primam pertinent conjugationem, atque verba extitisse indicant, cum आन syllaba intermedia, quae tamen, sicut उ octavae classis, cum antecedente consonante tantum conjungebatur. Ex Imperativo अशान Praesens अशानामि, अशानसि etc. colligi potest.

PRAETERITUM AUGMENTATUM PRIMUM VEL UNIFORME.

317. Radici anteponitur augmentum अ, quod idem esse censeo ac अ privativum*) (v. *r.* 114.) ita ut ad praeteritum tempus indicandum, actio, praesentis temporis respectu, negetur.

---

*) quod eo non refutatur quod अ privativum ante vocales न् euphonicum addit, atque in Graeco α sonat, augmentum अ autem cum sequente vocali coalescit atque in Graeco in ε transiit. Non raro enim in linguis diversae voces ab una eademque voce primitivae linguae descendunt, cf. Gallorum *chef* et *chapitre* a caput, *charte* et *carte* a carta. Quod ad inserendam nasalem litteram attinet, cf. शुचिना e शुचि *m. n.* + आ cum शुच्या e शुचि *f.* + आ (v. *r.* 125.).

318. Cum vocalibus इ, उ et ऋ, earumque longis, Augmentum अ eodem ordine transit in ऐ, औ, आर् pro ए, ओ et अर् (v. *r.* 36.); e.c. औक्षम् *conspersi* ex अ + उक्षम्.

319. In constructione cum prohibitiva particula मा (cf. μή), vel मा स्म, Praeterita augm. 1. et 2. imperativam assumunt significationem atque plerumque augmentum abjiciunt, nonnunquam tamen retinent.

320. Quae in consonantem vel ऋ vocalem, quae *Gunâ* in अर् transit, desinunt radices secundae conjugationis, ex euphoniae lege 57. characteres secundae et tertiae personae sing. *Parasmaipadi* perdunt, e.c. अहन् *occidisti, occidit* pro अहंस् (*r.* 15.) अहन्त्, a हन् cl. 2.; अयुनक् *junxisti, junxit* pro अयुनक्स्, अयुनक्त् a युज् cl. 7.; अबिभर् *tulisti, tulit* pro अबिभर्स्, अबिभर्त् a भृ cl. 3.

321. Quae in त्, थ्, द् vel ध् desinunt radices secundae conjugationis in secunda persona loco characteris स् radicalem litteram finalem abjicere et स् retinere possunt, e.c. अवेस् vel अवेत् *scivisti,* a विद् cl. 2.; अरुणास् vel अरुणात् *opposuisti,* a रुध् cl. 7. Quod ad tertiam personam attinet, apud has similesque radices pro certo non definiri potest, utrum त् littera, in formis sicut अवेत् *scivit,* अरुणात् *opposuit,* euphonica sit transformatio litterarum द् et ध् (v. *r.* 56. *b.*), an signum sit personale, ante quod, sicut in secunda persona, radicalis consonans evanuerit.

322. Quae in स् desinunt radices secundae conjugationis, hanc litteram in tertia pers. sing. *Par.* anomalum in modum in त् immutant, quod fortasse eo explicandum est, quod स् radicale ante personale signum त् abjiciatur; e.c. असत् *dormivit* a सस् cl. 2. In secunda persona, स् item in त् transire, vel retineri potest; e.c. असस् vel असत् *dormivisti.**)

---

*) Utraque forma fortasse ex असत्स् orta est, eo quod priori linguae aetate ante perso-

323. Radices tertiae classis, et eae secundae classis, quae reduplicativam habent syllabam (v. *r.* 108.), in tertia persona pl. *Parasmaipadi* pro अन् addunt उस् terminationem, ante quam ऋ vocalis *Gunae* incremento instruitur,*) e. c. अचकासुस् a चकास् cl. 2. *splendere*, अतुतुरुस् a तुर् cl. 3. *festinare*, अबिभरुस् a भृ *ferre*.

324. In prima persona sing. *Parasmaipadi* praeter auctam formam etiam pura saepissime adhibetur,**) quod eo explicandum est, quod अम् majoris ponderis est terminatio ac स् et त् secundae et tertiae personae.

Sequens tabula conspectum praebet conjugationis specialium temporum secundum classium diversitatem. Primae conjugationis paradigmata sunt बुध् cl. 1. *intelligere*, शुच् cl. 4. *purum esse*, तुद् cl. 6. *vexare*, चुर् cl. 10. *furari*; secundae conjugationis: द्विष् cl. 2. *odisse*, भृ cl. 3. *ferre*, युज् cl. 7. *jungere*; tertiae conjugationis: चि cl. 5. *colligere*, तन् cl. 8. *extendere*; quartae conjugationis: यु cl. 9. *ligare*.

325. Antequam transeamus ad generalia tempora, in quibus classium discrimina evanescunt, diversae specialium temporum conjugationes et classes seorsum tractare juvat, ad anomalias exponendas, quibus plura verba a regulis hucusque praescriptis recedunt. In universum autem anomaliae et in specialibus et in generalibus temporibus, praecipue eo consistunt, quod syllabae य, र et व, ab-

---

nale signum स् finale ad analogiam *r.* 100. *a.* in त् transierit, posteriori autem linguae aetate conjunctarum consonantium न्त् aut prior aut posterior sit suppressa.

*) Videtur उस् terminatio levioris esse ponderis ac अन्, tam quia cum reduplicatis conjungitur radicibus, quam quia *Gunam* admittit.

**) Plura hujus generis exempla inveniuntur in Mahâ-Bhârati libro „*Ardschuni reditus*" quem cum episodio de Diluvio edidi; ut प्रत्यगृह्णम् (ex प्रत्यगृह्णी, abjecto ई ex lege 305., + अम्) V. 24. et X. 28.; व्यगृह्णम् X. 29.; अशाक्नुवम् X. 39. Omnes quos contuli codices his lectionibus inter se consentiunt.

IMA.

CLASSIS.	RADI…	Singularis 2.	Pluralis 1.	Pluralis 2.	Pluralis 3.
1.	बुध्	बोधसे	बोधामहे	बोधध्वे	बोधन्ते
4.	शुच्	शुच्यसे	शुच्यामहे	शुच्यध्वे	शुच्यन्ते
6.	तुद्	तुदसे	तुदामहे	तुदध्वे	तुदन्ते
10.	चुर्	चोरयसे	चोरयामहे	चोरयध्वे	चोरयन्ते
UNDA.					
2.	द्विष्	द्विक्षे	द्विष्महे	द्विड्ढ्वे	द्विषते
3.	भृ	बिभृषे	बिभृमहे	बिभृध्वे	बिभ्रते
7.	युज्	युङ्क्षे	युञ्ज्महे	युङ्ग्ध्वे	युञ्जते
RTIA.					
5.	चि	चिनुषे	चिनुमहे [9])	चिनुध्वे	चिन्वते
8.	तन्	तनुषे	तनुमहे	तनुध्वे	तन्वते
ARTA.					
9.	यु	युनीषे	युनीमहे	युनीध्वे	युनते [1])

[1]) v. r.

ATMANÊPADUM.

	Dualis		Pluralis		
.	2.	3.	1.	2.	3.
वहि	बोधेयाथाम्	बोधेयाताम्	बोधेमहि	बोधेध्वम्	बोधेरन्
वहि	शुच्येयाथाम्	शुच्येयाताम्	शुच्येमहि	शुच्येध्वम्	शुच्येरन्
हि	तुदेयाथाम्	तुदेयाताम्	तुदेमहि	तुदेध्वम्	तुदेरन्
वहि	चोरयेयाथाम्	चोरयेयाताम्	चोरयेमहि	चोरयेध्वम्	चोरयेरन्
वहि	द्विषीयाथाम्	द्विषीयाताम्	द्विषीमहि	द्विषीध्वम्	द्विषीरन्
वहि	बिभ्रीयाथाम्	बिभ्रीयाताम्	बिभ्रीमहि	बिभ्रीध्वम्	बिभ्रीरन्
वहि	युञ्जीयाथाम्	युञ्जीयाताम्	युञ्जीमहि	युञ्जीध्वम्	युञ्जीरन्
ीवहि	चिन्वीयाथाम्	चिन्वीयाताम्	चिन्वीमहि	चिन्वीध्वम्	चिन्वीरन्
ीवहि	तन्वीयाथाम्	तन्वीयाताम्	तन्वीमहि	तन्वीध्वम्	तन्वीरन्
वहि	युनीयाथाम्	युनीयाताम्	युनीमहि	युनीध्वम्	युनीरन्

VUS.

PRIMA.

CLASSIS.	RADIX.	Singular 1.	Singular 2.	Pluralis 1.	Pluralis 2.	Pluralis 3.
1.	बुध् [1])	ाधै	बोधस्व	बोधामहै	बोधध्वम्	बोधन्ताम्
4.	मुच् [1])	ुच्यै	मुच्यस्व	मुच्यामहै	मुच्यध्वम्	मुच्यन्ताम्
6.	तुद् [1])	ुदै	तुदस्व	तुदामहै	तुदध्वम्	तुदन्ताम्
10.	चुर् [1])	ारयै	चोरयस्व	चोरयामहै	चोरयध्वम्	चोरयन्ताम्

ECUNDA.

CLASSIS.	RADIX.	Singular 1.	Singular 2.	Pluralis 1.	Pluralis 2.	Pluralis 3.
2.	द्विष् [2])	षै	द्विक्ष्व	द्वेषामहै	द्विड्ढ्वम्	द्विषताम्
3.	भृ	भरै	बिभृष्व	बिभरामहै	बिभृध्वम्	बिभ्रताम्
7.	युज् [5])	नजै	युङ्क्ष्व	युनजामहै	युङ्ग्ध्वम्	युञ्जताम्

TERTIA.

CLASSIS.	RADIX.	Singular 1.	Singular 2.	Pluralis 1.	Pluralis 2.	Pluralis 3.
5.	चि	यनवै	चिनुष्व म्	चिनवामहै	चिनुध्वम्	चिन्वताम्
8.	तन्	नवै	तनुष्व ्	तनवामहै	तनुध्वम्	तन्वताम्

UARTA.

CLASSIS.	RADIX.	Singular 1.	Singular 2.	Pluralis 1.	Pluralis 2.	Pluralis 3.
9.	यु	नै	युनीष्व)	युनामहै	युनीध्वम्	युनताम् [8])

[1]) v. r. 304

ATMANÈPADUM.

	Dualis		Pluralis		
	2.	3.	1.	2.	3.
…ावहि	अबोधेथाम्	अबोधेताम्	अबोधामहि	अबोधध्वम्	अबोधन्त
…यावहि	अशुच्येथाम्	अशुच्येताम्	अशुच्यामहि	अशुच्यध्वम्	अशुच्यन्त
…ावहि	अतुदेथाम्	अतुदेताम्	अतुदामहि	अतुदध्वम्	अतुदन्त
…यावहि	अचोरयेथाम्	अचोरयेताम्	अचोरयामहि	अचारयध्वम्	अचोरयन्त
…हि	अद्विषाथाम्	अद्विषाताम्	अद्विष्महि	अद्विड्ढ्वम्	अद्विषत
…वहि	अबिभ्राथाम्	अबिभ्राताम्	अबिभृमहि	अबिभृध्वम्	अबिभ्रत
…वहि	अयुञ्जाथाम्	अयुञ्जाताम्	अयुञ्ज्महि	अयुङ्ग्ध्वम्	अयुञ्जत
…ुवहि	अचिन्वाथाम्	अचिन्वाताम्	अचिनुमहि	अचिनुध्वम्	अचिन्वत
…वहि	अतन्वाथाम्	अतन्वाताम्	अतनुमहि	अतनुध्वम्	अतन्वत
…ीवहि	अयुनाथाम् [5])	अयुनाताम् [5])	अयुनीमहि	अयुनीध्वम्	अयुनत [5])

jecta vocali अ, semivocalem suam in respondentem vocalem brevem dissolvunt, i. e. य in इ, र in ऋ et व in उ; e. c. radix व्यध् ejecta vocali अ corripitur in विध्, प्रछ् in पृछ्, वश् in उश्. Hujusmodi correptiones autem in iis tantum classibus et personis, quae puram formam exhibent (vid. *r.* 297 et 308.) locum habent, in formis auctis vero non admittuntur; e. c. वश्मि, non उश्मि, du. उश्वस्, pl. उश्मस्.

CONJUGATIO PRIMA.

CLASSIS PRIMA.

326. Primae classis radices intermediam vocalem अ addunt (v. *r.* 304.) atque a sexta classi, quae item अ sumit additamentum, *Gunae* incremento distinguuntur. Radices, quae ex lege 34*). *Gunam* non admittunt, veluti पत्, व्यथ्, क्रीड्, सीव्, भिन्व्, fere omnes a Grammaticis inter primam classem referuntur,*) eademque permagnum comprehendit numerum, circiter mille, quod prope omnium radicum est dimidium. Vocales, quae in fine radicum hujus classis inveniuntur, sunt इ, ई, उ, ऊ, ऋ, ॠ, ए et ऐ; sex priores simplices vocales, tam breves quam longae, *Gunâ* transeunt in ए, ओ et अर्, atque ए, ऐ et ओ diphthongi ante intermediam vocalem अ dissolvuntur in अय्, आय् et अव् (v. *r.* 55.). E. c. श्रय a श्रि, नय a नी, दय a दे, गाय a गै, श्रव a श्रु, भव a भू, हर a हृ, तर a तॄ, quae sicut radices in consonantem desinentes flectuntur, (vid. बोध a बुध् in Tab. ad *r.* 224.**). Radix गुह् *Gunae* loco vocalem radicalem producit, e. c. गूहति *abscondit* pro गोहति.

327. आ vocalis cum intermedia vocali अ nunquam componitur, atque radices स्था *stare*, घ्रा *odorari*, ध्मा *flare*, ध्यै *meditari*, पा

*) Excipiuntur solum eae, quae *r.* 336. memorantur.

**) De radicibus cum penultima nasali, veluti निन्दू, चुम्ब्, तृम्प् etc. v. *r.* 110*).

bibere, quae ad primam classem referuntur, in specialibus temporibus substituunt cognatas formas तिष्ठ्, जिघ्र्, धम्, मन्, पिव्*). De गा *ire* vid. Glossarium.

328. दृश् *videre* specialia tempora format ex पश्य्, quod in generalibus temp. non usitatum est. शद् *Atm.* et सद् *perire* substituunt शीय्, सीद्, atque गम् *ire* et यम् *refraenare* substituunt गछ्, यछ्; दंश् *mordere* nasalem ejicit. E. c. पश्यामि, शीये, सीदामि, गच्छामि, यच्छामि (v. *r.* 88.), दशामि.

CLASSIS QUARTA.

329. Haec classis, quae circiter 130 comprehendit radices, quarum nulla in brevem vocalem desinit, intermediam syllabam य addit (v. *r.* 304.), ante quam radix puram retinet formam. Exempla sunt मा *Atm. metiri,* डी *Atm. volare,* सू *Atm. generare,* क्षिप् *conjicere,* कुश् *amplecti,* नृत् *saltare,* quae in prima pers. Praes. formant माये, डीये, सूये, क्षिप्यामि, कुश्यामि, नृत्यामि (v. Tab. ad *r.* 324.).

330. ॠ finale ante य transit in ईर् (v. *r.* 54.), atque ओ finale abjicitur; e. c. जीर्यामि *senesco* a जॄ, द्यामि *abscindo* a दो.

331[a]. Quae in अम् et इव् desinunt radices, una cum मद् *ebrium esse,* vocalem suam ante य producunt, e. c. दीव्यामि *ludo* a दिव्, क्राम्यामि *incedo* a क्रम्, भ्राम्यामि *circumvagor* a भ्रम्, माद्यामि *ebrius sum.*

331[b]. Penultima nasalis ante य ejicitur, e. c. भ्रश्यामि *cado,*

---

*) Omnes hae formae vocalem आ formae primitivae abjecerunt, atque तिष्ठ् et जिघ्र् reduplicativam continent syllabam (v. reduplicationis leges 368. 2. et 4. atque euphoniae legem 80.), non tamen regulae 307. subjiciuntur. Etiam पिव् per reduplicationem ex पा ortum esse videtur, ita ut पिप् (ex पिपा abjecto आ) in पिव् transierit, litterâ प् transformatâ in व्, quod quidem in Sanscrito insolitum, in Pracrito autem usitatissimum est (cf. पिवामि cum Latino bibo). ध्मा et म्ना, abjecto आ, vocalem अ inter conjunctas inseruunt consonantes.

रज्यामि *tingo,* a भ्रंश्, रञ्ज्, quae solae hujusmodi radices sunt quartae classis.

332. मिद् *Par. amare* contra hujus classis usum *Gunam* sumit, e. c. मेद्यामि, मेद्यसि, मेद्यति. — जन् *Atm. nasci* finalem litteram ante य abjicit atque producta vocali compensat e. c. जाये *nascor*. व्यध् *Par. ferire* ante य corripitur in विध् (v. r. 325.), e. c. विध्यामि *ferio*.

CLASSIS SEXTA.

333. Sexta classis, quae circiter 140 comprehendit radices, अ vocalem addit sicut prima classis, a qua *Gunae* absentia differt. Vocalis इ in fine radicum ante intermediam अ vocalem transit in इय्, atque उ et ऊ mutantur in उव् (v. r. 51.), e. c. रियामि *eo* a रि, नुवामि *laudo* a नु, धुवामि *agito* a धू. Nulla hujus classis radix desinit in ई.

334. ऋ in fine radicum ante intermediam vocalem transit in रि, cujus इ ex lege 51. transit in इय् e. c. ध्रिये *permaneo.* — ॠ transit in इर् (v. r. 54.), e. c. गिरामि *deglutio* a गॄ radice, quae nonnunquam litterae र् supponit ल्, ita ut गिलामि, गिलसि etc. pro गिरामि, गिरसि dicatur.

335. Plures hujus classis radices, in consonantem desinentes, in specialibus temporibus nasalem inserunt litteram, quae organo finalis litterae accommodatur vel ex lege 15. *Anusvârâ* necessariâ exprimitur. Sunt: मुच्, लुप्, विद्, लिप्, सिच्, कृत्, खिद् et पिश्, e. c. मुञ्चामि, मुञ्चे *relinquo* (v. r. 304.), कृन्तामि *findo*.

336. प्रछ् *interrogare* et भ्रस्ज् *coquere* (v. r. 110[b].) ante intermediam vocalem corripiuntur in पृछ् et भृज्ज् (v. r. 325.), e. c. पृच्छामि (v. r. 88.), भृज्जामि.

337. इष् *desiderare* specialia tempora format ex इछ्, e. c. इच्छामि (v. r. 88.).

CLASSIS DECIMA.

338. Decima classis, quae permagnum comprehendit radicum numerum, अय addit (v. *r.* 297.), atque radices in consonantem desinentes *Gunam* assumunt, e.c. चोरयामि, चोरयसि, चोरयति etc. a चुर् *furari* (v. Tab. ad *r.* 324.).*)

339. Quae in vocalem desinunt radices, paucae numero, *Vriddhim* sumunt pro *Guna* e.c. प्री, यु, धृ formant प्रायय (ex प्रै + अय), यावय (ex यौ + अय), धारय.

340. Quae अ vocalem ante simplicem consonantem habent radices, a consonante incipientes, hanc vocalem maximam partem producunt, non solum in specialibus, sed etiam in generalibus temporibus, e.c. ग्रासय, in generalibus temporibus ग्रासय्, a ग्रस् *deglutire.*

341. Radix कृत् *celebrare* vocalem ऋ immutat in ईर् formatque कीर्तय, कीर्तय्.**)

342. Nonnullae radices cum media vocali ऋ, *Gunam* non admittunt, ita मृग् *quaerere,* स्पृह् *desiderare* formant मृगय, मृगय्, स्पृहय, स्पृहय्.

CONJUGATIO SECUNDA.

CLASSIS SECUNDA.

343. Secunda classis, quae circiter 70 radices comprehendit, sine ullo additamento terminationes proxime cum radice conjungit, quam ob rem jure pro primitiva haberi potest. Formae auctae (v. *r.* 308.) vocalem radicalem *Gunae* incremento afficiunt, उ finale autem ante terminationes, quae a consonante incipiunt, *Vriddhim*

---

*) De radicibus cum penultima nasali v. *r.* 110[a].

**) Forsterus duas statuit radices, कृत् et कीर्त्.

sumit pro *Guna*. Exempla sunt hae radices, quibus secundam sing. et pl. personam apponimus: भा *splendere* भासि, भाथ; इ *ire* एषि, इथ; वी *id.* वेषि, वीथ; स्तु *laudare* स्तौषि, स्तुथ; सू *Atm. generare* सूषे, सूध्वे; जागृ *vigilare* जागर्षि*), जागृथ; विद् *scire* वेत्सि, वित्थ**); वच् *dicere* वक्षि, वक्थ***); वश् *velle* वक्षि, उष्ठ****); द्विष् *odisse* द्वेक्षि, द्विष्ठ†); सस् *dormire* सस्सि, सस्थ; लिह् *lambere* लेक्षि, लीढ††); दुह् *mulgere* धोक्षि, दुग्ध†††); v. Tab. ad *r.* 324.

344. Radix दरिद्रा *pauperem esse* (v. *r.* 108.) in omnibus formis puris (v. *r.* 308.) आ finale abjicit, ita quidem ut terminationes personarum a consonante incipientes, atque Modi potentialis syllabam या, intermedia vocali इ sibi adjungat. Flectitur igitur: Praes. दरिद्रामि, -सि, -ति, दरिद्रि-वस्, -थस्, -तस्, -मस्, -थ, दरिद्रति. Potent. दरिद्रियाम् etc. Imperat. दरिद्राणि, दरिद्रिहि, दरिद्रातु, दरिद्राव, दरिद्रितम्, दरिद्रिताम्, दरिद्राम, दरिद्रित, दरिद्रतु (v. *r.* 307.). Praet. augm. 1. अदरिद्राम्, अदरिद्रा-स्, -त्, अदरिद्रि-व, -तम्, -ताम्, -म, -त, अदरिद्रुस् (v. *r.* 323.).

345. पा *imperare Par.* format in 3. pers. pl. Praet. augm. 1. ad arbitrium अपान् vel अपुस् (v. *r.* 47.).

346. इ *ire* sola hujus classis est radix, desinens in इ vocalem, quam *Parasmaipadum* contra euphon. *r.* 51. ante vocales terminationum in य् immutat pro इय्. Flectitur igitur: Praes. एमि, एषि, एति; इवस्, इथस्, इतस्; इमस्, इथ, यन्ति. Potent. इयाम् etc. Imperat. अयानि (ex ए + आनि), इहि, एतु; अयाव (ex ए + आव), इतम्, इताम्; अयाम (ex ए + आम), इत, यन्तु. Praet. augm. 1. आयम् (ex ऐ + अम् v. *r.* 318.), ऐस्, ऐत्; ऐव, ऐतम्, ऐताम्; ऐम, ऐत, आयन्. In *Atmanêpado* haec radix nonnisi cum praepositione अधि conjuncta usur-

---

*) v. *r.* 101[a]. **) v. *r.* 83. c. ***) v. *r.* 86. ****) v. *r.* 98. et 361. †) v. *r.* 99. ††) v. *r.* 102. †††) v. *r.* 103.

patur atque *legere* significat. इ vocalis in hac voce ante vocales regulariter in इय् transit, quod cum antecedente अधि format अधीय्, inde Praes. अधीये, अधीषे (ex अधि + इषे), अधीते; अधीवहे, अधीयाथे, अधीयाते; अधीमहे, अधीध्वे, अधीयते. Potent. अधीयीय (v. *r.* 311.), अधीयीथास्, अधीयीत (v. Gloss.) etc. Imper. अध्ययै (ex अधि + अयै ex ए + ऐ), अधीष्व, अधीताम् etc. Praet. augm. 1. अध्यायि (ex अधि + आयि ex ऐ + इ v. *r.* 318.), अध्यैथास्, अध्यैत, अध्यैवहि, अध्यायाथाम् (ex अधि + ऐ + आथाम्) etc.*)

347. Quae in ई, उ et ऊ desinunt radices, has vocales, in formis p u r i s, ex euphon. lege 51. ante vocales flexionum in इय् et उव् immutant, e.c. वियन्ति *eunt* a वी, नुवन्ति *laudant* a नु, ब्रुवन्ति *dicunt* a ब्रू.

348. शी *Atm. jacēre, dormire* contra regulam *Gunae* incremento instruitur in omnibus specialium temporum personis; e.c. शये (ex शे + ए), शेषे, शेते (cf. κεῖται), शेवहे etc. Praeterea hanc habet anomaliam, quod in tertia pers. Praes. Imp. et Praet. augm. 1. र् inseritur inter radicem et regularem terminationem, ad analogiam Potentialis, ubi रन् regularis est terminatio; dicitur igitur शेरते *jacent*, शेरताम् *jacento*, अशेरत *jacebant, jacuerunt*.

349. Radix reduplicata दीधी *Atm. splendere* quia plures continet syllabas, finale ई ante vocales in solum य्, non in इय् immutat, e.c. दिध्यते *splendent*. In Potentiali ई radicale cum ई charactere contra *r.* 50°). coalescit, e.c. दीधीय, दीधीवहि, दीधीमहि. In Imperat.

---

*) Wilkinsius in hujus aliorumque verborum flexione saepissime ab euphoniae et generalibus conjugationis regulis aberrat, formatque e.c. एसि pro एषि; यानि, याव, याम pro अयानि, अयाव, अयाम (v. *r.* 313.), in Praes. Atm. 1. p. अध्ये pro अधीये, in Imper. अध्यै pro अध्ययै, in Praet. augm. 1. अध्यै pro अध्यायि.

prima pers. trium numerorum contra *r.* 313. *Gunam* omittit, inde दीध्यै, दीध्यावहै, दीध्यामहै pro दीधयै etc.

350. Radices नु, स्तु *laudare* et रु *sonare* in iis formis auctis, quarum terminatio a vocali incipit, intermediam vocalem ई inserere possunt, quo facto, propter hoc incrementum vocalis radicalis non *Vriddhim* accipit, sed leviorem *Gunam;* e.c. a नु venit Praes. नौमि, नौषि, नौति vel नवीमि, नवीषि, नवीति. Imper. नौतु vel नवीतु. Praet. अनौस्, अनौत् vel अनवीस्, अनवीत्.

351. Radix polysyllaba ऊर्णु *tegere*, quae ex lege 52. उ finale ante vocales in उव् immutat, in iis formis auctis, quarum terminatio a consonante incipit, aut ex lege 343. vocalem finalem in ejus *Vriddhim*, aut, propter fortiorem suam formam, in leviorem *Gunam* immutare potest, e.c. ऊर्णौमि vel ऊर्णोमि.

352. Radix ब्रू *Par. Atm.*, in specialibus temp. solum usitata, in iis auctis formis, quarum terminatio a consonante incipit, intermediam vocalem ई inserit, ante quam ऊ vocalis non *Vriddhim* sed *Gunam* sumit (cf. *r.* 350.); e.c. ब्रवीमि, ब्रवीषि, ब्रवीति, ब्रूवस्, ब्रूथस् etc. In Imperativo praeter puram regulâ 314. praescriptam formam ब्रूहि invenitur etiam aucta forma ब्रवीहि (*Ardschuni reditus* III. 12.); sed contra, neglecta regula 308. *b.* in 1. pers. Praes. loco auctae *formae* ब्रवीमि usurpatur quoque ब्रूमि (Ram. ed. Schleg. Lib. 2. XIX. 4.). In prima pers. Praet. augm. 1. saepissime puram formam अब्रुवम्, nunquam auctam अब्रवम् (ex अब्रो + अम्) inveni, de qua re vid. *r.* 324.

Annot. Formas obsoletas ब्रवीहि et ब्रूमि nonnisi ex metri necessitate usurpatas esse censeo; eandem ob causam dicitur etiam कुर्मि pro करोमि et दद्मि pro ददामि (Ram. ed. Schleg. Lib. 2. XII. 33. Lib. 1. XXIX. 15.).

353. जागृ *Par. vigilare,* quae sola hujus classis radix est in ऋ desinens, quia reduplicativam continet syllabam, regulis 307. et 323.

est subjecta. Radices vocali ऋ vel diphthongo terminatae in hac classe non inveniuntur.

354. Radices रुद् *flere,* स्वप् *dormire,* अन्, श्वस् *respirare* et जक्ष् *edere* intermediam vocalem इ inserunt inter radicem et personarum terminationes a consonante incipientes. In Praeterito augm. 1. terminationes sing. स् et त्, quae ex *r.* 320. supprimendae essent, ad arbitrium aut अ aut ई interposito cum radice conjunguntur. Potentialis a generali regula non recedit. E.c. a रुद् venit Praesens: रोदिमि, रोदिषि, रोदिति; रुदिवस्, रुदिथस्, रुदितस्; रुदिमस्, रुदिथ, रुदन्ति *). Potent. रुद्याम् etc. Imperativus: रोदानि, रुदिहि, रोदितु; रोदाव, रुदितम्, रुदिताम्; रोदाम, रुदित, रुदन्तु. Praet. augm. 1. अरोदम्, अरोदस् vel अरोदीस्, अरोदत् vel अरोदीत्; अरुदिव, अरुदितम्, अरुदिताम्; अरुदिम, अरुदित, अरुदन्. Eandem conjugationis normam sequuntur स्वप्, अन् et श्वस्. Radix जक्ष् autem praeterea regulis reduplicatarum radicum 307. et 323. subjecta est; format igitur जक्षति *edunt,* जक्षतु *edunto,* अजक्षुस् *ederunt.*

Annot. Radicem जक्ष् explicandam esse puto ex घस् ejusdem significationis, reduplicativâ syllabâ ज (v. *r.* 368. 2.) et ejecta vocali अ, quam ob rem घ् littera cum स् composita in क्ष transit (v. *r.* 83. *c.*), quo fit, ut स् ad analogiam legis 101[a]). transeat in ष्. Radix घस् eandem transformationem subit in puris formis Praet. reduplicativi e. c. जक्षिम *edimus* pro जघसिम.

355. अद् *Par. edere* in Praet. augm. 1. personarum signa non abjicit (v. *r.* 320.), sed interposita vocali अ sibi adjungit; inde आदस्, आदत्.

356. विद् *Par. scire* in Praesente usurpare potest terminationes Praeteriti reduplicativi, ita ut conjugetur: Sing. वेद, वेत्थ, वेद; Du. विद्व, विदथुस्, विदतुस्; Plur. विद्म, विद, विदुस् **); vel regula-

*) Cf. latinam tertiam conjugationem *leg-i-s, leg-i-t, leg-i-mus, leg-i-tis, leg-unt.*

**) Cf. graecum οἶδα et Gothicum, Sing. *vait, vaist, vait;* Du. 1. *vitu,* 2. *vituts;* Plur. *vitum, vitut, vitun.*

riter वेद्मि, वेत्सि etc. Imperativus aut regulariter format वेदानि, विद्धि, वेत्तु etc., aut circumscribitur, ita ut विदाम्, qui est Accusativus sing. abstracti substantivi, cum Imperativo radicis कृ *facere* construatur (cf. *r.* 457.), veluti विदां कुरु *fac actionem sciendi.* Potentialis est विद्याम् etc. Praet. augm. 1. अवेदम्, अवेत् vel अवेस् (v. *r.* 321.), अवेत्; अविदु etc.

357. हन् *Par. occidere* in iis formis puris, quarum terminatio a vocali incipit, अ radicale ejicit et ह् litteram in घ् transformat atque in secunda pers. Imperativi, ad evitandas duas gutturales, format जहि pro हहि*) (cf. *r.* 368. 2.). Ceterum est regulare; inde Praes. हन्मि, हंसि (v. *r.* 15.), हन्ति; हन्वस्, हथस्*), हतस्*); हन्मस्, हथ*), घ्नन्ति. Potent. हन्याम् etc. Imperat. हनानि, जहि, हन्तु; हनाव, हतम्*); हताम्*); हनाम, हत*), घ्नन्तु. Praet. अहनम् vel अघ्नम् (vid. *r.* 324.), अहन्, अहन् (v. *r.* 320.); अहन्व, अहतम्*), अहताम्*); अहन्म, अहत, अघ्नन्.

358. Radix वच् caret tertia persona pl. Praesentis et Imperativi; in universum haec radix in specialibus temporibus rarissime est in usu atque apud scriptores nusquam a me deprehensa. Nam ब्रू (vid. *r.* 352.) et वच् vicissim ita sese compensant, ut prius in specialibus temporibus et participio Praes. posterius in generalibus temporibus, participiis Praet., Infinitivo et Gerundio frequentissime inveniatur.**)

359. मृज् *Par. purificare* in formis auctis utitur *Vriddhi* loco *Gunae*, atque sic auctam formam ad arbitrium etiam ad tertiam pers. pl. Praes. Imper. et Praet. augm. 1. extendit, inde मार्जन्ति,

*) v. *r.* 92. *b.*

**) Wilkinsius format contra *r.* 83. *a.* in prima pers. वक्मि, वक्वस्, वक्मस्, अवक्व, अवक्म, ubi Forsterus format, ut regula jubet, वच्मि, वच्व etc.

मार्जन्तु, अमार्जन् vel मृजन्ति etc. Littera ज् finalis sequitur *r.* 89. *b.*; e. c. मार्ष्टि *purificat.* Secunda et tertia pers. sing. Praet. augm. 1. sonant अमार्ट् pro अमार्ज् ex euph. lege 59. (v. etiam *r.* 320. et annot. ad *r.* 57.).

360. Radices ईड् *Atm. laudare* et ईश् *Atm. dominari* inserunt intermediam vocalem इ inter radicem et secundae pers. terminationes से, ष्व, ध्वे, ध्वम् (cf. *r.* 354.); inde Praes. ईडिषे, ईडिध्वे, ईशिषे, ईशिध्वे. Imper. ईडिष्व, ईडिध्वम्, ईशिष्व, ईशिध्वम्. Praet. augm. 1. ऐडिध्वम्, ऐशिध्वम् (v. *r.* 318.). Secundum Wilkinsium pro ऐडिध्वम्, ऐशिध्वम् etiam sine इ interposito dici potest ऐड्ढ्वम्, tam ab ईड् quam ab ईश् ex euphoniae legibus 91. et 98. *c.* quarum ratio quoque habenda est in reliquis ab intermedia vocali इ vacuis personis.

361. वश् *Par. velle* in p u r i s formis (v. *r.* 308.) corripitur in उश्, e. c. primae pers. Praes. वश्मि, उश्वस्, उश्मस्; Potent. उश्याम्, उश्याव, उश्याम. Imper. वशानि, वशाव, वशाम (v. *r.* 308. *b.*); Praet. augm. 1. अवशम्, औश्व (ex अ + उश्व ex lege 318.), औश्म. Secundam pers. sing. Imperat. Forsterus facit उड्ढि (v. *r.* 98. *c.*), Wilkinsius ऊढि ad analogiam formae लीढि pro लिड्ढि (vid. *r.* 102. *a.* et annot.).

362. चक्ष् *Atm. dicere* ante consonantes terminationum, व् et म् exceptis (v. *r.* 83. *a.*), penultimam pro ultima littera abjicit (cf. *r.* 84.) inde Praes. 1. p. चक्षे, 2. चक्षे (e चष् + से v. *r.* 99.), 3. चष्टे; Dual. 1. p. चक्ष्वस् etc.

363. शास् *Par. regere* in iis formis p u r i s (v. *r.* 308.), quarum terminatio a त् vel थ् incipit, आ vocalem in इ immutat, cujus vi euphonica स् finale in ष् transformatur (cf. *r.* 101[a].), quo efficitur ut त् et थ् in lingualem ordinem transeant (v. *r.* 91.). Praeterea in tertia pers. pl. शास् sequitur normam radicum reduplicatarum in *r.* 307. et 323. expositam. Conjugatur igitur: Praes. शास्मि, शास्सि, शास्ति;

शास्वस्, शिष्ठस्, शिष्टस्; शास्मस्, शिष्ठ, शासति. Potent. शास्याम् etc. Imper. शासानि, शाद्धि vel शाधि (v. r. 100. a.), शास्तु; शासाव, शिष्टम्, शिष्टाम्; शासाम, शिष्ट, शासतु. Praet. augm. 1. अशासम्, अशात् vel अशास् (v. r. 322.), अशात्; अशास्व, अशिष्टम्, अशिष्टाम्; अशास्म, अशिष्ट, अशासुस्.

364. Radices कंस्, निंस्, निञ्ज्, शिञ्ज् vulgo scribuntur sine nasali कस् etc. (v. r. 110[a)].).

365. Radix अस् *esse* in formis puris (v. r. 308.) vocalem अ abjicit; excipiuntur solum Praet. augm. 1. ubi अ radicale cum augmento अ in आ coalitum ubique retinetur, deinde secunda pers. sing. Imper. quae sonat एधि, quod fortasse vi assimilationis ultimae इ vocalis ortum est ex अधि vel आधि pro अद्धि, ut लीढि pro लिड्ढि (v. annot. ad r. 102.), cf. देहि, धेहि in r. 371. In secunda pers. Praes. dicitur असि pro अस्सि (cf. doricum ἐσσί) atque characteres स् et त् Praeteriti augm. 1. intermedia vocali ई cum radice conjunguntur (cf. r. 354.). Integra *Parasmaipadi* conjugatio est:

	PRAESENS.			IMPERATIVUS.		
	Sing.	Dual.	Plur.	Sing.	Dual.	Plur.
1.	अस्मि	स्वस्	स्मस्	असानि	असाव	असाम
2.	असि	स्थस्	स्थ	एधि	स्तम्	स्त
3.	अस्ति	स्तस्	सन्ति	अस्तु	स्ताम्	सन्तु

	POTENTIALIS.			PRAETERITUM.		
1.	स्याम्	स्याव	स्याम	आसम्	आस्व	आस्म
2.	स्यास्	स्यातम्	स्यात	आसीस्	आस्तम्	आस्त
3.	स्यात्	स्याताम्	स्युस्	आसीत्	आस्ताम्	आसन्

366. In *Âtmanêpado*, quod nonnisi cum praepositionibus व्यति (वि + अति v. r. 111.) conjunctum invenitur, item अ vocalis in formis

puris, Praeterito augm. 1. excepto, abjicitur atque स् sibilans ex euphoniae lege 80. in ष् immutatur. Praeterea ante secundae personae terminationes से et स्व etiam स् radicale abjicitur (cf. असि) ita ut sola terminatio remaneat. In prima pers. sing. Praes. स् radicale anomalum in modum transit in ह्. Flectitur igitur: Praes. व्यति-हे, -षे, -ष्टे; -ष्वहे, -षाथे, -षाते; -ष्महे, -ड्ढे vel -ध्वे, -षते. Potent. व्यति-षीय etc. Imper. व्यत्यसै, व्यति-ष्व, -ष्टाम्; व्यत्यसावहै, व्यति-षाथाम्, -षाताम्; व्यत्यसामहै, व्यति-ड्ढम् vel -ध्वम्, व्यति-षताम्. Praet. augm. 1. व्यत्यासि, व्यत्यास्थास्, व्यत्यास्त; व्यत्यास्वहि, व्यत्यासाथाम्, व्यत्यासाताम्; व्यत्यास्महि, व्यत्याड्ढम् vel व्यत्याध्वम्, व्यत्यासत.

367. Praeter tempora specialia अस् nonnisi in Praeterito reduplicato usurpatur, nunquam tamen seorsum, sed semper in constructione cum Accusativo substantivi abstracti, ad circumscribendum Praeteritum verborum attributivorum (v. *r.* 457.). Attamen a re non alienum erit hic apponere Praeteritum redupl. radicis अस् in utraque activa Voce.

	PARASMAIPADUM.			*ATMANÉPADUM.*		
	Sing.	Dual.	Plur.	Sing.	Dual.	Plur.
1.	आस	आसिव	आसिम	आसे	आसिवहे	आसिमहे
2.	आसिथ	आसथुस्	आस	आसिषे	आसाथे	आसिध्वे (ढ्वे)
3.	आस	आसतुस्	आसुस्	आसे	आसाते	आसिरे

CLASSIS TERTIA.

368. Haec classis circiter viginti comprehendit radices, quae praeter ऋ omnes a consonante incipiunt. Character hujus classis est syllaba reduplicativa; repetitur enim initialis radicis consonans una cum ejus vocali, quae tamen, si longa est, corripitur, atque si est ऋ, suppletur vocali इ; e. c. ददा a दा *dare,* बिभृ a भृ *ferre.* —

Radicalis syllaba in formis auctis (v. *r.* 308.) *Gunae* incrementum sumit. Quod ad repetendam consonantem attinet, hae statuuntur leges, quae praevalent in omnibus occasionibus, ubi reduplicatio adhibetur.

1) Pro aspirata littera ponitur respondens Tenuis, surda pro surda et sonora pro sonora, e. c. दधा a धा.

2) Pro gutturali littera ponitur respondens non aspirata Palatina, i. e. surda च् pro surdis क्, ख्; sonora ज् pro sonoris ग्, घ्, ह्; e. c. चिकि a कि, जिघ् a घ्, जुहु a हु.

3) Ex duabus vel pluribus conjunctis consonantibus una tantum repetitur, et quidem prima, nisi est sibilans (श्, ष्, स्), ita tamen, ut etiam antecedentium legum ratio habeatur; e. c. जिह्री a ह्री.

4) Ex duabus vel pluribus conjunctis consonantibus, quarum prior est sibilans (श्, ष्, स्), secunda quaepiam alia consonans, semivocalibus et nasalibus exceptis, semper secunda repetitur, ratione habita legum 1. et 2.; e. c. चस्कन्द् a स्कन्द्, चुश्चुत् a श्चुत्, चुश्च्युत् a श्च्युत्, टिष्ठीव् a ष्ठीव्, तस्थल् a स्थल्, पस्पश् a स्पश्, पुस्फुट् a स्फुट्.*) — Sibilans littera autem repetitur, si cum semivocali vel nasali est conjuncta;**) ita dicitur शुश्रु, non रुश्रु a श्रु, सस्वन् a स्वन्, सिष्णिह् a स्निह् (v. *r.* 80.), सिस्मि a स्मि.

369. ऋ *Par. ire,* quae sola est hujus classis radix a vocali incipiens, in repetita syllaba hanc vocalem supplet per इय्, quod, ubi vocalem antecedit, sicut in इयर्मि, ex इ secundum *r.* 51. explicari potest (cf. बिभृ in *r.* 368.). Retinetur vero इय् etiam ante ऋ, e. c.

---

*) Haec exempla non ad tertiam pertinent classem, sed aliis formis illustrandis inserviunt, quae reduplicatione utuntur.

**) Cum alia sonora consonante sibilantes, quippe quae surdae sint, nunquam componuntur.

इय्रति, itemque in Praet. augm. 1. ubi इ ex lege 318. cum augmento coalescit in ऐ, quod ante vocalem in आय् dissolvendum esset; ita dicitur ऐयरम् ex ऐय् + अरम्, non आयरम् ex ऐ + अरम्. Flectitur igitur, Praes.: इयर्मि, इयर्षि, इयर्ति; इयृवस्, इयृथस्, इयृतस्; इयृमस्, इयृथ, इय्रति. Potential. इयृयाम् etc. Imperat. इयराणि, इयृहि, इयर्तु; इयराव, इयृतम्, इयृताम्; इयराम, इयृत, इय्रतु. Praet. ऐयरम्, ऐयर्, ऐयर्; ऐयृव, ऐयृतम्, ऐयृताम्; ऐयृम, ऐयृत, ऐयरुस्.

370. हा *Par.*, cum reduplicatione जहा, in formis puris (vid. *r.* 308.) vocalem आ immutat in ई, quod sicut in *r.* 305. ante vocales abjicitur; praeterea etiam in Potentiali vocalis radicalis abjicitur (cf. *r.* 371.), atque in secunda pers. sing. Imper. ई corripi potest in इ. Inde, Praesens: जहामि, जहासि, जहाति; जहीवस्, जहीथस्, जहीतस्; जहीमस्, जहीथ, जहति.*) Potent. जह्याम् etc. Imper. जहानि, जहीहि vel जहिहि, जहातु; जहाव, जहीतम्, जहीताम्; जहाम, जहीत, जहतु.*) Praet. augm. 1. अजहाम्, अजहास्, अजहात्; अजहीव, अजहीतम्, अजहीताम्; अजहीम, अजहीत, अजहुस्**).

हा *Atm. ire* et मा *Atm. metiri* item in formis puris, (i. e. in omnibus praeter primam personam trium numerorum Imperativi) आ radicali substituunt ई, quod, sicut in *r.* 305. ante vocales abjicitur; praeterea etiam in syllaba reduplicativa habent इ. E.c. जिहे, जिहीषे, जिहीते; जिहीवहे, जिहाथे, जिहाते etc. accurate sicut युने cl. 9. in Tab. ad *r.* 324.

371. Radices दा *Par. Atm. dare* et धा *Par. Atm. ponere* vocalem आ in formis puris, secunda pers. sing. Imperativi excepta, vocalem आ abjiciunt atque formae दद् et दध् ante consonantes terminationum generalem euphoniae legem 83. sequuntur, ita tamen, ut ध् cum

---

*) v. *r.* 307.

**) v. *r.* 323.

sequente त् vel थ् non द्ध् formet, quod lege 83.*d*[α]). praescribitur, sed त्, त्थ्; aspiratio autem, ubi ध् in त् vel द् immutatur, ad reduplicativam syllabam referatur (cf. *r.* 83.*d*[β]).), e.c. धत्तस् ex दध् + तस्, धद्ध्वे ex दध् + ध्वे. — In secunda pers. sing. Imperat. *Par.* reduplicativa syllaba supprimitur atque vocalis in ए transit, ut equidem puto, ex vi assimilationis sequentis syllabae हि, inde देहि, धेहि pro ददाहि, दधाहि (cf. *r.* 439.). En integra radicis धा in specialibus temporibus conjugatio: *)

	PARASMAIPADUM.			*ATMANÈPADUM.*		
	Sing.	Dual.	Plur.	Sing.	Dual.	Plur.
	PRAESENS.					
1.	दधामि	दध्वस्	दध्मस्	दधे	दध्वहे	दध्महे
2.	दधासि	धत्थस्	धत्थ	धत्से	दधाथे	धद्ध्वे
3.	दधाति	धत्तस्	दधति	धत्ते	दधाते	दधते
	POTENTIALIS.					
1.	दध्याम् etc.			दधीय etc.		
	IMPERATIVUS.					
1.	दधानि	दधाव	दधाम	दधै	दधावहै	दधामहै
2.	धेहि	धत्तम्	धत्त	धत्स्व	दधाथाम्	धद्ध्वम्
3.	दधातु	धत्ताम्	दधतु	धत्ताम्	दधाताम्	दधताम्
	PRAET. AUGM. I.					
1.	अदधाम्	अदध्व	अदध्म	अदधि	अदध्वहि	अदध्महि
2.	अदधास्	अधत्तम्	अधत्त	अधत्थास्	अदधाथाम्	अधद्ध्वम्
3.	अदधात्	अधत्ताम्	अदधुस्	अधत्त	अदधाताम्	अदधत

*) Eandem normam sequitur दा, omissa tantummodo aspiratione, e.c. ददाति, दत्तस्, ददति.

372. हु *Par. sacrificare* in Praesente ante वस् et मस् terminationes vocalem उ abjicere potest, dicitur igitur जुहुवस्, जुहुमस् vel जुह्वस्, जुह्मस्.

373. भी *timere* et ह्री *pudere* solae sunt hujus classis radices in ई desinentes; posterior ex euphoniae lege 52. vocalem ई ante vocales in इय् immutat, cf. जिह्रियति *erubescunt* cum बिभ्यति *timent.*

374. Radices निज् *purificare,* विज् *separare* atque विष् *dividere,* syllabam reduplicativam *Gunâ* augent, atque in prima persona Imperativi trium numerorum utriusque Vocis radicalem syllabam contra r. 313. puram retinent; e.c. नेनेज्मि, pl. नेनिज्मस्. Imper. नेनिजानि, नेनिजाव, नेनिजाम, नेनिजै, नेनिजावहै, नेनिजामहै.

375. जन् *Par. generare* secundae pers. Praes. terminationem सि interposita vocali इ sibi adjungere potest, inde जजंसि (v. r. 15.) vel जजनिषि. In iis puris formis, quarum terminatio a vocali incipit, अ radicale ejicitur, inde in tertiis pers. pl. जज्ञति, जज्ञतु, अजज्ञुस् (v. r. 93.) pro जजनति etc. Littera न् finalis, ubi ex euphoniae lege 92. b. abjicitur, producta antecedente vocali compensatur; e.c. जजाथस्, जजातस्, जजाहि.

376. भस् *Par. splendere, reprehendere* sicut जन् in iis formis puris, quarum flexio a vocali incipit, अ radicale ejicit, quo facto, भ् ante स् ex lege 83. c. in प् transit, et aspiratio, ad analogiam r. 371. ad reduplicativam syllabam recedit, inde in tertiis pers. pl. भप्सति, भप्सतु, अभप्सुस् pro बभसति etc.

CLASSIS SEPTIMA.

377. Haec classis, quae circiter 24 comprehendit radices consonante terminatas, nasalem inserit eam, quae finalis consonantis organo respondeat, vel a r. 15. postuletur. In formis auctis autem (v. r. 308.) inserta nasalis in syllabam न excrescit, quae euphoniae

regulae 94ᵃ). subjicitur, qua, conditionibus ibi expositis, dentalis in lingualem transformatur nasalem. Exempla sunt भिद् *findere*, रुध् *cohibere*, विच् *dividere*, कृत् *vestire*, पिष् *conterere*, हिंस् *offendere*, *occidere*, quae in primis personis utriusque vel usitatae Vocis efficiunt: भिनद्मि, भिन्द्वस्, भिन्द्मस्, भिन्दे, भिन्द्वहे, भिन्द्महे; रुणध्मि, रुन्ध्वस्, रुन्ध्मस्, रुन्धे, रुन्ध्वहे, रुन्ध्महे; विनच्मि, विञ्च्वस्, विञ्च्मस्, विञ्चे, विञ्च्वहे, विञ्च्महे; कृणत्मि, कृन्त्वस्, कृन्त्मस्; पिनष्मि, पिंष्वस् (v. *r.* 15.), पिंष्मस्; हिनस्मि, हिंस्वस्, हिंस्मस्.

378. Quae in त् et द् desinunt radices, has litteras in formis puris ante त् et थ् terminationum, et ad arbitrium etiam ante ध् abjiciunt (v. annot. ad *r.* 84.); e.c. कृन्तस् pro कृन्त्तस् *ambo vestiunt*, कृन्थ pro कृन्त्थ *vestitis* a rad. कृत्, भिन्द्धि vel भिन्धि *finde* a radice भिद्. ध् radicale ante त्, थ् et ध् ad arbitrium item abjicitur, ita tamen ut, quod ad aspirationem attinet, euphoniae legis 83. dᵃ). ratio habeatur; e.c. रुन्द्ध vel रुन्ध (ex रुन्ध् + थ) *cohibetis*, रुन्द्धे vel रुन्धे (ex रुन्ध् + ते) *cohibet* a rad. रुध्.

379. Radices भञ्ज्, अञ्ज्, उन्द् et इन्ध्, quanquam jam primitive nasalem litteram habent, quam in generalibus quoque temporibus retinent, nihilo minus ad septimam classem referuntur, cujus normam eo sequuntur, quod nasalis earum in formis auctis in syllabam न excrescit, e.c. भनज्मि, भनक्षि, भनक्ति, भञ्ज्वस्, भङ्क्थस्, भङ्क्तस् etc. a भञ्ज् *frangere*.

380. Radix तृह् *Par. ferire, occidere* inserendam nasalem in formis auctis, primis personis Imperativi et Praet. augm. 1. sing. exceptis, in णे immutat pro ण; inde Praes. तृणेह्मि, तृणेक्षि, तृणेढि, तृंह्वस्, तृण्ढस्, तृण्ढस् (v. *r.* 102.) etc. Potent. तृंह्याम् etc. Imper. तृणहानि, तृण्ढि, तृणेढु, तृणहाव, तृण्ढम्, तृण्ढाम् etc. Praet. augm. 1. अतृणहम्, अतृणेट्, अतृणेट् (v. *r.* 320.), अतृंह्व etc.

CONJUGATIO TERTIA.

CLASSIS QUINTA.

381. Haec classis, circiter 30 comprehendens radices, syllabam नु addit, quae in formis auctis *Gunam* sumit. Quae in consonantem desinunt radices, ex euphoniae lege 52. vocalem उ ante vocales in उव् immutant. Exempla sint शक् *Par. posse,* तृप् *Par.**) *exhilarare,* कृ *Par. Atm. ferire, occidere,* मि *Par. Atm. conjicere.* Hae radices formant in tertia pers. trium numerorum Praes. atque in secunda sing. Imperativi: शक्नोति, शक्नुतस्, शक्नुवन्ति, शक्नुहि; तृप्नोति, तृप्नुतस्, तृप्नुवन्ति, तृप्नुहि; कृणोति (v. *r.* 94[a].), कृणुतस्, कृण्वन्ति, कृणु (v. *r.* 314.); कृणुते, कृण्वाते, कृण्वते, कृणुष्व; मिनोति, मिनुतस्, मिन्वन्ति, मिनु (v. *r.* 314.), मिनुते, मिन्वाते, मिन्वते, मिनुष्व. Radices in vocalem desinentes ante characteres व् et म् formarum purarum vocalem उ abjicere possunt, e.c. चिनुवस्, चिनुमस्, चिनुवहे, चिनुमहे vel चिन्वस्, चिन्मस्, चिन्वहे, चिन्महे; अचिनुव, अचिनुम, अचिनुवहि, अचिनुमहि vel अचिन्व, अचिन्म, अचिन्वहि, अचिन्महि.

CLASSIS OCTAVA.

382. Haec classis decem comprehendit radices, quae praeter कृ (v. *r.* 383.) omnes in न् vel ण् desinunt nasalem. Radici additur उ vocalis, quae in formis auctis *Gunae* incremento in ओ transit atque in formis puris ante characteres व् et म् abjici potest (vid. Tab. ad *r.* 324.).

383. कृ *Par. Atm. facere* in formis auctis non solum additam vocalem उ sed etiam radicalem syllabam *Gunâ* induit; in formis puris

---

*) Radix तृप् contra *r.* 94[a]. dentalem nasalem adjectae syllabae retinet, qua in re cum क्षुभ् Cl. 9. convenit. Radix हि ab eadem regula eo recedit quod र् praepositionis प्र efficit ut न् intermediae syllabae in ण् transeat, inde प्रहिणोमि.

autem ऋ ubique in उर् transit atque ante characteres व् et म् formarum purarum et ante य् Potentialis *Parasmaipadi* adjecta vocalis उ semper abjicitur. Inde: *Par.* Praesens: करोमि*), करोषि, करोति; कुर्वस्, कुरुथस्, कुरुतस्; कुर्मस्, कुरुथ, कुर्वन्ति. Potentialis: कुर्याम् etc. Imperativus: करवाणि, कुरु, करोतु; करवाव, कुरुतम्, कुरुताम्; करवाम, कुरुत, कुर्वन्तु. Praeteritum: अकरवम्, अकरोस्, अकरोत्; अकुर्व, अकुरुतम्, अकुरुताम्; अकुर्म, अकुरुत, अकुर्वन्. *Atm.* Praesens: कुर्वे, कुरुषे, कुरुते; कुर्वहे, कुर्वाथे, कुर्वाते; कुर्महे, कुरुध्वे, कुर्वते. Potentialis: कुर्वीय etc. Imperativus: करवै, कुरुष्व, कुरुताम्; करवावहै, कुर्वाथाम्, कुर्वाताम्; करवामहै, कुरुध्वम्, कुर्वताम्. Praeteritum: अकुर्वि, अकुरुथास्, अकुरुत; अकुर्वहि, अकुर्वाथाम्, अकुर्वाताम्; अकुर्महि, अकुरुध्वम्, अकुर्वत.

CONJUGATIO QUARTA.

384. Quarta conjugatio solum ex nona classe constat, quae syllabam नी addit (v. *r.* 305.), quae in formis auctis in ना transit. Comprehendit circiter 52 radices. De secunda pers. sing. Imperativi *Par.* radicum in consonantem desinentium v. *r.* 316. Exemplum sit यु *ligare* (v. Tab. ad *r.* 324.).

385. Radices भ्री, री, ली, व्री, व्ली, धू, पू, लू, ॠ, कॄ, गॄ, जॄ, दॄ, नॄ, पॄ, भॄ, वॄ, शॄ, स्तॄ longam vocalem radicalem corripiunt; e. c. भ्रिणाति (vid. *r.* 94[a].), भ्रिणीतस्, भ्रिणन्ति, भ्रिणीते, भ्रिणाते, भ्रिणते a भ्री *sustentare.*

386. ज्या *tabescere,* ग्रह् *sumere* et ज्ञा *scire* corripiuntur in जि, गृह् (cf. *r.* 325.) et ज्ञा, e. c. जिनाति, जिनीतस्, जिनन्ति; गृह्णाति (vid. *r.* 94[a].), गृह्णीतस्, गृह्णन्ति; जानाति, जानीतस्, जानन्ति. — Radix क्षुभ् contra regulam 94[a]. न् intermediae syllabae non in ण् immutat, e. c. क्षुभ्नामि (cf. तृप् in *r.* 381.).

*) De forma कुर्मि pro करोमि v. *r.* 325.

387. Radices कुन्थ्, ग्रन्थ्, बन्ध्, मन्थ् et श्रन्थ् nasalem radicalem ejiciunt; e.c. बध्नाति, बध्नीतस्, बध्नन्ति a बन्ध् *ligare*.

FORMATIO TEMPORUM GENERALIUM*).

PRAETERITUM AUGMENTATUM MULTIFORME VEL SECUNDUM.

388. Radici anteponitur अ augmentum, quod cum sequente vocali secundum *r.* 318. coalescit, atque, ubi hoc tempus in constructione cum particula prohibitiva मा vel मा स्म Imperativi vice fungitur, plerumque abjicitur. Quod ad reliquam hujus temporis formam attinet, septem discernuntur formationes, quarum quattuor priores, in quibus verbum substantivum cum radice conjunctum video, plus vel minus cum graeco Aoristo primo conveniunt, quinta et sexta cum secundo Aoristo, atque septima, quae post augmentum reduplicativam ponit syllabam, cum Plusquamperfecto.

FORMATIO PRIMA.

389. *a*) Radix componitur cum Praeterito augm. 1. radicis अस् *esse*, ejecto आ vocali ex अ augmento et अ radicali conflata; ita ut सम्, सीस्, सीत् etc. ponatur pro आसम्, आसीस्, आसीत्**). Tertia pers. pl. *Par.* sumit उस् terminationem pro अन्, ita ut सुस् magis cum आसुस् Praet. reduplicati conveniat. स् littera verbi substantivi tam in hac quam in reliquis formationibus, conditionibus *r.* 101*). expositis in ष् transit (cf. *r.* 80. et 366.) e.c. अनैषम् a नी *ducere*, अपाक्षम् a पच् *coquere*.

---

*) in quibus classium differentiae disparent, v. *r.* 297.

**) Augmentum, quia radici attributivae anteponitur, superfluum esset in adjecto verbo substantivo, cujus अ radicale, etiam ubi seorsum usurpatur, certa lege abjicitur (v. *r.* 365.).

b) Ante consonantes terminationum, nasalibus et semivocalibus exceptis (v. *r.* 83. *a.*) स् abjicitur, si quaepiam, praeter nasales et semivocales, consonans littera vel brevis vocalis antecedit; ita क्षिप् *conjicere* format in 1. et 2. pers. du. *Par.* अक्षैप्तम्, अक्षैप्ताम् pro अक्षैप्स्तम्, अक्षैप्स्ताम्; in 2. pers. pl. *Atm.* अक्षैब्ध्वम्, in prima autem pers. du. et pl. utriusque Vocis अक्षैप्स्व, अक्षैप्स्म, अक्षिप्स्वहि, अक्षिप्स्महि. A कृ *facere* et मन् *putare* venit in 2. et 3. pers. sing. *Atm.* अकृथास्, अकृत (pro अकृष्थास्, अकृष्ट), अमंस्थास्, अमंस्त (v. *r.* 15.).

c) Dentalis ध् littera terminationis ध्वम्, ubi quaepiam alia vocalis quam आ ei antecedit, in respondentem lingualem ढ् transit, e. c. a स्तु *laudare* venit अस्तोड्ढ्वम्, mutato स् in ड् ex euphoniae lege 101. *a.*, vel abjecto स्, quod eadem lex admittit, अस्तोढ्वम् pro अस्तोध्वम्.

Personarum terminationes, cum littera स् verbi substantivi conjunctae, sunt igitur:

	PARASMAIPADUM.			ATMANÊPADUM.		
	Sing.	Dual.	Plur.	Sing.	Dual.	Plur.
1.	सम्	स्व	स्म	सि	स्वहि	स्महि
2.	सीस्	स्तम्, तम्	स्त, त	स्थास्, थास्	साथाम्	ढ्वम्, ध्वम्, ड्ढ्वम्
3.	सीत्	स्ताम्, ताम्	सुस्	स्त, त	साताम्	सत

MUTATIO VOCALIS RADICALIS.

390. In *Parasmaipado* vocalis radicalis *Vriddhim* sumit; in *Atmanêpado* radices, quae in vocalem praeter ऋ desinunt, habent *Gunam*, eae autem quae consonante vel ऋ finiuntur, puram retinent vocalem. Exempla sint hae radices, quarum primam et secundam personam pl. utriusque vel usitatae Vocis apponimus: चि *colligere.* अचैष्म, अचैष्ट, अचेष्महि, अचेढ्वम् vel अचेड्ढ्वम् (v. *r.* 389. *c.*); धू *agitare,*

अधौष्म, अधौष्ट, अधोष्महि, अधोढ्वम् vel अधोढ्वम्; स्तृ *sternere*, अस्तार्ष्म, अस्तार्ष्ट, अस्तृष्महि, अस्तृढ्वम् (v. *r.* 389. *b. c.*); पच् *coquere*, अपाक्ष्म, अपाक्त (v. *r.* 86.); दह् *urere*, अधाक्ष्म, अदाग्ध, अधाक्ष्महि, अधाग्ध्वम् (v. *r.* 103.); बुध् *noscere*, अभौत्स्म, अबौद्ध (v. *r.* 83. *c. d*[α]. et *d*[β].); तुद् *vexare*, अतौत्स्म, अतौत्त, अतुत्स्महि, अतुद्ध्वम्; सृज् *dimittere*, असाक्ष्म, असाष्ट (vel अस्राक्ष्म, अस्राष्ट v. *r.* 34[b].), असृक्ष्महि, असृड्ढ्वम् (v. *r.* 89. et 91.).

391. Integrae conjugationis paradigmata sint: नी *Par. Atm. ducere*, कृ *Par. Atm. facere*, क्षिप् *Par. Atm. conjicere*, मन् *Atm. putare* (v. Tab. ad *r.* 428.).

ANOMALIAE.

392. Radix दी *Atm. perire Gunae* loco vocalem ई immutat in आ, inde अदासि, अदास्थास्, अदास्त etc. pro अदेषि etc.

393. Radices in ॠ desinentes in *Parasmaipado* secundam formationem sequuntur, in *Atmanêpado* autem praeter secundam etiam primam form. admittunt, ita tamen, ut contra regulam 390. *Gunam* non assumant sed vocalem ॠ in ईर्, et, antecedente labiali, in ऊर् immutent (cf. *r.* 54.) e. c. अकीर्षि a कॄ, अबूर्षि a बॄ.

394. भ्रस्ज् *coquere* (v. *r.* 110[b].) substituit भर्ज् (cf. *r.* 336.) quod in *Atmanêpado* contra *r.* 390. *Gunam* sumit; inde अभार्क्षम्, अभार्क्षीस् etc. vel अभ्राक्षम् etc. (v. 34[b].); अभर्क्षि, अभर्ष्ठास् vel अभ्रक्षि, अभ्रष्ठास् (v. *r.* 89. *b.*)*).

395. मस्ज् (v. *r.* 110[b].) *submergi* inserta nasali format अमाङ्क्षम्, अमाङ्क्षीस् etc. pl. अमाङ्क्ष्म, अमाङ्क्त (v. *r.* 89. *a.*), अमाङ्क्षुस्.

396. नह् *ligare* substituit नध्; inde अनात्सम्, अनात्सीस्, अनात्सीत् etc. *Atm.* अनत्सि, अनद्धास्, अनद्ध etc. (v. *r.* 83. *d*[α].).

---

*) अभ्राक्षम् et अभ्रक्षि etiam e भ्रज् explicari possent, quod lege 390. *Vriddhi* transiret in भ्राज्.

397. वह् *Par. vehere* in personis, quae ex lege 389. स् verbi substantivi ejiciunt, आ vocalem, i. e. *Vriddhim* vocalis अ, ante ढ (ex ह् + त् vel थ् v. *r.* 102. *a.*) in ओ immutat (cf. annot. 1. ad *r.* 254.); flectitur igitur: अवाक्षम्, अवाक्षीस्, अवाक्षीत्, अवाक्ष्व, अवोढम्, अवोढाम्; अवाक्ष्म, अवोढ, अवाक्षुस्. — Eandem normam sequitur सह् *Atm.* ubi secundum primam formationem flectitur; e. c. असोढ *pertulit.*

FORMATIO SECUNDA.

398. स् littera verbi substantivi cum terminationibus personalibus conjungitur intermedia vocali अ, quae ante terminationes व, म, वहि, महि producitur, atque ante अम्, अन्, इ, अन्त abjicitur (cf. *r.* 304.). En integrum schema:*)

	PARASMAIPADUM.			*ATMANÊPADUM.*		
	Sing.	Dual.	Plur.	Sing.	Dual.	Plur.
1.	सम्	साव	साम	सि	सावहि	सामहि
2.	सस्	सतम्	सत	सथास्	साथाम्	सध्वम्
3.	सत्	सताम्	सन्	सत	साताम्	सन्त

399. Radices, quae hanc formationem sequuntur, omnes in श् ष् vel ह् desinunt atque इ, उ vel ऋ habent vocalem radicalem, quae in utraque Voce pura retinetur. Finales radicum litterae श्, ष् et ह् ex euphoniae legibus, 98, 99, 102. *b.* et 103. *b.* in क् transeunt, quam ob rem स् transformatur in ष् (v. *r.* 101*). et cf. *r.* 80.). Paradigmata sint दिश् *monstrare*, त्विष् *splendere* et गुह् *abscondere* (v. Tab. ad *r.* 428.).

*) Wilkinsius perperam ponit सुस्, स्वहि, स्महि primae formationis terminationes pro सन्, सावहि, सामहि.

400. Nonnullae radices, quae in *Parasmaipado* secundam tantum formationem sequuntur, in *Atmanêpado* ad arbitrium primam vel secundam sequuntur; e.c. लिह् *lambere* format अलिक्षि, अलिक्षथास्, अलिक्षत vel secundum primam formationem अलिक्षि, अलीढास्, अलीढ (v. *r.* 389. *b.* et euph. *r.* 102. *a.*).

FORMATIO TERTIA.

401. स् littera verbi substantivi cum radice conjungitur intermedia vocali इ, cujus vi euphonica स् transit in ष् litteram, cui, sicut in prima formatione, proxime adjunguntur terminationes personales. In secunda et tertia pers. sing. *Par.*, ubi स् et त् ex euphoniae lege 57. cum antecedente ष् non conjungi possent, ष् ejicitur, atque personarum characteres स् et त् cum radice ipsa, intermedia vocali ई conjunguntur (cf. *r.* 354. et 365.). En integrum schema:

	PARASMAIPADUM.			*ATMANÊPADUM.*		
	Sing.	Dual.	Plur.	Sing.	Dual.	Plur.
1.	इषम्	इष्व	इष्म	इषि	इष्वहि	इष्महि
2.	ईस्	इष्टम्	इष्ट	इष्ठास्	इषाथाम्	इढ्वम्, इध्वम्, इड्ढ्वम्
3.	ईत्	इष्टाम्	इषुस्	इष्ट	इषाताम्	इषत

MUTATIO VOCALIS RADICALIS.

402. Quae in vocalem desinunt radices, in *Par. Vriddhim* et in *Atm. Gunam* sumunt; e.c. अपाविषम्, अपविषि a पू, अस्वारिषम्, अस्वरिषि a स्वृ. Consonante terminatae radices in utraque Voce *Gunam* sumunt, legis 34[a)]. ratione habita; e.c. अवेदिषम् a विद्, अतेजिषि a तिज्, अदीपिषम् a दीप्. Integrae conjugationis paradigmata sint जन् *generare* et बुध् *scire* (v. Tab. ad *r.* 428.).

EXCEPTIONES.

403. Radices श्वि *crescere,* ऊर्णु *tegere* et जागृ *vigilare,* in *Par.* usitatae, *Gunam* sumunt loco *Vriddhis,* inde अश्वयिषम्, और्णविषम्, अजागरिषम् pro अश्वायिषम् etc.

404. दीधी et वेवी *Atm.* ante intermedium इ radicalem vocalem abjiciunt, inde अदीधिषि, अवेविषि pro अदीधयिषि, अवेवयिषि.

405. Radices नू *Par. laudare,* धू *Par. agitare,* गू *Par. alvum exonerare,* ध्रू *Par. firmum esse,* कू *Atm. sonare* sine *Vriddhi* vel *Guna* ऊ finale ex euphoniae lege 51. in उव् immutant; e.c. अनुविषम्, अकुविषि.

406. Radices in ॠ *desinentes* atque वृ *Par. Atm. eligere* in *Atmanêpado* ad arbitrium aut इ aut ई sumunt intermediam vocalem; e.c. अकरिषि vel अकरीषि a कॄ, अवरिषि vel अवरीषि a वृ.

407. Plures sextae classis radices *Gunam* quam *r.* 402. praescribit non admittunt; e.c. अत्रुटिषम् a त्रुट् *findere.*

408. Radices quae अ vocalem ante simplicem habent consonantem, म्, य् et ह् exceptis, maximam partem अ vocalem ad arbitrium producere possunt; e.c. अपटिषम् vel अपाटिषम् a पट् *legere.* Quae in र् vel ल् desinunt radices, una cum वद् *Par. dicere* et व्रज् *Par. ire* semper अ producunt; e.c. अचारिषम् a चर् *ire,* अचालिषम् a चल् *se movere.*

409. हन् *Par. occidere* suppletur radice वध् ex qua formatur अवधिषम्. Cum praepositionibus tamen conjunctum हन् etiam in *Atmanêpado* secundum primam formationem flectitur, abjecta littera न् ante स्; inde अहसि, अहथास्, अहत (v. *r.* 389. *b.*), अहस्वहि etc.

FORMATIO QUARTA.

410. Haec formatio a prima eo differt, quod adjectum verbum substantivum in *Parasmaipado* reduplicativam sumit syllabam, habentem

इ vocalem, cujus vi euphonica alterum स् in ष् mutatur; e.c. सिषम्, सिष्वहि, सिष्महि. In secunda et tertia persona, ubi ex euphoniae lege 57. स् et त् characteres cum सिष् vel सिस् non conjungi possent, ad analogiam primae formationis dicitur सीस्, सीत्. *Atmanêpadum* secundum primam formationem flectitur. En integrum schema *Parasmaipadi*:

	Sing.	Dual.	Plur.
1.	सिषम्	सिष्व	सिष्म
2.	सीस्	सिष्टम्	सिष्ट
3.	सीत्	सिष्टाम्	सिषुस्

411. Hanc formationem sequuntur plurimae radices in आ, ए et ओ atque omnes in ऐ desinentes. Vocalis आ nullam subit immutationem, diphthongi autem in आ transeunt; e.c. अव्यासिषम्, अच्छासिषम्, अत्रासिषम् a व्ये, छो (v. euph. *r.* 60.), त्रै. — Radices मि *conjicere* et मी *occidere* item vocalem suam finalem in आ immutant, inde अमासिषम्, अमासिषि. E radicibus consonante terminatis nonnisi tres, in म् desinentes, hanc formationem sequuntur, scilicet नम् *Par. inclinare,* यम् *Par. refraenare,* रम् *Par. Atm. delectari;* e.c. अरंसिषम् (v. *r.* 15.)*). Conjugationis paradigmati inserviant या *Par. Atm. ire* et सो *Par. destruere* (v. Tab. ad *r.* 428.).

FORMATIO QUINTA.

412. *a*) Personarum terminationes, omisso verbo substantivo, proxime cum radice conjunguntur, ita ut haec formatio a Praet. augm. 1. nonnisi suppressis classium proprietatibus distinguatur; conferatur e.c. अदाम् cum अददाम् (a दा Cl. 3.) *dare,* अभूत् cum अभवत्

*) In *Atm.* अरंसि secundum primam formationem.

(ex अभो-अ-त् a भू Cl. 1 *esse*), quae eandem inter se habent rationem ac Graecorum ἐδίδων et ἔδων, ἔφυον et ἔφυν.

b) *Atmanêpadum* primam sequitur formationem, ita tamen ut ad analogiam *r.* 389. *c.* स् littera ante terminationes त, थास्, ढ्वम्, quod semper pro ध्वम् ponitur, abjiciatur. En integrum schema:

PARASMAIPADUM.				ATMANÊPADUM.		
	Sing.	Dual.	Plur.	Sing.	Dual.	Plur.
1.	अम्	व	म	इषि	इष्वहि	इष्महि
2.	स्	तम्	त	इथास्	इषाथाम्	इढ्वम्
3.	त्	ताम्	उस्	इत	इषाताम्	इषत

413. Ad hanc formationem praeter radicem भू nonnisi paucae radices in आ, ए vel ओ desinentes pertinent. Diphthongi ए et ओ transformantur in आ atque una cum आ primitivo ante उस् tertiae pers. pl. et ante intermedium इ *Atmanêpadi* supprimuntur; e. c. अधाम्, अधास्, अधात्, अधिव etc. a धे *bibere*, असाम् etc. a सो *destruere*. Paradigmati inserviat radix दा (v. Tab. ad *r.* 428.).

414. Radix भू *esse* in *Atmanêpado* omnino sequitur tertiam formationem, inde अभविषि, अभविष्ठास्, अभविष्ट etc. *Parasmaipadum* hanc habet anomaliam, quod in tertia pers. pl. अन् sumit terminationem pro उस्, atque ante vocales terminationum ऊ radicale in ऊव् transformat pro उव्, inde: अभूवम्, अभूस्, अभूत्; अभूव, अभूतम्, अभूताम्; अभूम, अभूत, अभूवन्.

FORMATIO SEXTA.

415. Haec formatio a praecedente eo distinguitur, quod inter radicem et personarum terminationes inseritur अ vocalis, quae eam

quae regulâ 104. est exposita, legem sequitur.*) En integrum schema:

PARASMAIPADUM.				ATMANÊPADUM.		
	Sing.	Dual.	Plur.	Sing.	Dual.	Plur.
1.	अम्	आव	आम	ए	आवहि	आमहि
2.	अस्	अतम्	अत	अथास्	एथाम्	अध्वम्
3.	अत्	अताम्	अन्	अत	एताम्	अन्त

416. Quae in consonantem desinunt radices, nullam subeunt mutationem vocalis suae, quo haec formatio differt a Praeterito augmentato 1. classis primae; conferatur e.c. असृपम् cum असर्पम् a सृप् cl. 1. *ire.* — Usurpatur haec formatio in quibusdam radicibus sextae classis, quae ex lege 335. in specialibus temporibus nasalem inserunt, quâ ejectâ discrimen a Praeterito augm. uniformi efficitur; conferatur e.c. अमुचम् cum अमुञ्चम् a मुच् cl. 6. *dimittere.* — Vocales आ, इ et ए in fine radicum abjiciuntur; ऋ transit in अर्, atque ॠ in ईर्; e.c. अश्वम् a श्वि *crescere,* अधम् a धे *bibere,* असरम् a सृ *ire,* अजीरम् a जॄ *senescere, confici.* Aliae vocales finales in hac formatione non occurrunt. Paradigmati inserviant लिप् *Par. Atm. illinere* et ख्या *Atm. dicere* (v. Tab. ad *r.* 428.).

417. Nonnullae primae et sextae classis radices, quae in specialibus temporibus formis vicariis supplentur, Praeteritum multiforme propria e radice efficiunt secundum लिप्; conferatur e. c. अगमम् cum अगच्छम् a गम् cl. 1. *ire* (v. *r.* 327.).

---

*) Haec formatio accuratissime cum graecis Aoristis sicut ἔτυπ-ο-ν, ἔτυπ-ε-ς convenit, quippe qui item vocalem brevem intermediam ponant inter radicem et personarum characteres.

418. In *Atmanêpado* haec sexta formatio parum usitata est, atque radices, quae eam in *Parasmaipado* adhibent, in *Atm.* maximam partem aut primam aut tertiam formationem assumunt.

419. Plures radices primae classis, quae in reliquis temporibus nonnisi *Atmanêpadum* usurpant, in Praet. multif. etiam *Parasmaipadum* secundum sextam formationem admittunt, in *Atmanêpado* autem tertiam formam assumunt (cf. *r.* 418.) e.c. द्युत् *splendere* format अद्युतम्, अद्योतिषि.

420. Radices वच् *dicere*, रध् *offendere*, शास् *regere*, अस् *conjicere*, नश् *perire*, पत् *cadere* substituunt वोच्, रन्ध्, शिष् (cf. *r.* 363.), स्थ्, नेश्, पप्त् (cf. *πίπτω*) e.c. अवोचम्, अरन्धम् etc. नश् etiam regulariter format अनशम्.

FORMATIO SEPTIMA.

421. Personarum terminationes, sicut in sexta formatione, intermedia vocali अ conjunguntur cum radice, cujus initium post augmentum repetitur, qua in re haec forma Graecorum Plusquamperfecto respondet, e.c. अशिश्रियम् a श्रि *ire* (v. euph. *r.* 52.).

422. Quae a consonante incipiunt radices eam aut ejus vicariam (v. *r.* 368.) repetunt, una cum vocali radicali, quae, si longa est, corripitur aut in radice ipsa aut in repetita syllaba, ita ut duae hae syllabae inter se teneant quandam aequilibrii rationem, quae cum ea convenit, quae secundum *r.* 300[*]. inter radicem et personarum terminationes constat. Nonnullae radices ad arbitrium utramque admittunt speciem, tam eam quae repetitam quam eam quae radicalem syllabam habet longam; e.c. अतूतुणम् vel अतुतूणम् a तूण् cl. 10., अशीशिलम् vel अशिशीलम् a शील् cl. 10. Plurimae tamen, hanc Praet. formationem exhibentes radices, nonnisi alterutram admittunt speciem, ita quidem ut formae cum longa repetita syllaba longe sint

usitatissimae; e.c. अशीशिकम्, non अशिशीकम् a शीक् Cl. 10.; अतूतुलम्, non अततूलम् a तूल् Cl. 10.

423. Sequuntur hanc formationem: 1. radices, श्रि, श्वि, द्रु, स्रु*), कमु, quae repetitam syllabam positione habent longam, e.c. अदुद्रुवम् (v. euph. *r.* 52.). 2. Omnes radices decimae classis et Causalia, quippe quae in forma cum decima classi (v. *r.* 297.) conveniant.**) Radices decimae classis et Causalia additamentum अय्, quod secundum *r.* 297. etiam ad Temp. generalia extenditur, abjiciunt, ceteroquin autem hoc Praet. non ex primitiva radicis forma sed ex ea efficiunt, quam radix *Gunae* vel alio incremento et euphoniae legibus ante adjectum अय् assumit, e.c. चुर् format अचूचुरम् ex चोरय् abjecto अय् (v. *r.* 425. *b.*), तिज् format अतीतिजम् ex तेजय्, मी format अमीमयम् ex मायय् (v. *r.* 425. *a.*). Attamen radices in उ vel ऊ desinentes, nisi a semivocali, labiali vel ज् littera incipiunt, in repetita syllaba ऊ sumunt, vel, ante duas consonantes, उ; e.c. नु in forma causali format अनूनवम् e नावय्; च्यु Cl. 10. format अचुच्यवम् e च्यावय्. Quae a semivocali, labiali vel ज् incipiunt radices, उ vel ऊ terminatae, generalem sequuntur regulam; e.c. यु *Atm.* format अयीयवे e यावय् (vid. *r.* 425. *a.*), भू Cl. 10. format अबीभवम् ex भावय्.

424. Radices cum penultima ऋ huic vocali in repetita syllaba substituunt अ (cf. *r.* 430.) e.c. मृग् format अममृगम् e मृगय् omissâ *Gunâ* (v. *r.* 342.). Eae autem radices, quae ex generali decimae classis et Causalium lege *Gunam* sumunt, longam syllabam quam *Guna* अर् cum sequente consonante positione format (ut धर्षय् a धृष्) ad arbitrium eo corripere possunt, quod *Guna* अर् ad primitivam

---

*) स्रु frequentius primam assumit formationem.

**) De Causalium formatione hujus Praeteriti proprio suo loco fusius agetur (vid. *r.* 526. et sq.).

ipsius potestatem ऋ reducitur, quo facto, suppressa radicalis syllabae longitudo ad repetitam syllabam transfertur, quae hanc ob causam ई accipit (vid. *r.* 425. *a.*) pro अ; e.c. अद्धर्षम् vel अदीधृषम् a धर्षय् e धृष्.

425. Quanquam formae cum longa reduplicativa et brevi radicali syllaba longe sunt adamatissimae et frequentissimae, non tamen repetita syllaba extremum longitudinis gradum admittit, id quod ex sequentibus apparet legibus:

a) आ, quae gravior est vocalis quam ई (v. *r.* 308. *a.*) in repetita syllaba suppletur per ई; conferatur e.c. अपीपलम् a पालय् cum अववातम् a वातय्. — Nonnullae radices quae अ vocalem radicalem in decima Classi vel causali forma non producunt, tamen in repetita syllaba ponunt ई; e.c. अजीगणम् a गणय् e गण् Cl. 10., अजीगमम् a गमय्, quod est Causale radicis गम्.

b) Diphthongi in repetita syllaba transeunt in cognatam simplicem vocalem longam, atque in radice ipsa corripiuntur in respondentem simplicem vocalem brevem (v. annot. ad *r.* 33.); e.c. अरूरुजम् a रोजय् e रुज्. Ubi altera adhibetur species (v. *r.* 422.), repetita syllaba habet brevem vocalem, cognatam diphthongo, radicalis syllaba autem diphthongum retinet e.c. अचिखेटम् a खेटय् e खेट्.

c) Duplex longitudo, vocalis naturâ et positione effecta, in repetita syllaba non admittitur, quam ob rem radices a duabus consonantibus incipientes in repetita syllaba longas vocales ई et ऊ in इ et उ corripiunt; e.c. अचुक्रूसम् pro अचूक्रूसम् a क्रूसय् e क्रूस्.*)

---

*) Radices a छ् incipientes, quia ex euph. lege 60. litterae छ् post vocalem brevem repetitae syllabae respondentem Tenuem anteponunt, eandem sequuntur analogiam; e.c. अचिच्छदम् a छादय् e छद्. Quae, quod rarissime accidit, radicalem syllabam longam non corripiunt radices, a duabus consonantibus incipientes, jam e generali lege 422. in repetita syllaba

426. Quae a vocali incipiunt radices, consonantem finalem repetunt cum इ, atque vocalis initialis coalescit cum augmento, ratione habita regulae 318; e.c. आटिटम् - आ(टि)टम्, ऐडिडम् - ऐ(डि)डम्, औचिचम् - औ(चि)चम् (v. r. 368. 2.) ab अटय्, ईडय्, उचय् ex अट्, ईड्, उच्.

427. Radices a vocali incipientes, si in duas desinunt consonantes, ultimam repetunt atque penultimam adjungunt vocali radicali, quae cum augmento coaluit; e. c. आञ्जिगाम् - आञ्(जि)गाम् ab अङ्गय् ex अङ्ग्.

428. Paradigma conjugationis sit चोरय् a चुर् *furari* in adjuncta Tabula, quae septem formationum Praeteriti multiformis praebet conspectum.

PRAETERITUM REDUPLICATIVUM.

429. Personarum terminationibus a consonante incipientibus intermedia vocalis इ anteponitur, paucis radicibus exceptis (v. r. 430.). In *Atmanêpado* 2. personae pl. terminatio ध्वे scribi potest ढ्वे, quod praecipue in radicibus vocali terminatis usu receptum est. Ante terminationem थ (in 2. p. sing. *Par.*) plurimae radices in vocalem desinentes intermedium इ ad arbitrium aut ejicere aut retinere possunt; e. c. चिचेथ vel चिचयिथ a चि (v. r. 436.).

430. Radices कृ *facere*, सृ *ire*, भृ *ferre*, वृ *eligere*, द्रु *currere*, श्रु *audire*, स्तु *laudare* intermedium इ non admittunt atque in *Atmanêpado* semper ढ्वे usurpant pro ध्वे; e. c. चकर्थ, चकृव, चकृम; चकृमहे, चकृढ्वे. — Plures in consonantem desinentes radices इ intermedium ad arbitrium inserunt vel omittunt; e. c. सिषिध्व, सिषिध्म vel सिषिधिव, सिषिधिम a सिध् (v. r. 80.).

---

vocalem brevem ponunt; positione effecta longitudo autem non supprimi potest; e. c. अचिक्रीसम् a क्रीसय् e क्रीस्.

M MULTIFORI

.[1])

RADIX.		Singularis 2.	Pluralis 1.	Pluralis 2.	Pluralis 3.
नी	अ	अनेष्ठास्	अनेष्महि	अनेढ्वम्[9])	अनेषत
कृ	अ	अकृथास्	अकृष्महि	अकृढ्वम्	अकृषत
क्षिप्	अ	अक्षिप्थास्	अक्षिप्स्महि	अक्षिब्ध्वम्	अक्षिप्सत
मन्	·	अमंस्थास्	अमंस्महि	अमन्ढ्वम्[10])	अमंसत
)A.[2])					
दिश्	अ	अदिक्षथास्	अदिक्षामहि	अदिक्षध्वम्	अदिक्षन्त
त्विष्	अ	अत्विक्षथास्	अत्विक्षामहि	अत्विक्षध्वम्	अत्विक्षन्त
गुह्[3])	अ	अघुक्षथास्	अघुक्षामहि	अघुक्षध्वम्	अघुक्षन्त
.[4])					
स्तु	अ	असविष्ठास्	असविष्महि	असविढ्वम्[11])	असविषत
बुध्	अ	अबोधिष्ठास्	अबोधिष्महि	अबोधिढ्वम्[11])	अबोधिषत
A.[5])					
या	अ	अयास्थास्	अयास्महि	अयाढ्वम्[10])	अयासत
सो	अ				
.[6])					
दा	अ	अदिथास्	अदिष्महि	अदिढ्वम्	अदिषत
.[7])					
लिप्	अ	अलिपथास्	अलिपामहि	अलिपध्वम्	अलिपन्त
ख्या	··	अख्यथास्	अख्यामहि	अख्यध्वम्	अख्यन्त
A.[8])					
लक्ष्	अ	अलक्षथास्	अलक्षामहि	अलक्षध्वम्	अलक्षन्त

[1]) v. r. 421-428. [9]) vel

431. Radices, quae a consonante incipiunt, eam aut ipsius vicariam, ratione habita regulae 368., repetunt una cum radicali vocali, quae, si longa est, corripitur.*) ऋ et ॠ in repetita syllaba supplentur vocali अ. E. c. विविश् a विश्, बुभूष् a भूष्, चक्राम् a क्राम्, जगाम् a गाम्, तितेप् a तेप्, डुढौक a ढौक, तस्थल् a स्थल्, तुष्टु**) a स्तु, सिष्णिह् a स्निह्**), पस्पृश् a स्पृश्.

432. Quae ab अ, इ vel उ incipiunt radices in simplicem consonantem desinentes, initialem vocalem repetunt, ita tamen, ut cum radicali syllaba ad analogiam *r.* 35. coalescat; e. c. आट् ex अ + अट्, ईष् ex इ + इष्, ऊख् ex उ + उख्. Excipitur Singularis *Par.*, quippe qui secundum *r.* 435. *Gunam* sumat, qua इ, उ in ए, ओ transeunt diphthongos, ante quas reduplicativae syllabae इ et उ ad analogiam *r.* 51. in इय् et उव् transeunt; e. c. इयेष, du. ईषिव, pl. ईषिम ab इष्; उवोख, du. ऊखिव, pl. ऊखिम ab उख्.

433. Radices quae initialem अ vocalem ante duas habent consonantes, atque radices cum initiali ऋ ante simplicem consonantem, in reduplicativa syllaba ponunt आ atque inter hanc et radicalem syllabam inserunt न् euphonicum; e. c. आनञ्च् ab अञ्च्, आनट्ट् ab अट्ट्, आनृध् ab ऋध् (cf. *r.* 431.).

434. Radices a longis vocalibus incipientes, atque eae quae initialem इ, उ vel ऋ ante duas consonantes habent, Praeteritum reduplicatum circumscribunt secundum *r.* 457.

435. Radices in simplicem consonantem desinentes in Singulari *Par.* breves vocales इ, उ et ऋ *Gunae* incremento augent (cf. *r.* 308.); e. c. विवेश a विश्, चुक्रोध a क्रुध्, ततर्प a तृप्.

436. Radices in vocalem desinentes, aut brevem aut longam,

---

*) De diphthongis corripiendis vid. annot. ad *r.* 33.

**) v. *r.* 80.

in prima pers. sing. *Par.* ad arbitrium *Vriddhim* sumunt vel *Gunam*, in secunda *Gunam*, in tertia semper *Vriddhim*; e.c. चि format 1.p. चिचाय (e चिचै + अ) vel चिचय (e चिचे + अ), 2.p. चिचेथ vel चिचयिथ, 3.p. चिचाय; धू format 1.p. दुधाव vel दुधव, 2.p. दुधोथ vel दुधविथ, 3.p. दुधाव.

437. Ubi *Gunae* vel *Vriddhis* incrementum propter graves terminationes non admittitur, i.e. in Duali et Plurali *Par.* tribusque *Atmanêpadi* numeris,*) vocales इ, ई, उ, ऊ, ऋ, ॠ in fine radicum euphoniae regulas 50-54. sequuntur, e.c. निन्यिम a नी (v. *r.* 50[a]).), सिस्मियिम a स्मि (v. *r.* 52.), चक्रुस् a कृ (v. *r.* 54.), सस्मरुस् non सस्म्रुस् a स्मृ**). — उ et ऊ tam post unam quam post duas consonantes in Praet. redupl. semper in उव् nunquam in solum व् transeunt, (v. *r.* 53.); ॠ semper in अर् transformatur (v. *r.* 54.). E.c. दुधुविम a धू, शुश्रुवुस् a श्रु, ववरुस् a वॄ, तस्तरुस् a स्तॄ.

438. *a*) आ finale cum terminatione अ primae et tertiae pers. sing. *Par.* anomalum in modum coalescit in औ atque ante alias a vocali incipientes terminationes abjicitur; e.c. दा *Par. Atm. dare* format: *Par.* ददौ, ददिथ vel ददाथ, ददौ; ददिव, ददथुस्, ददतुस्; ददिम, दद, ददुस्. *Atm.* ददे, ददिषे, ददे; ददिवहे, ददाथे, ददाते; ददिमहे, ददिध्वे (ढ्वे), ददिरे.

b) Eundem in modum flectuntur radices in quampiam diphthongum desinentes, quippe quae finali diphthongo substituant आ vocalem (cf. *rr.* 411, 413.), quae in syllaba redupl. corripitur in अ; e.c.

---

*) Intermedia vocalis इ in इव, इम etc., quia fere semper ponitur, quasi ad terminationem personalem ipsam refertur, ita ut haec vocalis vim terminationum in radicalem syllabam non infringat (cf. *r.* 300[a]).).

**) Hanc analogiam sequuntur omnes a duabus consonantibus incipientes radices in ऋ (v. *r.* 54.).

दधौ, दधिथ vel दधाथ, a धा pro धे; जगौ, जगिथ vel जगाथ, a गा pro गै; ससौ, ससिथ vel ससाथ a सा pro सो.

439. *a*) Radices a consonante incipientes, si अ vocalem ante simplicem consonantem habent, hanc vocalem in tertia pers. sing. *Par.* necessario atque in prima pers. ad arbitrium producunt; e. c. जगाम *ivit,* जगाम vel जगम *ivi* a गम्.

b) In Duali et Plur. *Par.* tribusque *Atmanêpadi* numeris, अ medium, suppressa reduplicatione, immutatur in ए, si quidem initialis et finalis radicis consonans sunt simplices atque initialis consonans neque व् est neque una earum consonantium, quae secundum *r.* 368. 1. et 2. in repetita syllaba vicaria utuntur littera. Secunda persona sing. *Par.* ante इथ eandem sequitur legem, ante थ autem, proxime cum radice conjunctum, reduplicationem et primitivam radicis vocalem retinet. Utraque forma ad arbitrium usurpatur; e. c. चेरिथ vel चचर्थ *ivisti* a चर्.

Annot. Rationem mutandae अ vocalis in ए in vi assimilationis litterae इ vel ए terminationum video, quae in *Atmanêpado,* praeter secundam et tertiam pers. Dualis, omnes a dictis vocalibus incipiunt, ut तेने, तेनिषे, तेने etc. a तन्. Hae terminationes *Atmanêpadi,* una cum iisdem primae personae du. et pl. et secundae pers. sing. *Parasmaipadi,* ut equidem puto, effecerunt ut radicalis syllabae अ vocalis in ए transierit diphthongum, quae, semel procreata, etiam in reliquas puras formas irrepsit, (v. *r.* 442.). Gravissimum hujus sententiae argumentum in secunda pers. sing. *Par.* invenimus, quippe quae, ante इथ, vocalem अ in ए immutet, ante थ autem retineat. — Ubi अ vocalis duabus consonantibus a terminationibus separatur, hac re vis assimilationis terminationum infringitur; e. c. बबन्धिम non बेन्धिम a बन्ध् *ligare.* Quod ad supprimendam reduplicationem attinet, rationem in eo sitam esse censeo, quod, ubi अ in diphthongum ए excrevit, ponderis diminutio in initio vocis necessaria fit, praesertim cum etiam personarum terminationes sint graves. In radicibus tamen, quae ex lege 368. vicaria utuntur littera vel e duabus consonantibus unam tantum repetunt, in sic constitutis radicibus, dico,

syllaba reduplicativa (quia magis differt a radice ipsa*) et quasi independens et necessaria ejus pars videtur esse) fortiori vinculo cum ea conjuncta est. Cum autem in modo descriptis radicibus, syllaba reduplicativa, semel cum radice conjuncta, non amplius ab ea disjungi possit**); in hac re causam esse puto qua dictae radices vi assimilationis terminationum resistunt. Non enim radix, ut jam supra monui, ante terminationes g r a v e s simul tam reduplicatione quam aucta vocali radicali aggravari potest.

440. Radices फल्, भज्, त्रप्, ग्रथ् et श्रथ्, quanquam conditionibus *r.* 439. *b.* non respondent, tamen in ibi dictis personis अ vocalem in ए immutant; e.c. फेलिम, त्रेपिमहे.

441. Radices त्रस्, भ्रम्, श्यम्, फण्, वम्, स्वन्, राज्, भ्राश्, राध्, quanquam conditionibus *r.* 439. *b.* non respondent, tamen in ibi dictis personis vocalem radicalem in ए transformare, aut generalem regulam sequi possunt; e.c. त्रेसिम vel तत्रसिम, भ्रेमिम vel बभ्रमिम. Attamen radix राध् cum praepositione आ conjuncta (आराध् *colere*) regularem tantum formam admittit, e.c. आरराधिम non आरेधिम.

442. Paradigmata integrae hujus Praeteriti conjugationis sint चि *colligere,* तुद् *vexare* et तन् *extendere.*

	PARASMAIPADUM.			*ATMANÊPADUM.*		
	चि *colligere.*					
	Sing.	Dual.	Plur.	Sing.	Dual.	Plur.
1.	चिचाय v. चिचय	चिच्यिव	चिच्यिम	चिच्ये	चिच्यिवहे	चिच्यिमहे
2.	चिचयिथ v. चिचेथ	चिच्यथुस्	चिच्य	चिच्यिषे	चिच्याथे	चिच्यिध्वे v. ढ्वे
3.	चिचाय	चिच्यतुस्	चिच्युस्	चिच्ये	चिच्याते	चिच्यिरे

*) e.c. in जगम् minus quam in चचर्, in सिस्मि minus quam in चिचि bis conspicimus radicem गम् et स्मि.

**) Excipiuntur radices, quas *r.* 410. et 411. memorant.

PARASMAIPADUM. **ATMANÊPADUM.**

तुद् *vexare.*

	Sing.	Dual.	Plur.	Sing.	Dual.	Plur.
1.	तुतोद	तुतुदिव	तुतुदिम	तुतुदे	तुतुदिवहे	तुतुदिमहे
2.	तुतोदिथ	तुतुदथुस्	तुतुद	तुतुदिषे	तुतुदाथे	तुतुदिध्वे v. ढ्वे
3.	तुतोद	तुतुदतुस्	तुतुदुस्	तुतुदे	तुतुदाते	तुतुदिरे

तन् *extendere.*

	Sing.	Dual.	Plur.	Sing.	Dual.	Plur.
1.	ततान vel ततन	तेनिव	तेनिम	तेने	तेनिवहे	तेनिमहे
2.	तेनिथ vel ततन्थ	तेनथुस्	तेन	तेनिषे	तेनाथे	तेनिध्वे vel ढ्वे
3.	ततान	तेनतुस्	तेनुस्	तेने	तेनाते	तेनिरे

ANOMALA.

443. जि *vincere* et हि *ire* Praet. redupl. formant ex गि et घि; e. c. जिगाय *vicit,* जिघाय *ivit.*

444. मि cl. 5., मी cl. 1. et मी cl. 9. formant Praet. redupl. e मा (cf. *r.* 411.), e. c. ममौ, ममिव, ममिम.

445. भू *esse* in syllaba reduplicativa ponit ब pro बु (v. *r.* 431.), deinde *Gunam* omittit atque vocalem ऊ ante vocales terminationum, sicut in *r.* 414., in ऊव् transformat pro उव्; e. c. in prima pers. बभूव, बभूविव, बभूविम, बभूवे, बभूविवहे, बभूविमहे.

446. ऋ *Par. ire* cum reduplicatione in tribus numeris format आर्*), inde आर, आरिथ, आर; आरिव etc.

447. Radices शॄ *rumpere,* पॄ *implere* et दॄ *dissecare,* in *Par.*

---

*) आर् proprie nonnisi Singulari convenit, ubi अ reduplicationis (v. *r.* 431.) cum *Vriddhi* vel *Guna* radicis in आर् coalescere debet. In Du. et Plur. expectaveris अर् (अरिव, अरथुस् etc.) ex अ reduplicationis, et र् in quod radicalis syllaba ऋ ante vocales transire deberet.

usitatae, in Duali et Plur. vocalem finalem ad arbitrium aut secundum *r.* 437. *b.* in अर् transformant aut in solum र् e. c. शशरिम vel शश्रिम·

448. तॄ *Par.* format Praet. redupl. ex तर्, ratione habita regulae 439., ita tamen ut in secunda pers. sing. solum तेरिथ dicatur, non ततर्थ· — जॄ *Par. senescere* aut eandem sequitur analogiam aut regulariter flectitur; e. c. जेरिम vel जजरिम·

449. E sex radicibus, quae in ए desinunt, solum धे et मे sunt regulares (v. *r.* 438.). — दे *Atm.* cum reduplicatione format दिगि, unde दिग्ये, दिगियषे etc. (sicut चि in *r.* 442.). — ह्वे *Par. Atm.* corripitur in हु (vel हू, cf. हूत in *r.* 610.) unde जुहाव vel जुहव, जुहोथ vel जुहविथ, जुहाव; Du. जुहुविव etc. Pl. जुहुविम etc. *Atm.* जुहुवे, जुहुविषे etc. (v. *r.* 437.).

450. व्ये *Par. Atm.* contra *r.* 438. non व्या substituit, sed in syllaba redupl. ponit वि (v. *r.* 431.) et in radice ipsa ए diphthongum ante vocales in अय्, ejusque *Vriddhim* ऐ in आय् dissolvit; e. c. विव्ययिथ *texisti,* विव्याय *texit.* In personis puris (cf. *r.* 308.) व्ये corripi potest in वि, eo quod ए finale abjicitur et semivocalis य् in respondentem vocalem transit (cf. *r.* 325.) e. c. विव्यिम (e विवि + इम) vel विव्ययिम (e विव्ये + इम)·

451. वे *Par. Atm. texere* aut regulariter format ववौ etc. (vid. *r.* 438. *b.*), aut in syllaba redupl. ponit उ et in radice ipsa ए diphthongum ejusque *Vriddhim* ऐ ante vocales terminationum levium (v. *r.* 300[a].) in अय् et आय् dissolvit; inde Sing. *Par.* उवाय vel उवय, उवयिथ, उवाय· Ante terminationes graves वे corripitur in उ, quod cum उ reduplicationis in ऊ coalescit. Hoc autem ऊ ante vocales terminationum transit in ऊव् pro उव् (v. *r.* 437. et cf. *r.* 445.) vel inter ऊ et vocales terminationum ponitur य् euphonicum (cf. *r.* 265. et 271.) inde ऊविव vel ऊयिव, ऊवथुस् vel ऊयथुस् etc.

452. Radices शश् *Par. silire* et दद् *Atm. dare* contra *r.* 439. reduplicationem et अ vocalem ubique retinent; e. c. शशशिम, ददिमहे, non शेशिम, देदिमहे.

453. Radices गम्, हन्, खन्, जन् et घस् vocalem अ ante terminationes graves (v. *r.* 300[a].) ejiciunt atque हन् praeterea litteram ह् in omnibus utriusque Vocis personis in घ् immutat (cf. *r.* 357.); e. c. 1. personae, जगाम vel जगम*), जग्मिव, जग्मिम a गम्; जघान vel जघन*), जघ्निव, जघ्निम, जघ्ने, जघ्निवहे, जघ्निमहे, a हन्**); चखान vel चखन, चख्निव etc. a खन्; जजान vel जजन, जज्ञिव etc. a जन्**); जघास vel जघस, जक्षिव etc. a घस्***).

454. Radices ग्रह्, प्रछ्, भ्रस्ज् (v. *r.* 110[b].) et व्रश्च् ante terminationes graves (v. *r.* 300[a].) corripiuntur in गृह्, पृछ्, भृस्ज्, वृश्च् (vid. *r.* 325.); e. c. ग्रह् format in 1. pp. जग्राह vel जग्रह, जगृहिव vel जगृह्व, जगृहिम vel जगृह्म, जगृहे etc.

455. *a*) Radices वच्, वद्, वप्, वश्, वस् cl. 1., et वह् in syllaba redupl. ponunt उ pro व, atque ante terminationes graves (v. *r.* 300[a].) etiam in radice ipsa syllabam व corripiunt in उ vocalem, quae cum उ reduplicationis coalescit in ऊ, cujus vi euphonica स् finale radicis वस् transit in ष् (cf. *rr.* 80. et 101[a].); e. c. उवाच vel उवच, ऊचिव, ऊचिम a वच्; उवास vel उवस, ऊषिव, ऊषिम a वस्.

b) Radix स्वप् *dormire* in syllaba redupl. ponit सु, atque ante terminationes graves (v. *r.* 300[a].) radicalem syllabam corripit in सुप्; e. c. सुष्वाप vel सुष्वप, सुषुपिव, सुषुपिम (v. euphon. *r.* 80.).

456[a]. Radix यज् in syllaba redupl. ponit इ atque ante terminationes graves (v. *r.* 300[a].) etiam in radice syllabam य corripit in इ, quod cum इ reduplicationis coalescit in ई; e. c. इयाज vel इयज, ईजिव, ईजिम; ईजे, ईजिवहे, ईजिमहे. — Radices व्यच्, व्यथ्, व्यध् et

*) v. *r.* 439. **) cf. *r.* 375. ***) v. euphon. *rr.* 83. *c.* et 101[a].

व्यध् in syllaba redupl. ponunt वि, atque radices व्यच् et व्यध् etiam in radicali syllaba ante terminationes graves syllabam य corripiunt in इ; e.c. विव्याध vel विव्यध, विविधिव, विविधिम; विविधे, विविधिवहे, विविधिमहे.

456[b]. Radix अह् *Par.*, solum in Praet. redupl. usurpata, cum praesente et praeterita significatione, caret primis personis et secunda pers. plur., atque secundam pers. sing. format ex अत् (vel अद्), terminatione थ proxime cum radice conjuncta. Flectitur igitur:

	Sing.	Dual.	Plur.
1.	deest	deest	deest
2.	आत्थ	आहथुस्	deest
3.	आह	आहतुस्	आहुस्

ANNOT. आह etc. etiam a radice आह् derivari potest, ad analogiam radicis आप् (v. *r.* 458. 1.) quae a regula 459 recedit.

PRAETERITUM REDUPLICATUM CIRCUMSCRIPTUM.

457. Praeteritum reduplicatum circumscribitur eo quod radix, addita terminatione आम्, cum Praet. redupl. unius radicum कृ *facere*, अस् et भू *esse* construitur, e.c. ईशाञ्चकार vel ईशामास vel ईशाम्बभूव *imperavit.*

ANNOT. Hanc formam in आम् desinentem non cum WILKINSIO pro Participio adverbiali sed potius pro Accusativo abstracti substantivi, solum in hac constructione conservati, habendam esse puto. ईशाञ्चकार (v. *r.* 68.) igitur exprimeret proprie, *fecit imperium*, ईशामास vel ईशाम्बभूव significaret, *fuit quod ad imperium attinet.**)

*) Ratio quod attinet ad alias per Accusativum non exprimitur, nisi in Infinitivo, qui Accusativa terminatione nonnunquam rationem quod attinet ad exhibet.

458. Auxiliare कृ in hac constructione utramque activam Vocem usurpat, ita ut hac in re ad usum radicis, quam comitatur, se accomodet; अस् et भू autem semper in *Parasmaipado* ponuntur; e.c. ईडाञ्चक्रे, ईडामास, ईडाम्बभूव *laudavit*, ab ईड् *Atm.*

459. Dictum in modum in Praeterito redupl. circumscribi debent:

1) Radices quae incipiunt a vocali, aut naturâ aut positione longâ; e.c. ऊषाञ्चकार (आस, बभूव) ab ऊष्, इन्दाञ्चकार (आस, बभूव) ab इन्द्. — Excipiuntur radices, quae अ initiale ante duas consonantes habent (v. *r.* 433.), deinde आप्, quod cum reduplicatione format item आप् (ex अ + आप्); denique आञ्छ्, quod ad analogiam *r.* 433. format आनञ्छ.

2) Radices polysyllabae, e.c. दीध्याञ्चक्रे (आस, बभूव) a दीधी *Atm.* — दरिद्रा et जागृ etiam simplicem formationem adhibere possunt, ita tamen, ut दरिद्रा in 1. et 3. p. sing. non दरिद्रौ (v. *r.* 438.) sed दरिद्र formet, abjecta vocali finali ante terminationem अ. — ऊर्णु, quanquam etiam a vocali longa incipit, tamen nonnisi simplicem, anomalam tamen formam exhibet; e.c. ऊर्णुनाव vel ऊर्णुनव, ऊर्णुनुविव, ऊर्णुनुविम.

3) Radices decimae classis, quae additamentum अय् ante आम् retinent; e.c. चोरयाम् a चुर्.

4) Verba derivativa (v. *r.* 491.).

5) Radices अय् et दय् *ire*, et ad arbitrium etiam radices विद् *scire*, काश् et कास् *lucere*, उष् *urere*.

FUTURUM PRIMUM.

460. Futurum primum oritur e conjunctione Participii futuri suffixo तृ terminati, cum Praesente radicis अस् *esse* (v. *r.* 365.). In tertia persona trium numerorum utriusque Vocis ponuntur Nominativi

masc. dicti Participii, omisso verbo substantivo; ita ut *Âtmanêpadum* in hac pers. a *Parasmaipado* non distinguatur; e.c. a धा *ponere* venit धातृ, cujus Nominativi masc. sunt धाता, धातारौ, धातारस् (v. r. 178. et 179.), qui tertias personas utriusque Vocis hujus temporis significant. In reliquis personis trium numerorum, Nominativus sing. masc. conjungitur cum Praesente radicis अस्; e.c. धातास्मि (धाता + अस्मि), Du. धातास्वस्, Plur. धातास्मस्; *Âtm.* धाताहे, धातास्वहे, धातास्महे.

ANNOT. Iam in libro meo *Conjugations-System etc.* p. 26. atque in libro anglico *Annals of Oriental literature* p. 50, originem exposui hujus Temporis, quod antecessores mei tanquam simplex constituunt. Nominativus dicti Part. veram naturam certae Futuri nostri personae eo assumpsit, quod, sine ullo respectu generis Subjecti, semper masculinam gerit formam, ita ut e.c. दाता non solum significet *daturus est*, sed etiam *datura* et *daturum est*. Contulimus, quod ad hanc rem attinet, tertiam hujus Temporis personam cum Latino amamini, quod primitive Nominativum plur. masc. Participii passivi in minus esse affirmamus, cum Graeco in μενος et Sanscrito in मान convenientis, quod autem in Latino ad indicandam secundam pers. plur. Passivi compellitur, neglecta generis distinctione, quo terminatio *mini* magis signi personalis naturam induit. — Sanscritus Nominativus sing. dicti Participii futuri in secunda et tertia pers. nonnunquam a verbo substantivo uno vel pluribus vocabulis separatus invenitur; e.c. in Râmâyano legitur त्राता परसुतान् असि *servaturus alius filios es;* in Mahâbhâr. कर्ता तद् अस्मि ते *facturus hoc sum tibi.* Interdum etiam Verbum subst. omittitur atque Persona pronomine exprimitur (v. *Ardschuni reditum* V. 22. et IX. 31.). — Praeter Nominativum masc. trium numerorum nullus alius casus formae in तृ desinentis cum sensu futuro adhibetur, atque Nominativus etiam nunquam tanquam verum Participium futurum, sed tantummodo tanquam una trium personarum Futuri primi usurpatur.

461. Vocalis radicalis sumit *Gunam* (v. r. 34[a].) e.c. एता ab इ, भेता a भी, क्रोद्धा a क्रुध् (v. r. 83. d[a].), द्रष्टा a दृश् (v. r. 34[b].). Radix मृज् sumit *Vriddhim* pro *Guna*, inde मार्ष्टा (vid. r. 89. b. et cf. r. 359.).

DE INSERENDA INTERMEDIA VOCALI इ.

462. Radices decimae classis et polysyllabae intermediam vocalem इ inserunt, e.c. चोरयिता a चुर् cl. 10. (v. *r.* 297.), जागरिता a जागृ. — Radices दीधी, वेवी et दरिद्रा vocalem suam finalem abjiciunt, inde दीधिता, वेविता, दरिद्रिता. Radices monosyllabae ad aliam quam decimam classem pertinentes respectu intermedii इ has sequuntur regulas:

463. Radices in आ desinentes intermedium इ non admittunt, e.c. याता a या. Radicum in इ et ई desinentium tantummodo श्वि, शी et डी vocalem इ inserunt; e.c. श्वयिता (ex श्वे + इता). — Radices मि et मी cl. 9. radicali vocali substituunt आ, inde माता (cf. *r.* 411.).

464. E radicibus in उ nonnisi क्षु, यु, क्ष्णु et स्नु et ad arbitrium etiam रु, तु, सु, नु; डु et स्तु vocalem इ inserunt; e.c. स्तविता vel स्तोता a स्तु. Radices in ऊ desinentes inserunt इ, e.c. भविता a भू. Attamen धू et सू etiam omisso इ formant धोता, सोता.

465. Radices in ऋ fere omnes इ omittunt, e.c. हर्ता a हृ; वृ cl. 9. in *Par.* inserendum इ producere potest, inde वरिता vel वरीता. — स्वृ *sonare* et भृ *sustentare* ad arbitrium formant स्वर्ता, भर्ता vel स्वरिता, भरिता. — Radices in ॠ omnes assumunt vocalem intermediam, quae in *Par.* produci potest; e.c. तरिता vel तरीता a तॄ.

466. Diphthongi in fine radicum transeunt in आ (cf. *r.* 438.) atque इ non admittunt; e.c. धाता a धे, गाता a गै, शाता a शो.

467. Radices in ख्, ग्, घ्, छ्, ट्, ठ्, ड्, ढ्, ण्, त्, थ्, फ्, ब्, य्, र्, ल् vel व् desinentes omnes इ inserunt.

468. Radices in consonantem desinentes, quae इ non inserunt, sunt:

1) Radicum in क् desinentium: शक् inde शक्ता.

2) Radicum in च् desinentium: पच् cl. 1., मुच् cl. 6., रिच् cl. 7., वच् cl. 2., सिच् cl. 6.; e.c. पक्ता (v. *r.* 86.).

3) Radicum in ष् desinentium: solum प्रछ् cl. 6., inde प्रष्टा (vid. euph. *r.* 87.).

4) Radicum in ज् desinentium (vid. euph. *r.* 89.): त्यज् cl. 1. (त्यक्ता), निज् cl. 3. (नेक्ता), भज् cl. 1. (भक्ता), भञ्ज् cl. 7. (भङ्क्ता), भुज् cl. 7. (भोक्ता), भ्रस्ज् cl. 6. (भ्रष्टा), मस्ज् cl. 6. (मष्टा), यज् cl. 1. (यष्टा), युज् cl. 7. (योक्ता), रञ्ज् cl. 4. (रङ्क्ता), रुज् cl. 6. (रोक्ता), विज् cl. 3. (वेक्ता), सञ्ज् cl. 1. (सङ्क्ता), सृज् cl. 4. (स्रष्टा v. *r.* 34[b)].), स्वञ्ज् cl. 1. (स्वङ्क्ता). — मृज् cl. 2. ad arbitrium format मार्ष्टा vel मार्जिता (v. *r.* 461.).

5) Radicum in द् desinentium: अद् cl. 2., क्षुद् cl. 7., खिद् cl. 7., छिद् cl. 7., तुद् cl. 6., नुद् cl. 6., पद् cl. 4., भिद् cl. 7., विद् cl. 6., शद् cl. 1., सद् cl. 1., स्विद् cl. 4., स्कन्द् cl. 1., हद् cl. 1.; e. c. अत्ता ab अद्, क्षोत्ता a क्षुद्.

6) Radicum in ध् desinentium: क्रुध् cl. 4., क्षुध् cl. 4., बन्ध् cl. 9., बुध् cl. 1. et 4., युध् cl. 4., रुध् cl. 7., राध् cl. 4., वध् cl. 1., व्यध् cl. 4., शुध् cl. 4., सिध् cl. 4., साध् cl. 4.; e. c. क्रोद्धा a क्रुध्, बन्द्धा a बन्ध् (v. *r.* 83. *d*[α)].). — रध् cl. 4. format रधिता vel रद्धा.

7) Radicum in न् desinentium: मन् cl. 4., हन् cl. 2., inde मन्ता, हन्ता.

8) Radicum in प् desinentium: आप् cl. 5., क्षिप् cl. 6., तप् cl. 1., तिप् cl. 1., लिप् cl. 6., लुप् cl. 6., वप् cl. 1., शप् cl. 1., स्वप् cl. 2., सृप् cl. 1.; e. c. क्षेप्ता a क्षिप्. — तृप् cl. 1. format तर्प्ता vel त्रप्ता (v. *r.* 34[b)].) vel तर्पिता; दृप् format दर्प्ता vel द्रप्ता vel दर्पिता. — कृप् cl. 1. *Par.* format कल्प्ता (v. *r.* 13. et 33.) et tantummodo secunda persona inserit इ, inde कल्पितासि.

9) Radicum in भ् desinentium: यभ् cl. 1., रभ् cl. 1., लभ् cl. 1.; e. c. यब्धा (v. *r.* 83. *d*[α)].). — लुभ् cl. 6. format लोब्धा vel लोभिता.

10) Radicum in म् desinentium: गम् cl. 1., नम् cl. 1., यम् cl. 1., रम् cl. 1.; e. c. यन्ता (v. *r.* 95.). — क्रम् cl. 4. format in *Par.* क्रमिता et in *Atm.* क्रन्ता.

11) Radicum in श् desinentium: क्रुश् cl. 1., दंश् cl. 1., दिश् cl. 6., दृश् cl. 1., मश् cl. 6., मिश् cl. 6., मृश् cl. 6., रिश् cl. 6., रुश् cl. 6., लिश् cl. 4., विश् cl. 6., स्पृश् cl. 6.; e. c. स्प्रष्टा (v. *r.* 34[b]. et 98.).

12) Radicum in ष् desinentium: कृष् cl. 1., तुष् cl. 4., त्विष् cl. 1., दुष् cl. 4., द्विष् cl. 2 , पिष् cl. 7., पुष् cl. 4., विष् cl. 3., शिष् cl. 7., शुष् cl. 4., श्लिष् cl. 4.; e. c. श्लेष्टा v. *r.* 99. — Radices तक्ष् et त्वक्ष् cl. 5., कुष् cl. 9. cum praefixo निर्, रुष् cl. 4., रिष् cl. 4., इष् cl. 6., ad arbitrium इ inserunt vel omittunt.

13) Radicum in स् desinentium: घस् cl. 1. et वस् cl. 1.; inde घस्ता, वस्ता; वस् format etiam वसिता.

14) Radicum in ह् desinentium (v. euphon. *rr.* 102. et 103.); दह् cl. 1. (दग्धा), दिह् cl. 2. (देग्धा), दुह् cl. 2. (दोग्धा); नह् cl. 4. anomale format नद्धा e नध् (vid. *r.* 83. *d*[*)]. et cf. *r.* 396.); मिह् cl. 1. (मेढा), रुह् cl. 1. (रोढा), लिह् cl. 2. (लेढा), लुह् cl. 1. (लोढा). वह् cl. 1. et सह् cl. 1. anomale formant वोढा, सोढा pro वाढा, साढा (v. *r.* 102. et cf. annot. 1. ad *r.* 254.); सह् format etiam सहिता. — Radices गाह् cl. 1., द्रुह् cl. 4., द्राह् cl. 1., मुह् cl. 4., स्निह् cl. 4., स्नुह् cl. 4., ad arbitrium इ inserunt vel omittunt, e. c. स्नेग्धा*) vel स्नेहिता, स्नोग्धा*) vel स्नोहिता.

469. Paradigmati inserviat क्षिप् *conjicere.*

	PARASMAIPADUM.			*ATMANÊPADUM.*		
	Sing.	**Dual.**	**Plur.**	**Sing.**	**Dual.**	**Plur.**
1.	क्षेप्तास्मि	क्षेप्तास्वस्	क्षेप्तास्मस्	क्षेप्ताहे	क्षेप्तास्वहे	क्षेप्तास्मस्
2.	क्षेप्तासि	क्षेप्तास्थस्	क्षेप्तास्थ	क्षेप्तासे	क्षेप्तासाथे	क्षेप्ताध्वे
3.	क्षेप्ता	क्षेप्तारौ	क्षेप्तारस्	क्षेप्ता	क्षेप्तारौ	क्षेप्तारस्

*) v. annot. ad *r.* 103.

PRECATIVUS.

470. *a*) Precativus eundem habet Modi characterem (ई) ac Potentialis, atque praesertim cum Potentiali trium posteriorum conjugationum convenit, a quo in 3. et 2. pers. sing. *Par.* sublatis classium proprietatibus tantummodo differt; conferatur e. c. तन्यास्, तन्यात् cum Potentiali तनुयास्, तनुयात् a तन् cl. 8., युज्यास्, युज्यात् cum Potentiali युञ्ज्यास्, युञ्ज्यात् *) a युज्. In reliquis personis स् littera verbi substantivi**) inseritur, ita ut terminationes personales proxime cum ea conjungantur, sicut in prima formatione Praeteriti augm. multiformis; e. c. a तन् venit तन्यासम्; Du. तन्यास्व, तन्यास्तम्, तन्यास्ताम्; Plur. तन्यास्म, तन्यास्त, तन्यासुस् (cf. Graecorum tertiam pers. plur. *δοίησαν*)***).

b) *Atmanêpadum* propriam sequitur formationem, non solis terminationibus personalibus a *Parasmaipado* diversam. In omnibus personis radici additur स् littera verbi substantivi, aut proxime aut inserta intermedia vocali इ, cujus vi euphonica स् mutatur in ष्, sicut in tertia formatione Praet. multiformis. Verbo substantivo adjungitur Modi character ई, inter quem et terminationes a vocali incipientes inseritur य् euphonicum (cf. *r.* 311.). Characteribus थ् et त् secundae et tertiae pers. Sing. et Du. anteponitur altera sibilans, et quidem ष् post ई, et स् post आ; littera ष् autem efficit ut

---

*) Similem differentiam videmus inter Graecorum Aoristum et Praesentem Optativi, cf. *δοίην* cum *διδοίην*.

**) Eandem enim originem स् litterae, in hoc Modo insertae, tribuendam esse puto quam eidem litterae in Praeterito multif. introductae (v. *r.* 388.).

***) in secunda et tertia pers. sing., ut equidem puto, verbum substantivum eam ob causam omittitur, quia ex euphon. lege 57. स् cum terminationibus स् et त् conjungi nequit (cf. *r.* 401.).

sequens य् et त् transeant in ठ्, ट् (v. *r.* 99.). In secunda pers. plur. pro ध्वम् scribi potest ढ्वम्.

En integrum schema utriusque Vocis*).

PARASMAIPADUM.				*ATMANÊPADUM.*		
	Sing.	Dual.	Plur.	Sing.	Dual.	Plur.
1.	यासम्	यास्व	यास्म	सीय	सीवहि	सीमहि
2.	यास्	यास्तम्	यास्त	सीष्ठास्	सीयास्थाम्	सीध्वम् (ढ्वम्)
3.	यात्	यास्ताम्	यासुस्	सीष्ट	सीयास्ताम्	सीरन्

DE VOCALIS RADICALIS IN PARASMAIPADO MUTATIONE.

471. आ finale post simplicem consonantem transit in ए**); post duas consonantes आ ad arbitrium item transit in आ aut non mutatum retinetur; e. c. देयासम् a दा. स्थेयासम् vel स्थायासम् a स्था***).

472. इ et उ finalia producuntur, e. c. चीयासम् a चि, नूयासम् a नु. — ऋ finale post unam consonantem transit in रि, post duas in अर्; e. c. क्रियासम् a कृ, स्मर्यासम् a स्मृ. — Radix ऋ *ire* item transit in अर्, inde अर्यासम्. — ॠ finale transit in ईर् atque post labiales in ऊर् (v. *r.* 54.); e. c. जीर्यासम् a जॄ, पूर्यासम् a पॄ.

473. E radicibus in ए desinentibus tantummodo धे in *Par.* est regularis atque format धेयासम्, quod ad analogiam *r.* 471. ex धायासम् explicari potest (v. *r.* 474.).

---

*) Cf. schema *Atmanêpadi* cum Potent. radicis अस् *Atm.* in *r.* 366. et vid. de origine Precativi Librum meum *Conjugationssystem etc. S.* 34. et 35.

**) ut equidem puto, ex vi assimilationis sequentis semivocalis य् (cf. *r.* 626.).

***) Secundum Forsterum plures radices a simplice consonante incipientes आ vocalem non mutatam retinent; e. c. ex पा cl. 2. Forsterus efficit पायासम्. Apud scriptores Modus precativus rarissime invenitur.

474. ऐ finali substituitur आ (cf. *rr.* 411., 413., 438., 466., 485.), quo facto, ratio habenda est regulae 471.*) — ओ finali item substituitur आ, quod tamen, secundum Forsterum, ante sequens य् non in ए immutatur; e.c. दायासम् a दो.**)

475. Radices in consonantem desinentes vocalem radicalem non immutant, radicibus decimae classis exceptis, quippe quae *Gunam* hujus classis propriam retineant, additamentum अय् (v. *r.* 297.) autem abjiciant; e.c. चोर्यासम् a चुर् cl. 10.

476. Radices duabus terminatae consonantibus, quarum prior est nasalis, eandem in *Par.* ejiciunt; e.c. मथ्यासम् a मन्थ्.

DE MUTATIONE VOCALIS RADICALIS IN ATMANÊPADO.

477. Radices in इ, ई, उ vel ऊ desinentes sumunt *Gunam;* e.c. चेषीय a चि, नेषीय a नी, पविषीय (ex पो + इ + सीय) a पू. — E radicibus in ऋ tantummodo eae, quae intermedium इ inserunt, accipiunt *Gunam;* e.c. वरिषीय a वृ, कृषीय a कृ. Radices in ॠ desinentes ante intermedium इ, quod in ई producere possunt, habent *Gunam;* omisso intermedio इ vel ई, ॠ finale sicut in *Par.* transit in ईर् et post labiales in ऊर्; e.c. करिषीय vel करीषीय vel कीर्षीय a कॄ; परिषीय vel परीषीय vel पूर्षीय a पॄ. — Diphthongi ए, ऐ et ओ in fine radicum transeunt in आ (cf. *rr.* 411., 413., 438., 466., 485.); e.c. वासीय a वे, त्रासीय a त्रै, श्यासीय a श्यो.

478. Radices in consonantem desinentes ante intermedium इ *Gunam* assumunt, omissa vocali इ, radicalem vocalem puram retinent; e.c. भुत्सीय a बुध् (v. *r.* 83. *d*[α]).), पचिषीय a पच्.

---

*) secundum Wilkinsium; Forsterus post simplicem consonantem आ retinet, post duplicem, atque in radice गै, ad arbitrium ए et आ admittit, e.c. ग्लेयासम् vel ग्लायासम् a ग्लै.

**) Wilkinsius ओ primitivum retinet, formatque e.c. श्रोयासम् a श्रो.

479. Quod ad inserendam vel omittendam intermediam vocalem इ in *Atmanêpado* attinet, plurimae radices analogiam Futuri primi sequuntur (v. *r.* 462-469.). Paradigmati integrae hujus Modi conjugationis inserviat तुद् *vexare.*

	PARASMAIPADUM.			ATMANÊPADUM.		
	Sing.	Dual.	Plur.	Sing.	Dual.	Plur.
1.	तुद्यासम्	तुद्यास्व	तुद्यास्म	तुत्सीय	तुत्सीवहि	तुत्सीमहि
2.	तुद्यास्	तुद्यास्तम्	तुद्यास्त	तुत्सीष्ठास्	तुत्सीयाथाम्	तुत्सीध्वम् (ढ्वम्)
3.	तुद्यात्	तुद्यास्ताम्	तुद्यास्तुस्	तुत्सीष्ट	तुत्सीयाताम्	तुत्सीरन्

ANOMALA.

480. Radices anomalae in *Parasmaipado* easdem subeunt correptiones quae in puris formis Praeteriti reduplicativi locum habent, inde radices ह्वे, व्ये et वे corripiuntur in हु, वि et उ (cf. *rr.* 444., 450. et 451.), ex quibus secundum *r.* 472. efficiuntur हूयासम्, वीयासम्, ऊयासम्. — Radices ग्रह्, प्रछ्, भ्रस्ज् et व्रश्च् in *Par.* corripiuntur in गृह्, पृछ्, भृस्ज्, वृश्च्; e.c. गृह्यासम् (cf. *r.* 454.).

481. Radices वच्, वद्, वप्, वश्, वस् cl. 1., वह् et स्वप् syllabam व in *Par.* corripiunt in उ, inde उच्यासम्, उद्यासम्, उप्यासम्, उश्यासम्, उष्यासम्, उह्यासम्, सुप्यासम् (cf. *r.* 455.).

482. Radices यज्, व्यच् et व्यध् syllabam य in *Par.* corripiunt in इ, inde इज्यासम्, विच्यासम्, विध्यासम्. — ज्या et ज्यो corripiuntur in जि, unde जीयासम् (v. *r.* 472. et cf. *r.* 456.).

FUTURUM SECUNDUM.

483. Radici additur syllaba स्य, quae conjugatur sicut Praesens primae conjugationis, ratione habita regulae 304; e.c. स्यामि, स्यसि,

26*

स्यति. Ex euphoniae lege 101[a]. syllaba स्य saepissime transit in ष्य, e.c. झेष्यामि a झि, वक्ष्यामि a वच् (v. *r.* 86.).

484. Vocalis radicalis *Gunae* incrementum sumit (v. *r.* 34[a].); e.c. एष्यामि ab इ, भेष्यामि a भी, भोत्स्यामि a बुध् (v. *r.* 83. *d*[a].), द्रक्ष्यामि a दृश् (v. *r.* 34[b].).

DE INSERENDA INTERMEDIA VOCALI इ.

485. Syllaba स्य aut proxime aut intermedia vocali इ cum radice conjungitur, qua in re regularum 462., 463., 464. et 466. ratio est habenda; e.c. चोरयिष्यामि a चुर् cl. 10., दीधिष्यामि a दीधी (vid. *r.* 462.), धास्यामि a धे, गास्यामि a गै, शास्यामि a शो (v. *r.* 466.). — Omnes radices in ऋ desinentes vocalem इ inserunt, quam radix वृ producere potest; e.c. करिष्यामि, करिष्ये a कृ, वरिष्यामि vel वरीष्यामि a वृ. — Omnes radices in ॠ desinentes ad arbitrium इ vel ई inserunt; e.c. तरिष्यामि vel तरीष्यामि a तॄ *Par.*, करिष्ये vel करीष्ये a कॄ *Atm.*

486. Radices in consonantem desinentes, paucis cum exceptionibus, sequuntur regulas 467. et 468.; e.c. त्यक्ष्यामि a त्यज् (vid. *r.* 468. 4.), लप्स्यामि a लभ् (v. *r.* 468. 9.). — ग्रह् *capere* intermediam vocalem producit, inde ग्रहीष्यामि.

487. Paradigmati inserviat छिद् *findere.*

	PARASMAIPADUM.			*ATMANÉPADUM.*		
	Sing.	Dual.	Plur.	Sing.	Dual.	Plur.
1.	छेत्स्यामि	छेत्स्यावस्	छेत्स्यामस्	छेत्स्ये	छेत्स्यावहे	छेत्स्यामहे
2.	छेत्स्यसि	छेत्स्यथस्	छेत्स्यथ	छेत्स्यसे	छेत्स्येथे	छेत्स्यध्वे
3.	छेत्स्यति	छेत्स्यतस्	छेत्स्यन्ति	छेत्स्यते	छेत्स्येते	छेत्स्यन्ते

CONDITIONALIS.

488. Radici anteponitur अ augmentum, quod cum sequente vocali aut ejus *Guna* coalescit, secundum *rr.* 35., 36. et 318.*); deinde additur syllaba स्य, ad analogiam Futuri secundi, aut proxime aut intermedia vocali इ vel ई; atque vocalis radicalis pariter *Gunae* incremento induitur. Adjecta syllaba स्य autem non Praesentis sed Praeteriti augm. primi terminationes assumit, ratione habita *r.* 304.; conferatur e. c. अच्छेत्स्यम् (v. *r.* 60.) cum छेत्स्यामि a छिद्, अभोत्स्यम् cum भोत्स्यामि a बुध् (v. *r.* 83. *d*[a].), अतनिष्यम् cum तनिष्यामि a तन्, अभविष्यम् cum भविष्यामि a भू.

489. Paradigmati inserviat तुद् *vexare.*

PARASMAIPADUM.

	Sing.	Dual.	Plur.
1.	अतोत्स्यम्	अतोत्स्याव	अतोत्स्याम
2.	अतोत्स्यस्	अतोत्स्यतम्	अतोत्स्यत
3.	अतोत्स्यत्	अतोत्स्यताम्	अतोत्स्यन्

ATMANÉPADUM.

	Sing.	Dual.	Plur.
1.	अतोत्स्ये	अतोत्स्यावहि	अतोत्स्यामहि
2.	अतोत्स्यथास्	अतोत्स्येथाम्	अतोत्स्यध्वम्
3.	अतोत्स्यत	अतोत्स्येताम्	अतोत्स्यन्त

ANNOT. Syllabam स्य, quae in Futuro 2. et Conditionali cum radice conjungitur a radice अस् *esse* descendere puto, cujus Futurum, seorsum non relictum, primitive अस्यामि vel स्यामि sonuisse videtur, Conditionalis autem आस्यम् (ex अ +

*) e. c. ऐषिष्यम् non एषिष्यम् ab इष्.

अस्यम्). Cum tamen Futurum 2. *Gunam* requirat, radix अस् autem ex lege 365. nonnisi in formis **puris** अ vocalem abjiciat, ex hac re colligi potest, radicem अस् in Futuro effecisse अस्यामि. Ex अस्यामि autem in compositione facile fieri potuit स्यामि, sicut ex आसम् *fui* in fine Praeteriti multif. factum est सम् (v. *r.* 389.) sicutque Graecorum ἔσομαι perditaque activa forma ἔσω in compositione cum verbis attributivis evaserunt σομαι, σω (τύπ-σομαι, τύπ-σω).*)

490. Omnium Temporum Modorumque conjugationis synopsin praebeat radix क्षिप्, quae in specialibus Temporibus sextam classem sequitur. Quod ad reliquas classes attinet, mittimus ad Tab. ad *r.* 324.

PARASMAIPADUM. ***ATMANÊPADUM.***

PRAESENS.

	Sing.	Dual.	Plur.	Sing.	Dual.	Plur.
1.	क्षिपामि	क्षिपावस्	क्षिपामस्	क्षिपे	क्षिपावहे	क्षिपामहे
2.	क्षिपसि	क्षिपथस्	क्षिपथ	क्षिपसे	क्षिपेथे	क्षिपध्वे
3.	क्षिपति	क्षिपतस्	क्षिपन्ति	क्षिपते	क्षिपेते	क्षिपन्ते

POTENTIALIS.

	Sing.	Dual.	Plur.	Sing.	Dual.	Plur.
1.	क्षिपेयम्	क्षिपेव	क्षिपेम	क्षिपेय	क्षिपेवहि	क्षिपेमहि
2.	क्षिपेस्	क्षिपेतम्	क्षिपेत	क्षिपेथास्	क्षिपेयाथाम्	क्षिपेध्वम्
3.	क्षिपेत्	क्षिपेताम्	क्षिपेयुस्	क्षिपेत	क्षिपेयाताम्	क्षिपेरन्

IMPERATIVUS.

	Sing.	Dual.	Plur.	Sing.	Dual.	Plur.
1.	क्षिपाणि	क्षिपाव	क्षिपाम	क्षिपै	क्षिपावहै	क्षिपामहै
2.	क्षिप	क्षिपतम्	क्षिपत	क्षिपस्व	क्षिपेथाम्	क्षिपध्वम्
3.	क्षिपतु	क्षिपताम्	क्षिपन्तु	क्षिपताम्	क्षिपेताम्	क्षिपन्ताम्

*) Plura de sanscriti et graeci Futuri origine disserui in Libro *Annals of Oriental literature* p. 45. etc.

PARASMAIPADUM. ***ATMANÉPADUM.***

PRAETERITUM AUGMENTATUM UNIFORME.

	Sing.	Dual.	Plur.	Sing.	Dual.	Plur.
1.	अक्षिपम्	अक्षिपाव	अक्षिपाम	अक्षिपे	अक्षिपावहि	अक्षिपामहि
2.	अक्षिपस्	अक्षिपतम्	अक्षिपत	अक्षिपथास्	अक्षिपेथाम्	अक्षिपध्वम्
3.	अक्षिपत्	अक्षिपताम्	अक्षिपन्	अक्षिपत	अक्षिपेताम्	अक्षिपन्त

PRAETERITUM AUGMENTATUM MULTIFORME.

Formatio prima.

1.	अक्षैप्सम्	अक्षैप्स्व	अक्षैप्स्म	अक्षिप्सि	अक्षिप्स्वहि	अक्षिप्स्महि
2.	अक्षैप्सीस्	अक्षैप्तम्	अक्षैप्त	अक्षिप्थास्	अक्षिप्साथाम्	अक्षिब्ध्वम्
3.	अक्षैप्सीत्	अक्षैप्ताम्	अक्षैप्सुस्	अक्षिप्त	अक्षिप्साताम्	अक्षिप्सत

PRAETERITUM REDUPLICATUM.

1.	चिक्षेप	चिक्षिपिव	चिक्षिपिम	चिक्षिपे	चिक्षिपिवहे	चिक्षिपिमहे
2.	चिक्षेपिथ	चिक्षिपथुस्	चिक्षिप	चिक्षिपिषे	चिक्षिपाथे	चिक्षिपिध्वे (ढ्वे)
3.	चिक्षेप	चिक्षिपतुस्	चिक्षिपुस्	चिक्षिपे	चिक्षिपाते	चिक्षिपिरे

FUTURUM PRIMUM.

1.	क्षेप्तास्मि	क्षेप्तास्वस्	क्षेप्तास्मस्	क्षेप्ताहे	क्षेप्तास्वहे	क्षेप्तास्महे
2.	क्षेप्तासि	क्षेप्तास्थस्	क्षेप्तास्थ	क्षेप्तासे	क्षेप्तासाथे	क्षेप्ताध्वे
3.	क्षेप्ता	क्षेप्तारौ	क्षेप्तारस्	क्षेप्ता	क्षेप्तारौ	क्षेप्तारस्

PRECATIVUS.

1.	क्षिप्यासम्	क्षिप्यास्व	क्षिप्यास्म	क्षिप्सीय	क्षिप्सीवहि	क्षिप्सीमहि
2.	क्षिप्यास्	क्षिप्यास्तम्	क्षिप्यास्त	क्षिप्सीष्ठास्	क्षिप्सीयास्थाम्	क्षिप्सीध्वम् (ढ्वम्)
3.	क्षिप्यात्	क्षिप्यास्ताम्	क्षिप्यासुस्	क्षिप्सीष्ट	क्षिप्सीयास्ताम्	क्षिप्सीरन्

	PARASMAIPADUM.			***ATMANÊPADUM.***		
	FUTURUM SECUNDUM.					
	Sing.	**Dual.**	**Plur.**	**Sing.**	**Dual.**	**Plur.**
1.	क्षोप्स्यामि	क्षोप्स्यावस्	क्षोप्स्यामस्	क्षोप्स्ये	क्षोप्स्यावहे	क्षोप्स्यामहे
2.	क्षोप्स्यसि	क्षोप्स्यथस्	क्षोप्स्यथ	क्षोप्स्यसे	क्षोप्स्येथे	क्षोप्स्यध्वे
3.	क्षोप्स्यति	क्षोप्स्यतस्	क्षोप्स्यन्ति	क्षोप्स्यते	क्षोप्स्येते	क्षोप्स्यन्ते
	CONDITIONALIS.					
1.	अक्षोप्स्यम्	अक्षोप्स्याव	अक्षोप्स्याम	अक्षोप्स्ये	अक्षोप्स्यावहि	अक्षोप्स्यामहि
2.	अक्षोप्स्यस्	अक्षोप्स्यतम्	अक्षोप्स्यत	अक्षोप्स्यथास्	अक्षोप्स्येथाम्	अक्षोप्स्यध्वम्
3.	अक्षोप्स्यत्	अक्षोप्स्यताम्	अक्षोप्स्यन्	अक्षोप्स्यत	अक्षोप्स्येताम्	अक्षोप्स्यन्त

VERBA DERIVATIVA.

491. Verba derivativa comprehendunt passiva, causalia, desiderativa, intensiva et denominativa, quorum priora quattuor a radicibus ipsis, abjectis classium characteribus, descendunt; denominativa a nominibus trahunt originem.

PASSIVUM.

TEMPORA SPECIALIA.

492. Passivum terminationibus personalibus *Atmanêpadi* utitur, quibus in temporibus specialibus syllabam य praefigit; ita ut prorsus cum quartae classis *Atmanêpado* conveniat. Etiam *r.* 304. ratio est habenda.

ANNOT. Cum quarta classis maximam partem verba neutra comprehendat, quorum significatio ad passivi naturam proxime accedit, (e. c. म्रिये *morior*, जाये *nascor*): HAUGHTONIUS*) apte hac in re causam quaesivit, cur Passivum et quartae classis *Atmanêpadum* inter se non differant. Etiam Passivi characteris य explicationem maxime probandam offert vir doctissimus, qui à radice इ vel या *ire* illum descendere putat, cum revera in Hindostanâ aliisque dialectis Indicis Passivum circumscribatur per verbum auxiliare ejusdem significationis et originis, et quidem per जाना (e यान *itio*) in Hindostanâ et या in Bengalicâ linguâ. Dicitur e. c. Bengalice कार याइ i. e. *in actionem faciendi eo*, pro *fio*. Conferatur Latina locutio *amatum iri* et verbum *veneo* ex *ven* et *eo* compositum. In Sanscrito ipso legere mememini ग्रहणम् ययो *iwit in captionem* pro *captus est*.

*) In Manuis editione Vol. I. p. 329. et Grammaticae Bengalicae p. 68. et 95.

493. Inveniuntur etiam in passivo terminationes *Parasmaipadi* cum charactere य conjunctae, metro fortasse cogente; e.c. Hidimb. caed. 1.7. विप्रमुच्येम *liberemur* pro विप्रमुच्येमहि; Brah. lament. I. 19. मुच्येयम् *liberer* pro मुच्येय; III. 8. व्युच्छिद्येत् *exstinguatur* pro व्युच्छिद्येत; Nal. XIV. 6. *b.* मोक्ष्यसि *liberaberis* pro मोक्ष्यसे a rad. मुच्; XX. 39. *a.* cod. Par. अदृश्यत् *cernebatur* pro अदृश्यत. Cf. *r.* 597.

494. Radices दा *dare,* धा *tenere,* पा *bibere,* मा *metiri,* स्था *stare* et हा *deserere* vocalem suam आ in ई commutant, id quod vi euphonicae sequentis semivocalis, cui आ se accomodet, attribuendum esse censeo (cf. *r.* 471. et 626.); e.c. दीयते *datur* a दा. Reliquae in आ desinentes radices hanc vocalem conservant; e.c. पायते *regitur* a पा *regere.*

495. Vocales इ et उ sub fine, sicut etiam ante semivocales finales र् et व्, producuntur; e.c. चीयते a चि *colligere,* श्रूयते a श्रु *audire,* दीव्यते a दिव् *ludere,* चूर्यते a चुर् *furari.*

496. श्वि *crescere* substituit ऊ pro वी, e.c. शूये, शूयसे. Radix शी *dormire* substituit शय्; nam vocalis ई hujus radicis contra regulam *Gunae* incremento instructur (cf. *r.* 848.), et य्, quod sequitur, quasi esset vocalis, efficit, ut antecedens ए in अय् mutetur. Dicitur igitur शय्यते *dormitur* pro शेयते (cf. *r.* 649.).

497. ई finale polysyllabarum reduplicatarum radicum दीधी *fulgere* et वेवी *optare* abjicitur, e.c. दीध्यते, वेव्यते.

498. ऋ finale post *unam* consonantem transit in रि, post *duas* in अर्; e.c. क्रियते a rad. कृ *facere,* स्मर्यते a rad. स्मृ *recordari.* — Radices ऋ *ire* et जागृ *vigilare* item ऋ vocalem immutant in अर्, e.c. अर्यते *itur,* जागर्यते *vigilatur.*

499. Radices गृ *conspergere* et धृ *tenere* ponunt री pro रि; e.c. ग्रीयते, ध्रीयते.

500. ॠ finale transit in ईर्, et post labiales in ऊर्; e.c. दीर्यते a दॄ *rumpere,* पूर्यते a पॄ *implere.*

501. Radices regulares in ए desinentes, quae sunt दे, धे et मे; item pleraeque in ओ exeuntes, दो, शो et सो; denique nonnullae in ऐ desinentes: गै, दै, रै et कै (ex Forsteri sententia कै transit in का) vocalem suam mutant in ई; e.c. दीयते a rad. दे *amare*, sive a rad. दो *abscindere*, गीयते a rad. गै *canere*. — छो, ज्यो et pleraeque radices in ऐ desinentes, vocalem suam in आ mutant; e.c. छायते a rad. छो *abscindere*, ध्यायते a rad. ध्यै *meditari*.

502. वे *texere*, व्ये *tegere* et ह्वे *vocare* substituunt ऊ, वी et हू; e.c. ऊयते, वीयते, हूयते (cf. r. 449. sqq. et r. 495.).

503. Radices duabus terminatae consonantibus, quarum prior est nasalis, hanc maxima ex parte ejiciunt (v. r. 110[a]. et 476.); e.c. बध्यते, लघ्यते a बन्ध्, लङ्घ्.

504. Radices तन् *extendere*, खन् *fodere*, जन् *gignere*, litteram न् abjicere possunt; quod ubi fit, vocalis अ producitur; dicitur igitur e.c. तायते, खायते जायते et तन्यते, खन्यते, जन्यते.

505. Radices वच् et वद् *loqui*, वप् *seminare*, वश् *velle*, वस् *habitare* et वह् *ferre, trahere* syllabam व corripiunt in उ, et littera स् vocis वस् ex analogia r. 101[a]. transit in ष्; e.c. उच्यते, उद्यते, उप्यते, उश्यते, उष्यते (cf. r. 455. et 481.).

506. Radices यज्, व्यध् et व्यच् syllabam य corripiunt in इ; e.c. इज्यते, विध्यते, विच्यते (cf. r. 482.).

507. Radices ग्रह्, व्रश्च्, प्रछ् et भ्रस्ज् syllabam र corripiunt in ऋ; e.c. गृह्यते, cf. r. 480.

TEMPORA GENERALIA.

508. Syllaba य in temporibus generalibus abjicitur, et tertia persona sing. Praeteriti multiformis signo personali त् caret, desinitque in इ, cui radices vocali आ vel diphthongis, quibus आ substituitur, terminatae, य् euphonicum anteponunt; e.c. दा, दे, दो formant अदायि.

Omnes reliquae vocales, tam finales quam mediae, *Vriddhis* incremento afficiuntur; e.c. अनायि a rad. नी, असावि a rad. सु, अकारि a rad. कृ, अक्षैपि a rad. क्षिप्, अमानि a rad. मन्. Comparetur अनेष्ट etc. in Tab. ad *r.* 428. — Radix बुध् *scire* contra regulam accipit *Gunam*, inde अबोधि pro अबौधि.

509. Reliquae hujus temporis personae terminationibus *Atmanêpadi* utuntur, ita tamen ut omnes radices in vocalem desinentes, tertiam sequantur formationem et ad arbitrium vel *Gunam* vel *Vriddhim* habeant; e.c. radix नी, quae in *Atmanêpado* secundum primam formationem efficit अनेषि etc. (v. Tab. ad *r.* 428.) in Passivo format अनयिषि, अनयिष्व, अनयिष्म, vel अनायिषि, अनायिष्व, अनायिष्म etc. — Radices in आ vocalem vel diphthongum desinentes, sicuti in 3. pers. sing., य् euphonicum inserunt et diphthongum in आ commutant, inde e.c. दा, दे, दै, दो radices formant अदायिषि. Radices, quae in consonantem desinunt, non discrepant ab *Atmanêpado*.

510. Praeteritum reduplicativum omnino cum Praet. *Atmanêpadi* convenit, inde e.c. चिच्ये a rad. चि, तुतुदे a rad. तुद्, तेने a rad. तन् (v. *r.* 442.). Radix भू tamen in syllaba reduplicativa praeter ब etiam e generali reduplicationis lege 431. बु admittit, inde बभूवे vel बुभूवे (v. *r.* 445.).

511. In quattuor posterioribus temporibus, omnes vocalibus terminatae radices auxiliarem vocalem इ inserunt, et ad arbitrium, vel *Vriddhis* vel *Gunae* incremento augentur; ita e.c. radix कृ format cum *Vriddhi* कारिताहे, कारिषीय, कारिष्ये, अकारिष्ये; cum *Guna*, करिताहे etc. — Quae in diphthongum desinunt radices, illam in आ mutant, cui, aeque atque आ primitivo, य् euphonicum subjungitur; ita e.c. radices दा, दे, दै, दो formant दायिताहे etc.

512. Radices consoante terminatae omnino cum *Atmanêpado*

conveniunt*); e.c. radix दिश् *ostendere* format देष्टाहे, दिक्षीय, देक्ष्ये, अदेक्ष्ये.

513. Recedunt a praecedente regula radices हन् *interficere,* ग्रह् *capere* et दृश् *videre* quippe quae, sicuti vocali terminatae radices, sine *Âtmanêpadi* respectu, in quattuor posterioribus temporibus vocalem इ inserant et in Praeterito multiformi tertiae formationis rationem sequantur; e.c. अदर्शिषि, दर्शिताहे, दर्शिषीय, दर्शिष्ये, अदर्शिष्ये.

514. Paradigma Passivi conjugationis sit rad. क्षिप् *conjicere;* sufficiat tamen primam cujusvis temporis proponere personam, una cum tertia Praeteriti multiformis:

PRAESENS.

	Sing.	Dual.	Plur.
1.	क्षिप्ये	क्षिप्यावहे	क्षिप्यामहे

POTENTIALIS.

1.	क्षिप्येय	क्षिप्येवहि	क्षिप्येमहि

IMPERATIVUS.

1.	क्षिप्यै	क्षिप्यावहै	क्षिप्यामहै

PRAETERITUM AUGMENTATUM UNIFORME.

1.	अक्षिप्ये	अक्षिप्यावहि	अक्षिप्यामहि

PRAETERITUM AUGMENTATUM MULTIFORME.

1.	अक्षिप्सि	अक्षिप्स्वहि	अक्षिप्स्महि
3.	अक्षेपि **)	अक्षिप्साताम्	अक्षिप्सत

*) E FORSTERI sententia etiam radices in vocalem desinentes hanc regulam sequi possunt, itemque in Praet. multif.

**) v. r. 508.

PRAETERITUM REDUPLICATIVUM.

	Sing.	Dual.	Plur.
1.	चिक्षिपे	चिक्षिपिवहे	चिक्षिपिमहे

FUTURUM PRIMUM.

1.	क्षेप्ताहे	क्षेप्तास्वहे	क्षेप्तास्महे

PRECATIVUS.

1.	क्षिप्सीय	क्षिप्सीवहि	क्षिप्सीमहि

FUTURUM SECUNDUM.

1.	क्षेप्स्ये	क्षेप्स्यावहे	क्षेप्स्यामहे

CONDITIONALIS.

1.	अक्षेप्स्ये	अक्षेप्स्यावहि	अक्षेप्स्यामहि

CAUSALE.

515. Forma causalis e charactere cum decima classi omnino convenit (v. *r.* 297. ejusque annotationem); addit igitur radici syllabam अय्, cui in specialibus temporibus vocalis अ subjungitur. Character अय् autem in generalibus temporibus etiam conservatur, Praeterito augm. multiformi et Precativo *Parasmaipadi* exceptis.

516. Quae in consonantem exeunt radices *Gunâ* afficiuntur, e.c. वेदय् *facere ut aliquis sciat, nuntiare, memorare* a विद् *scire,* नर्तय् *facere ut aliquis saltet* a नृत् *saltare,* बोधय् *docere* a बुध् *scire.*

517. Quae अ vocalem ante simplicem consonantem habent radices, maxima ex parte eam producunt; ex parte non mutatam eam retinent, inter quas imprimis sunt plurimae littera म् terminatae; radices nonnullae ad arbitrium vel अ retinent vel producunt. E.c. तापय् a तप् *flagrare,* पातय् a पत् *cadere,* गमय् a गम् *ire,* नमय् sive नामय् a नम् *se inclinare,* ज्वालय् sive ज्वलय् a ज्वल् *flagrare.*

518. Quae in vocalem desinunt radices *Vriddhi* afficiuntur, e. c. नायय् a नी *ducere,* श्रावय् a श्रु *audire,* कारय् a कृ *facere.* Exceptae sunt radices जॄ *senescere* quae *Guna* augetur, जागृ *vigilare* et दृ *honorare,* quibus ex arbitrio sive *Guna* additur sive *Vriddhis.*

REGULAE SPECIALES DE IIS QUAE IN VOCALEM EXEUNT RADICIBUS.

519. Diphthongi finales in आ mutantur, cui, aeque ac आ primitivo, littera प् additur; e. c. स्थापय् a स्था, धापय् a धे, गापय् a गै. Excepta sunt, 1) verba पा *bibere,* छो *tegere,* ह्वे *vocare,* वे *texere,* शो *secare,* सो *acuere,* quippe quae, pro प् littera, य् euphonicum inserant (cf. r. 511.); e. c. पायय्, छायय्. 2) पा *servare, regere,* quod ल् inserit, inde पालय्. 3) दरिद्रा *pauperem esse,* cujus vocalis finalis abjicitur.

520. Radices स्ना *se lavare* et ग्लै *lugere,* ubi cum praepositionibus junctae non sunt, आ vocalem ad arbitrium vel corripiunt vel retinent; inde स्नापय् sive स्नपय्, ग्लापय् sive ग्लपय्.

521. Anomale प् adjiciunt: 1) Nonnullae radices, quae vocalem इ vel ई finalem in आ commutant, eaeque sunt: इ *ire,* ubi cum अधि conjunctum *legere* significat, जि *vincere,* स्मि *subridere,* मि *dissipare,* दी *interire,* क्री *emere,* री *ire, offendere,* व्ली ubi *in coitu concipere* significat; e. c. आपय्, जापय्, स्मापय्. 2) चि *colligere* ad arbitrium format sive चापय् sive चपय्, neque non चयय् cum *Guná,* denique e r. 518. cum *Vriddhi,* चायय्; 3) भी *timere* in *Atman.* efficit vel भापय्, vel भीषय् vel ad regulam भायय्; in *Parasm.* tantummodo भायय्. 4) ह्री *pudore affici,* री *occidere* et व्ली *ire,* quae *Guná* augentur, unde ह्रेपय् etc. 5) ऋ *ire* quod item Gunam assumit, unde अर्पय्. 6) रुह् *crescere* abjecto ह् format रोपय्, sive ad regulam रोहय्; क्नूय् *foetere* et क्ष्माय् *quatere* ejecto य् efficiunt क्नोपय्, क्ष्मापय्.

522. Radicum polysyllabarum दीधी et वेवी abjicitur vocalis finalis, unde दीधय्, वेवय् formantur.

523. Radicibus nonnullis, quarum producta est vocalis finalis, addere licet न्, eaque sunt: ली *amplecti, liquefacere,* unde efficitur लीनय् sive ad reg. लायय् sive लीलय्; प्री *amare, exhilarare,* unde प्रीणय् (cf. *r.* 94 a).); धू *quassare,* unde धूनय् sive ad reg. धावय्।

RADICUM, QUAE IN CONSONANTES DESINUNT, ANOMALIAE.

524. Praeter eas, quas in *r.* 521. *n.* 6. attulimus, anomalae sunt hae radices: 1) दुष् *impurum esse* e qua formatur sive दूषय् sive ad reg. दोषय्; 2) स्फुर् *tremere* cujus forma causalis sonat sive स्फारय् sive ad reg. स्फोरय्; 3) स्फाय् *crescere* cujus य् in व् transit, inde स्फावय्; 4) हन् *occidere* et शद् *cadere,* quae litteram finalem convertunt in त्, insuper हन् initiali ह substituit घ् (cf. *r.* 357. et 453.), unde शातय्, घातय्. Radix शद् *ire* a regula non recedit.

CONJUGATIO FORMAE CAUSALIS.

525. Specialia tempora in utraque activa voce omnino cum decimae classis conjugatione conveniunt (v. Tab. ad *r.* 324.).

PRAETERITUM AUGMENTATUM MULTIFORME.

526. Hoc tempus characterem अय् abjicit (v. *r.* 515.) et septimam sequitur formationem, observatis regg. 422-428. e.c. ऐलिलम् *) ab एलय् ex इल्, आञ्जिजम् **) ab अञ्जय् ex अञ्ज्, अदिदीपम् seu अदीदिपम् ***) a दीपय् e दीप्, अबभाषम् ***) a भाषय् e भाष्, अनीनयम् ****) a नायय् e नी, अवीविदम् †) a वेदय् e विद्, अनिनेदम् †) a नेदय् e निद्, अलूलुपम् sive अलुलोपम् †) a लोपय् e लुप्, अचिच्छयम् ††) a च्छायय् e छि vel छी, अपस्पशम् ††) a स्पाशय् e स्पश्.

*) v. *r.* 426. **) v. *r.* 427. ***) v. *r.* 422. ****) v. *r.* 425. *a*) †) v. *r.* 425. *b*) ††) v. *r.* 425. *c*)

ANNOT. Forma अपस्पशाम् derivanda est ex अपस्पाशाम्, syllaba enim radicalis, proprie producta retinenda, est correpta, quia vocalis syllabae repetitae, e *r.* 422. corripienda, duabus consonantibus eam consequentibus producitur, neque vero radicem simul atque syllabam repetitam produci licet.

527. Causalia radicum in उ vel ऊ desinentium, primitivae radicis vocalem in repetita syllaba ponunt, et quidem longam, quam ob rem ex *r.* 422. radicalis syllaba corripitur; e.c. अनूनवम् a नावय् e नू, अदूधवम् a धावय् e धू. Quodsi a duabus consonantibus incipit radix, vocalis ऊ repetitae syllabae ex *r.* 425.*c*) corripitur, e.c. अदुध्रवम् a ध्रावय् e ध्रू.

528. Ab antecedente regula recedunt, quae a semivocali, labiali vel ज् incipiunt radices, una cum तावय् a तु, quippe quae in syllaba repetita e *r.* 425.*a*) exhibeant ई; e.c. अयीयवम् a यावय् e यु, अपीपवम् a पावय् e पू, अजीजवम् a जावय् e जु.

529. Radices in उ vel ऊ exeuntes simulque a consonantibus duabus, quarum posterior est semivocalis, incipientes, in syllaba repetita maximam partem assumunt उ; e.c. अदुद्रवम् a द्रावय् e द्रु. In radicibus autem च्यु, प्लु, द्रु, श्रु et स्रु licet sive उ, sive इ adhiberi; e.c. अचुच्यवम् sive अचिच्यवम्.

530. Quae medium habent ऋ radices, in repetita syllaba ad arbitrium ponunt vel अ vel ई, ratione habita regulae 424.; e.c. अववर्तम् vel अवीवृतम् a वर्तय् e वृत्.

531. Causalia वेष्टय् et चेष्टय् aut ad regulam formant अविवेष्टम्, अचिचेष्टम् (*r.* 425.*b.*) aut anomale अववेष्टम्, अचचेष्टम्.

532. Causale स्थापय्, a स्था, anomale आ vocalem etiam in radicali syllaba in इ convertit, unde अतिष्ठिपम् pro अतिष्ठपम् (v. *r.* 425.*c.*) formatur. E घ्रापय् a घ्रा ex arbitrio formatur sive अजिघ्रिपम् sive ad regulam अजिघ्रपम्.

533. ह्वायय् a ह्वे et श्वायय्, a श्वि derivata, formant अजूहवम् vel अजुहावम्, अशूशवम् (cf. *rr.* 527, 422, 449.). E श्वायय् etiam ad regulam formari potest अशिश्वयम्. E स्वापय् a स्वप् formatur असूषुपम् (cf. *r.* 455. *b.*).

534. Ex ईलय् ab ईल्, ऊनय् ab ऊन् et अर्दय् ab अर्द् sive ad formationis tertiae rationem, servato charactere causali, ऐलयिषम्, औनयिषम्, आर्दयिषम् formari licet, sive ad regulam ऐलिलम्, औनिनम्, आर्दिदम्, valente *r.* 426.

PRAETERITUM REDUPLICATIVUM.

535. Praeteritum redupl. circumscribitur (v. *r.* 459. *n.* 4.); e.c. वेदयामास vel वेदयाम्बभूव vel वेदयाञ्चकार, a वेदय् e विद्.

QUATTUOR POSTERIORA TEMPORA.

536. Futurum utrumque, Conditionalis et Precativum *Atmanêpadi* vocalem इ inserunt, atque in Conditionali *Parasmaipadi* character अय् abjicitur; e.c. द्वेषयितास्मि, द्वेषयिताहे, द्वेष्यासम्, द्वेषयिषीय, द्वेषयिष्यामि, द्वेषयिष्ये, अद्वेषयिष्यम्, अद्वेषयिष्ये, a द्वेषय् e द्विष् formato.

537. Exemplum integrae Causalium conjugationis sit क्षेपय् a क्षिप्, cujus prima persona sing. utriusque Vocis in decem temporibus haec est: क्षेपयामि, क्षेपये; क्षेपयेयम्, क्षेपयेय; क्षेपयाणि, क्षेपयै; अक्षेपयम्, अक्षेपये; अचिक्षिपम्, अचिक्षिपे; क्षेपयाञ्चकार vel क्षेपयाञ्चकर, क्षेपयाञ्चक्रे; vel क्षेपयामास vel क्षेपयाम्बभूव;*) क्षेपयितास्मि, क्षेपयिताहे; क्षेप्यासम्, क्षेपयिषीय; क्षेपयिष्यामि, क्षेपयिष्ये; अक्षेपयिष्यम्, अक्षेपयिष्ये.

538. Ante Passivi characterem य syllaba अय् supprimitur, ita ut notionem causalem non nisi radicali vocali commutatâ cognoscas; e.c. पात्ये *efficitur ut cadam* a पातय् e पत्, मार्ये *efficitur ut moriar* a मारय् e मृ.

---

*) v. *r.* 458.

DESIDERATIVUM.

539. Desiderativum e radice in hunc modum efformatur: 1) Radici स् adnectitur, sive proxime sive insertâ vocali इ, littera स् autem ex *r.* 101[a]). commutationi in ष् est obnoxia. 2) Quodsi radix a consonante exoritur, haec sive vicaria ejus (v. *r.* 368.) repetitur, et quidem cum इ, si radix vocalem quandam aliam exhibet quam उ, ऊ vel ipsis cognatam diphthongum, quibus उ in syllaba repetita supponitur, in qua igitur इ vocalibus अ, आ, इ, ई, ऋ, ॠ, ए et ऐ respondet, ratione habitâ regulae 543.;*) e.c. चिकित्स् a कित्, पिपठिष्**) a पठ्, सिसिक्ष् a सिच् (*r.* 86.), निनृत्स् vel निनर्तिष् a नृत्, दिदृक्ष् a दृश् (*r.* 98.), तुतुत्स् a तुद् (*r.* 83. *c.*), जुघुक्ष् a गुह् (v. *r.* 102. *d.*), चुच्योतिष् vel चुच्युतिष् a च्युत्, पुस्फोटिष् a स्फुट्, बुभुक्ष् a भुज् (*r.* 89.), पुपूर्ष् a पृ (v. *r.* 543.). — Radix द्युत् anomale, propter vim litterae य्, in syllaba repetita assumit इ, unde दिद्योतिष्***) sive दिद्युतिष्. 3) Quae a vocali incipiunt consonante terminatae radices, hanc consonantem repetunt, vel ejus vicariam (ex *r.* 368.), cum इ vocali (sine ullo vocalis radicalis respectu); syllaba repetita autem non in initio formae ponitur, sed vocalem radicalem sequitur, et स् littera intercedente vocali इ radici adjungitur; e.c. एटिटिष् — ए(टि)टिष् — ab इट् (vid.

---

*) Repetitae syllabae semper ad radicis vocalem ipsam vel ipsi cognatam intendunt. Cum tamen Desiderativorum repetita syllaba, ut mihi videtur, quia radix in fine sonis स् vel इष् aggravatur, levissima esse debet, graviori अ vocali levior इ supponitur, eundem in modum, quo *r.* 425. *a.* आ per ई suppletur. — ऋ et ॠ, vocales, quia proxime ad consonantium naturam inclinant, in repetitis syllabis nunquam admittuntur, sed modo per इ (*r.* 368.) modo per अ (*r.* 431.) supplentur.

**) Quamvis commutatio litterae स् in ष् *r.* 101[a]). jussa e consequentis quoque litterae natura pendeat, heic tamen similibusque locis ष् semper exhibemus, quia Desiderativorum sibilans, ubi इ ei antecedit nunquam in primitiva sua forma invenitur.

***) Idem de Praeteriti multiformis repetitâ syllabâ valet.

r. 542. E duabus consonantibus finalibus nonnisi posterior repetitur, et prior vocali radicali adjungitur; ut उन्दिदिष् — उन्(दि)दिष् — ab उन्द्, अर्दिदिष् ab अर्द्. Litterarum क्ष् (क् + ष्) tamen prior repetitur, et quidem per vicariam suam च्, deinde in radicali syllaba littera क्ष् conjuncta retinetur, unde ईचिक्षिष् ab ईक्ष्. — Radices in छ् exeuntes anomale in syllaba repetita ति loco चि assumere possunt, quod inde est repetendum, quod in छ् littera proprie sonus T inest; e. c. उचिच्छिष् vel उतिच्छिष् ab उछ्, ऋचिच्छिष् vel ऋतिच्छिष् ab ऋछ् (cf. *r.* 60.).

540. Radix आप् contra regulam format ईप्स् pro आपिपिष्; ऋध् format ईर्त्स् vel ad regulam अर्दिधिष्; ईर्ष्य् format ईर्ष्यियिष् vel ईर्ष्यिषिष्; radix अद् edere formâ desiderativâ caret.

541. Radices इ (Cl. 1.), ई et उ duas sibi adjungunt स् litteras, unam proxime, alteram interpositâ vocali इ, atque vocales radicis इ et उ secundum *r.* 543. producuntur; unde ईषिष्, ऊषिष्. — ऋ et ॠ substituunt अर्, unde secundum *r.* 539. 3) अरिरिष्.

MUTATIO VOCALIS RADICALIS.

542. Ubi intermedia vocalis इ inseritur, radicalis vocalis *Gunâ* augetur, plerisque tamen in radicibus medium इ et उ sine incremento retineri possunt, nonnullaeque radices in mediis इ et उ nunquam *Gunam* admittunt; e. c. मिमर्शिष् a मृश्, सिसर्पिष् a सृप्, सिस्मयिष् a स्मि, सिस्मरिष् a स्मृ, चिचेतिष् vel चिचितिष् a चित्, चुक्लोपिष् vel चुक्लुपिष् a क्लुप्, डिडिपिष् non डिडेपिष् a डिप्, चुचुटिप् non चुचोटिप् a चुट्.

543. Ubi स् proxime cum radice conjungitur, *Guna* non admittitur, इ et उ finalia autem producuntur, atque ऋ et ॠ finalia in ईर्, et post Labiales vel semivocalem व् in ऊर् transeunt, unde repetita syllaba etiam उ accipit. E. c. दिधिक्ष् a दिह् (*r.* 103. *b*), दुदुक्ष् a दुह् (*r.* 99.), विवत्स् a वध् (*r.* 83. *c.*), चिक्षीष् a क्षि, बिभीष् a भी,

जुजूष् a जु, बुभूष् a भू, चिकीर्ष् a कृ, पुपूर्ष् a पृ, जुहूर्ष् a ह्वृ, जिगीर्ष् a गृ, बुभूर्ष् a भृ.

SPECIALES REGULAE DE RADICUM LITTERIS FINALIBUS.

544. Omnes in आ desinentes radices, maximâque ex parte etiam eae, quae in इ, ई, उ, ऊ desinunt, स् proxime radici adjungunt. Desiderativa autem haecce sunt anomala: दित्स् pro दिदास् a दा, धित्स् pro दिधास् a धा (cf. *r.* 371.), मित्स् a मा vel मि vel मी, चिकीष् a चि, जिगीष् a जि, जिघीष् a हि, शिश्वायिष् vel शुशाविष् a श्वि (FORSTERUS ad regulam format शिश्वयिष्), दिदास् vel ad regulam दिदीष् a दी. — दरिद्रा, दीधी et वेवी finalem vocalem abjiciunt atque intermediam vocalem इ inserunt, itaque दिदरिद्रिष् (etiam दिदरिद्रास्), दिदीधिष्, विवेविष्.

545. Radices in उ et ऊ disinentes, quodsi vocalem इ inserunt, in syllaba repetita ponunt इ pro उ, quia tum ex अव् syllabâ, *r.* 542. praescriptâ, non ex उ vel ऊ repetita syllaba efficitur; e. c. पिपविष् a पू, यियविष् vel युयूष् a यु.

546. Radices in ऋ et ॠ desinentes litteram स् partim interpositâ vocali इ partim proxime sibi adjungunt; nonnullae, et quidem plurimae earum quae in ॠ exeunt, ad arbitrium utramque formam admittunt. Praeterea omnes in ॠ desinentes radices una cum radice वृ *eligere* inserendam vocalem producere possunt. E. c. दिदरिष् vel दुदूर्ष् a दॄ, तिस्तरीष् vel तिस्तरिष् vel तिस्तीर्ष् a स्तॄ.

547. Diphthongi finales transeunt in आ, cui स् littera proxime adjungitur; e. c. विवास् a वे, शिशास् a शो. Radices दे, धे et ह्वे anomalae sunt, formantque दित्स्, धित्स्, जुहूष्.

548. Radices, quae in consonantem desinunt, maximam partem vocalem इ inserunt, nonnullae ad arbitrium utramque formam ad-

mittunt, aliae vero proxime tantum स् cum radice conjungunt. — Radices तन् et सन् vocalem अ producunt, si स् proxime ipsis adjungitur, itaque तितांस्, सिसांस् vel तितनिष्, सिसनिष्.

549. Nonnullae radices in इव् desinentes, ante स् proxime cum radice conjunctum, व् finale in ऊ commutant, eamque ob rem in syllaba repetita etiam उ accipiunt, e.c. दुद्यूष् vel दिदेविष् a दिव्.

550. Radices in उर्व् desinentes penultimum उ producunt, e.c. जुगूर्विष् a गुर्व्.

551. Radices हन्, स्वप्, प्रछ्, ग्रह् anomalas formas efficiunt has: जिघांस्, सुषुप्स्, पिपृच्छिष्, जिघृक्ष् (v. r. 325. et cf. rr. 453, 454, 455. b.). — Radix भ्रज्ज् (v. r. 110[b)].) format बिभर्ज्जिष् vel बिभ्रज्जिष् vel बिभ्रक्ष् vel बिभर्क्ष् (v. r. 34[b)].)

552. Radices शक्, पत्, रभ्, लभ् ad arbitrium vel इ vocalem inserunt, e.c. शिशकिष्, vel eâ omissâ anomala formant haec: शिक्ष्, पित्स्, रिप्स्, लिप्स्, quas formas eo ortas esse censuerim, quod post repetitam syllabam ad r. 539. formatam, in radice ipsa initialis consonans una cum sequente vocali supprimebatur, unde शिक्ष् etc. e शि(श)क्ष्. — Radix राध् simplex format रित्स्, et cum आ composita, ad regulam, रिरात्स्. — Radices ज्ञप् et दम्भ् formant ज्ञीप्स्, दीप्स् (cf. r. 553.), vel insertâ इ vocali, जिज्ञपयिष्, दिदम्भयिष् (v. r. 554.).

553. Nonnullae sunt formae desiderativae, quibus notio desiderativa deest, scilicet: जुगुप्स् *vituperare* a गुप् *custodire*, चिकित्स् *mederi*, तितिक्ष् *pati* a तिज्, मिमांस् *exquirere* a मन् vel मान् (v. r. 548.); बीभत्स् *vituperare* a बध् (r. 83. d[β)].), दीदांस् *acuere* a दान्, शीशांस् *acuere* a शान्. Tribus posterioribus est in syllaba repetita contra regulam ई pro इ. Forsterus omnes has formas desiderativas radicibus primitivis annumerat.

554. Radices decimae Classis characterem अय् cum *Gunae* in-

cremento retinent, et omnes vocalem इ inserunt; e.c. चुचोरयिष् a चुर्, मिमङ्गयिष् a मंङ्ग्*) (r. 342.).

DESIDERATIVUM CAUSALIUM.

555. Ex Causalibus verba desiderativa formantur ad analogiam eorum quae a radicibus decimae classis descendunt (v. r. 554.). E. c. दिदापयिष् *cupere ut aliquis dare faciat* a दापय् ex दा, निनाययिष् a नाय्य् ex नी, दिदर्शयिष् a दर्शय् ex दृश्**).

556. Syllaba reduplicativa उ accipit, si radix primitiva vocalem habet उ, ऊ, ओ vel औ; e.c. नुनावयिष् a नावय् ex नु, दुधावयिष् a धावय् ex धु, तुतोदयिष् a तोदय् a तुद्.

557. Praecedentis regulae exceptiones constituunt radices in उ et ऊ desinentes, si a semivocali vel labiali vel ज् incipiunt; hae enim in syllaba repetita इ ponunt (cf. r. 528.); e. c. यियावयिष् a यावय् ex यु, बिभावयिष् a भावय् ex भू; praeterea द्योतय् ex द्युत् format दिद्योतयिष् (v. r. 539. n. 2.). Radices च्यु, प्रु, प्लु, श्रु et स्रु ad arbitrium इ vel उ sumunt; e. c. शिश्रावयिष् vel शुश्रावयिष् a श्रावय् ex श्रु (cf. r. 545.).

558. Formae anomalae sunt शुशावयिष् a श्वि, unde etiam शिशावयिष्, जुहावयिष् a ह्वे, et सुषापयिष् ex स्वप् (cf. r. 533.)

---

*) Si radicalis vocalis verbi primitivi Guna caret, idem observatur in ejus Desiderativo.

**) Ex eo, quod WILKINSIUS in Grammatica p. 371. docet, «*when it is required to give a causal signification to a volitive*» etc. facile colligi possit, Desiderativis esse formas causales, quum contrarium dilucide appareat. Causalibus vis desiderativa addi potest, vel Desiderativa possunt ex causalibus formari, non autem Desiderativis possumus notionem formae Causalis attribuere. WILKINSIUS etiam exemplorum, quae affert, notiones secundum sententiam nostram reddit: e. c. यियावयिषति recte vertit: «*he wishes to cause to mix*». Sin autem exemplum laudatum forma causalis esset Desiderativi, vertendum esset: «*he causes to wish to mix*».

CONJUGATIO DESIDERATIVORUM.

559. Desiderativa secundum verbi primitivi usum aut *Parasmaipadum* aut *Atmanêpadum* aut utramque formam activam admittunt. Tempora specialia स् vel ष् litteris अ vocalem addunt, ita ut Conjugationem primam sequantur. Praeteritum augmentatum multiforme tertiam sequitur formationem, Praeteritum reduplicativum circumscribitur (*r.* 457.), utrumque Futurum, Conditionalis et Precativum *Atmanêpadi* intermediam vocalem इ inserunt. E. c. ex चिक्षिप्स् *jaciendi cupidum esse* fit: चिक्षिप्सामि, चिक्षिप्से; चिक्षिप्सेयम्, चिक्षिप्सेय; चिक्षिप्सानि, चिक्षिप्सै; अचिक्षिप्सम्, अचिक्षिप्से; अचिक्षिप्सिषम्, अचिक्षिप्सिषि*); चिक्षिप्साञ्चकार vel चकर, चिक्षिप्साञ्चक्रे; चिक्षिप्सामास, चिक्षिप्साम्बभूव; चिक्षिप्सितास्मि, चिक्षिप्सिताहे; चिक्षिप्स्याम्, चिक्षिप्सिषीय; चिक्षिप्सिष्यामि, चिक्षिप्सिष्ये; अचिक्षिप्सिष्यम्, अचिक्षिप्सिष्ये. — Passivum desiderativorum usu non receptum esse videtur, si autem usitatum esset, in temporibus specialibus Passivi character य ad desiderativum स् vel ष् adjungeretur, et चिक्षिप्स्ये eadem ratione atque क्षिप्ये flecteretur.

INTENSIVUM.

560. Consonans initialis radicis una cum radicali vocali *Guná* aucta repetitur, qua in re tamen observandum est, etiam longas vocales medias in syllaba reduplicativa Gunam sumere. Medium अ in syllaba illa in आ transit. *Atmanêpadum*, quod fere solum usitatum est, radici syllabam य addit, ante quam radices in इ et उ vel इर् et उर् desinentes, vocalem suam producunt (cf. *r.* 495.). E. c. चेचि, चेचीय a चि; देदीव्, देदीव्य a दिव्; बेभिद्, बेभिद्य a भिद्; नेनी, नेनीय a नी; चेक्रीड्, चेक्रीड्य a क्रीड्; योयु, योयूय a यु; जोगुर्व्, जोगूर्व्य a गुर्व्;

*) Propter positionem Guna admitti nequit.

लोलुप्, लोलुप्य a लुप्; बोभू, बोभूय a भू; बोभूष्, बोभूष्य a भूष्; बाभा, बाभाय a भा; शाश्वस्, शाश्वस्य a श्वस्.

561. Plures radices in आ desinentes in *Atm.* hocce आ in ई, et in syllaba repetita in ए transformant (cf. *r.* 494.); e. c. देदीय a दा, तेष्ठीय a स्था (*r.* 109.).

562. Medium ऋ in syllaba repetita in अरी transit, pro qua syllaba tamen in *Parasm.* ad arbitrium etiam अरि et अर् poni potest. Hac in forma इ vel ई pro vocali conjunctioni serviente habenda est, quae inter syllabam repetitam et radicem inseritur; e. c. दरीदृश् vel दरिदृश् vel दर्दृश्, *Atm.* दरीदृश्य, a दृश्.

563. Radicum in ऋ desinentium syllaba repetita in *Parasm.* item habet ad arbitrium vel अरी, अरि vel अर्. In *Atmanêpado* autem ऋ vocalis, post unam consonantem, in radice ipsa transit in री, in repetita in ए; post duas initiales consonantes in radicali syllaba ponitur अर्, in repetita आ. E. c. कृ format in *Parasm.* चरीकृ vel चरिकृ vel चर्कृ, et in *Atm.* चेक्रीय; स्मृ format in *Parasm.* सरीस्मृ, सरिस्मृ vel सर्स्मृ et in *Atm.* सास्मर्य.

564. ॠ finale in *Parasmaipadi* repetitâ syllabâ transit in आ; in radicali verò non mutatur; in *Atmanêpadi* syllabâ radicali ॠ transit in ईर् et post labiales in ऊर्, quarum syllabarum vocalis in repetita syllaba *Gunâ* augetur. E. c. चाकॄ, चेकीर्य a कॄ; तास्तॄ, तेस्तीर्य a स्तॄ; पापॄ, पोपूर्य a पॄ.

Annot. Praeter कॄत् Cl. 10. nulla radix invenitur cum media vocali ॠ, eaque, sicut omnes decimae classis radices, Intensivum non admittit.

565. Radices diphthongis terminatae analogiam radicum in आ desinentium sequuntur, et in *Parasm.* semper आ, tam in radicali quam in repetita syllaba ponunt, itidemque maximam partem in *Atm.*; nonnullae tamen radices in *Atmanêpadi* radicali syllaba assumunt ई, quod *Gunâ* auctum in repetita syllaba fit ए (cf. *r.* 561.). E. c. वा-

व्रा, वाव्राय a व्रे; दाधा, देधीय a धे; चाका, चाकाय a के; सासा, सेषीय (*r.* 109.) a सो; जागा, जागाय a गै. — व्ये contra regulam format वेवी vel ad regulam वाव्या, in *Atm.* वेवीयते; ह्वे format जोहु, जोहूय ex हु.

566. Medium औ in syllaba repetita in ओ transit; medium ए et ओ non mutantur e.c. योयौट्, योयौट्य a यौट्.

567. Quattuor tantum a vocalibus incipientes radices Intensivum admittunt haece: अट् et अश् formant अटाट्, अटाट्य, अशाश्, अशाश्य; ऋ secundum Forsterum in *Parasm.* efficit formas अरीर्, अरिर्, अर्यर्, et inserto euphonico य् : अर्यर् vel अरियर्; in *Atm.* अरार्य. — ऊर्णु format ऊर्णोनु, ऊर्णोनूय.

568. Radices decimae classis, polysyllabae radices, exceptâ ऊर्णु, et pleraeque a vocalibus incipientes radices in Intensivo non inveniuntur.

SPECIALES REGULAE DE SYLLABA REPETITA.

569. Radices in nasalem desinentes, quibus अ vocalis radicalis est, nasalem in syllabam repetitam recipiunt, ita tamen ut organo quo initialis radicis littera pronuntiatur, se accomodet. Tum अ vocalis in syllaba repetita non producitur, quia haec syllaba jam positione fit longa. Radices litteris य्, ल् et व् terminatae ad arbitrium vel item nasalem in syllabam repetitam admittunt vel generalem sequuntur regulam. E. c. चङ्कण्, चङ्कण्य a कण्, दन्दम्, दन्दम्य a दम्, बम्भ्रम्, बम्भ्रम्य a भ्रम्, चञ्चल्, चञ्चल्य vel चाचल्, चाचल्य a चल्. — Radix फल् anomala format चम्फुल्, चम्फुल्य.

570. Radices चर्, जप्, जल्प्, पश्, दंश्, भञ्ज्, etsi legibus *r.* 569. datis non subjectae sunt, tamen nasalem in syllabam repetitam recipiunt; duae posteriores in *Atm.* nasalem radicis ejiciunt, et चर्, veluti फल्, radicale अ commutat in उ et ऊ (v. *r.* 560.), itaque चञ्चुर्, चञ्चूर्य, दन्दंश्, दन्दश्य, बम्भञ्ज्, बम्भज्य.

571. Radices भ्रंस्, ध्वंस्, भ्रंस्, स्कन्द् et वश् propter penulti-

mae nasalis vim, nasalem in syllabam repetitam recipiunt, atque inter hanc et radicalem syllabam vocalem intermediam ई inserunt (cf. *r.* 562.); abjiciunt autem in *Atm.* radicis nasalem. E. c. शनीश्रंस्, शनीश्रस्य, दनीध्वंस्, दनीध्वस्य. — Radix पद् ad hanc analogiam format पनीपद्, पनीपद्य.

572. Intensiva haecce anomala sunt, pleraque in *Atm.* tantum, nonnulla tamen in utraque Voce: शोशूय vel ad regulam शेश्वीय a श्वि; जेघि, जेघीय a हि; शाशय्य a शी; जाजाय vel जञ्जन्य a जन्; चाखाय vel चङ्खन्य a खन्; जङ्घन्, जेघ्नीय a हन्; सोषुप् vel सास्वप्, सोषुप्य a स्वप्.

CONJUGATIO INTENSIVORUM.

573. *Parasmaipadum* in specialibus temporibus secundam Conjugationem sequitur, et quidem propter syllabam reduplicativam praesertim cum tertia classi convenit, ratione habita *r.* 307. et 323.; e. c. बेभिदति non बेभिदन्ति, अबेभिदुस् non अबेभिदन् a भिद्. De *Gunae* incremento radicalis vocalis regulae 308. *b*) ratio est habenda. Potest autem in personis auctis vocalis intermedia ई terminationibus personalibus praeponi, veruntamen iis tantum, quae a consonante incipiunt, quod ubi accidit, radices in consonantem desinentes *Gunam* in syllaba radicali non admittunt. E. c. बेभेद्मि vel बेभिदीमि a भिद्; चेचेमि vel चेचयीमि a चि; बोभोमि vel बोभवीमि a भू; चर्कर्मि vel चर्करीमि a कृ (cf. *r.* 352.).

574. In formis puris इ et ई vocales radicales ante terminationes a vocali incipientes secundum *r.* 50. et 52. in य् vel इय्, उ et ऊ semper in उव् (v. *r.* 53.), et ऋ in र् transeunt. Vocalis ॠ in formis puris ante consonantes transit in ईर्, ante vocales in इर्; et ubi ॠ vocali consonans labialis antecedit, ponitur ऊर् pro ईर् et उर् pro इर्. E. c. in tertia pers. pl. formatur चेच्यति a चि, सेस्मियति a स्मि,

बोभुवति a भू, चर्कर्ति a कृ, चाकिरति, *du.* चाकीर्तस् a कॄ, पापुरति, *du.* पापूर्तस् a पॄ.

575. Radices in आ desinentes hanc vocalem in formis puris, in ई commutant, quod tamen ante vocales abjicitur (cf. *r.* 305 et 370.). Vocalis intermedia ई, de qua *r.* 573. dictum est, cum आ vocali radicis in ए coalescit. E. c. या in tertia pers. trium numerorum format यायाति vel यायेति, यायीतस्, यायति. — Radices diphthongis terminatae analogiam radicum in आ desinentium sequuntur; e. c. सासाति vel सासेति, सासीतस्, सासति, a सो.

ANNOT. Verisimile non est radicem या in Potentiali यायेयाम् etc. formare posse, quod WILKINSIUS in Grammatica p. 352. docet. Quum Potentialis *Gunae* incremento careat, et आ nonnisi in formis auctis cum vocali intermedia ई in ए coalescat, nos, praecedentem regulam sequentes et cum FORSTERO consentientes, formamus यायीयाम्.

576. Temporum specialium *Parasmaipadi* paradigma sit radix क्षिप्.

PRAESENS.

	Sing.	Dual.	Plur.
1.	चेक्षेप्मि vel चेक्षिपीमि	चेक्षिप्वस्	चेक्षिप्मस्
2.	चेक्षेप्सि vel चेक्षिपीषि	चेक्षिप्थस्	चेक्षिप्थ
3.	चेक्षेप्ति vel चेक्षिपीति	चेक्षिप्तस्	चेक्षिपति *)

POTENTIALIS.

1.	चेक्षिप्याम्	चेक्षिप्याव	चेक्षिप्याम etc.

IMPERATIVUS.

1.	चेक्षिपाणि	चेक्षिपाव	चेक्षिपाम
2.	चेक्षिब्धि	चेक्षिप्तम्	चेक्षिप्त
3.	चेक्षेप्तु vel चेक्षिपीतु	चेक्षिप्ताम्	चेक्षिपतु *)

*) V. *r.* 307.

PRAETERITUM AUGMENTATUM UNIFORME.

	Sing.	Dual.	Plur.
1.	अचेक्तेपम्	अचेक्तिप्व	अचेक्तिप्म
2.	अचेक्तेप् *) vel अचेक्तिपीस्	अचेक्तिप्तम्	अचेक्तिप्त
3.	अचेक्तेप् *) vel अचेक्तिपीत्	अचेक्तिप्ताम्	अचेक्तिपुस् **)

577. Praeteritum augmentatum multiforme plerumque tertiam formationem sequitur, veruntamen reliquae quoque exceptâ septimâ inveniri dicuntur. Praeteritum reduplicativum circumscribitur (*r.* 457.), utrumque Futurum atque Conditionalis intermediam vocalem इ inserere solent, et radices quae in vocalem desinunt, ante insertum इ, monente Forstero, vocalis radicalis *Gunam* reprimunt. E. c. नी et क्षिप् formant: अनेनायिषम्, अचेक्षेपिषम्; नेनयामास, चेक्षिपामास; नेन्यितास्मि; चेक्षिपितास्मि; नेनीयासम्, चेक्षिप्यासम्; नेन्यिष्यामि, चेक्षिपिष्यामि; अनेन्यिष्यम्, अचेक्षेपिष्यम्.

CONJUGATIO ATMANEPADI.

578. Tempora specialia primam Conjugationem sequuntur, et omnino cum quarta Classi conveniunt; e. c. ex नी et क्षिप् fit: नेनीये, चेक्षिप्ये; नेनीयेय, चेक्षिप्येय; नेनीयै, चेक्षिप्यै; अनेनीये, अचेक्षिप्ये.

579. In temporibus generalibus syllaba य abjicitur. Eae tamen radices, quae in vocales desinunt, अ solum abjiciunt et य् retinent, quo fit ut vocales finales analogiam mediarum vocalium sequantur, et, ubi longae sunt, *Gunam* non admittant; e. c. चेचीय à चि (*r.* 560.) format अचेचीयिषि, चेचीयिताहे etc. — Exceptae sunt radices in ऋ desinentes, et e radicibus vocali ऋ terminatis eae, quae a duabus consonantibus incipiunt, quippe quae, sicuti omnes in consonantem desi-

*) V. r. 320. **) V. r. 323.

nentes radices, य abjiciant. Praeterit. augment. multif. tertiam formationem sequitur, Praet. redupl. circumscribitur, et posteriora quattuor tempora intermediam vocalem इ assumunt. Radices नी et क्षिप् itaque formant अनेनीयिषि, अचेक्षिपिषि; नेनीयामास vel ..बभूव vel ..चक्रे (*r.* 458.), चेक्षिपामास vel ..बभूव vel ..चक्रे; नेनीयिताहे, चेक्षेपिताहे; नेनीयिषीय, चेक्षेपिषीय (*r.* 478.); नेनीयिष्ये, चेक्षेपिष्ये, अनेनीयिष्ये, अचेक्षेपिष्ये.

FORMAE DERIVATIVAE INTENSIVORUM.

580. Passivum ex *Parasmaipado* Intensivorum secundum easdem regulas atque ex radicibus primitivis formari potest; e. c. शोश्रूयते a श्रु (*r.* 495.). Causale characteristicum अय् adjungit, ita tamen, ut vocalis radicalis *Gunâ* careat; e. c. चेक्षिपय् non चेक्षेपय् a चेक्षिप्. Desiderativum स् litteram plerumque insertâ vocali इ adjungit, novâ syllabâ reduplicativâ non adjectâ, et radicis vocali non auctâ; e. c. चेक्षिपिष् non चिचेक्षिपिष्.

Annot. Omnes hae formae, quin etiam Desiderativa e Causalibus Intensivorum a Grammaticis formantur, etsi nusquam inveniri videntur. Etiam *Parasmaipadum* Intensivorum in auctoribus me invenire non memini. Forsterus *Parasmaipado* analogum *Atmanêpadum* affert, e. c. चेक्षिप्ते ex चेक्षिप्ति, ita ut duo sint Intensivorum genera, quorum alterum in utraque Voce activa, alterum in *Âtmanêpado* tantum usitatum sit. Prioris, syllabâ य carentis generis, in Participio praes. *Âtmanêpadi* exemplum est लोलिहान (v. r. 598.) Ardsch. X. 43.

DENOMINATIVUM.

581. E nominum stirpibus radices secundariae adjectis suffixis य्, अय्, स्य्, अस्य् et काम्य् derivari possunt, quas Grammatici *Liddhu*-radices nominant, ex quibus, sicuti ex primitivis radicibus et verba et nomina oriuntur. Etiam nullâ alienâ litterâ adjectâ nominum themata *Liddhu*-radicum vice fungi possunt (v. *r.* 591.). Apud antiquiores auctores non multa Denominativorum inveniuntur exempla. In Maha-

bharati episodiis editis nonnisi haec sunt: असूय्, कण्डूय्, चिराय्, गोपाय्, पलाय्, कलाय्, शोक्राय्, तपस्य्, नमस्य्. (v. Gloss.)

DE ADJECTO य्.

582. Adjectâ य् litterâ duo Denominativorum genera formantur. Alterum talia comprehendit, quae desiderium rei, nominis themate expressae, aut etiam comparationem exprimunt, quum persona quaedam aut res ei, quod radicali nomine significatur, aequa habeatur. Priori ratione haec Denominativa intransitiva sunt, objectumque actionis iis ipsis inest; e. c. पत्नीय् *uxorem desiderare*, a पत्नी *uxor*. Altera ratione autem transitiva sunt haec Desiderativa, objectumque, quod extra ipsa positum sit, requirunt, quia nomen radicale non Accusativi, sed Dativi rationem significat; e. c. परिचारिकाम् पत्नीयति *servam uxori parem habet*. Potest tamen Subjectum ipsum res esse illa comparata, ita ut Denominativum vim reflexivam habeat, et nomen radicale non Dativi sed Locativi rationem significet; e. c. प्रासादीय् a प्रासाद *palatium* significare potest *se in palatio versantem putare*; e. c. कुट्याम् प्रासादीयति भिक्षुः *in casa putat se in palatio esse mendicus*.

583. Litterae finales nominum radicalium mutationibus subjectae sunt hisce: 1) अ et आ transeunt in ई, e. c. सुतीय् a सुत *filius* vel सुता *filia*. 2) इ et उ producuntur, nec solum si in fine sed etiam si ante व् vel र् finale posita sunt; e. c. पतीय् a पति *dominus*, भानूय् a भानु *sol*, गीर्य् a गिर् *oratio*, धूर्य् a धुर् *temo*. 3) ऋ transit in री, ओ in अव् et औ in आव्; e. c. पित्रीय् a पितृ *pater*, गव्य् a गो *vacca*, नाव्य् a नौ *navis*. 4) न् finale abjicitur et vocalis, quae ei praecedit, mutationi vocalium finalium subjecta est; e. c. राजीय् a राजन् *rex*. 5) Patronymica suffixo य formata hanc syllabam in ई convertunt; e. c. गार्गीय् a गार्ग्य *Gargi progenies*.

584. Denominativa secundum rr. 582. et 583. formata, in specia-

libus temporibus adjecto अ augentur, eamque ob rem secundum Conjugationem primam flectuntur, *Parasmaipadum* tamen solum admittitur; e. c. सुतीयामि, सुतीयेयम्, सुतीयामि, असुतीयम्. — In generalibus temporibus additum अ excidit, et Denominativa ex thematibus deducta, quae in aliam consonantem quam य् desinunt, ad arbitrium etiam य् abjicere possunt. Praeteritum augm. multif. tertiam sequitur formationem, Praet. redupl. circumscribitur, et utrumque Futurum ac Conditionalis intermediam vocalem इ inserunt.

585. Alterum genus Denominativorum adjecto य् formatorum, talia comprehendit, quae respectu Subjecti et personae vel rei, nominis themate designatae, agendi rationis similitudinem, imitationem, simulationem, aequationem qualitatis etc. significant. Tam ex substantivis quam ex adjectivis adjecto य् etiam Denominativa formantur, quae significant aliquem producere rem, vel actionem, vel attributum, vel conditionem nomine radicali designatam, aut etiam aliquem vel eas res adipisci, vel in eas mutari, vel eas sentire. — De litteris finalibus radicalis nominis observandum est hoc: 1) अ producitur et आ non mutatum retinetur, e. c. कृष्णाय् *Crischnum imitari, eadem ratione, qua Crischnus, agere,* a कृष्ण; करुणाय् *misericordiam commovere* aut *sentire,* a करुणा. 2) न् abjicitur, et, si vocalis praecedens brevis est, ea producitur; e. c. राजाय् *eodem modo atque rex agere,* a राजन्. 3) स् vel abjici vel retineri potest; ubi prius accidit, antecedens vocalis brevis producitur e. c. पयाय् vel पयस्य् *lac fieri* a पयस् *lac.* 4) Nonnulla vocabula in अत् desinentia त् abjiciunt et praecedens अ producunt; e. c. बृहाय् *magnum fieri* a बृहत् *magnus.* 5) Ceterum leges regulae 583. n. 2. 3. et 5. heic quoque valent; e. c. शुचीय् *purum fieri* a शुचि *purus,* मन्तूय् *peccare* a मन्तु *peccatum.* — Haec Denominativorum classis secundum praecedentem regulam flectitur, plerumque in *Atm.* solum, interdum etiam in *Parasm.* aut in utraque Voce activa.

DE ADJECTO अय्.

586. Adjectâ ad nominis thema syllabâ अय् (aut secundum Grammaticos adjecto इ, quod, sicut in decima Classi et in forma Causali, in अय् transire dicitur) Denominativa formantur, quae significant, aliquem id exercere, sentire, eo uti, id creare aut declarare, quod nomine radicali designatur. Si nomen illud monosyllabum est, vocales finales इ, ई, उ, ऊ, ऋ et ॠ *Vriddhim* sumunt, atque finalibus अ et आ, प् additur, अ autem producitur; e.c. वायय् a वि *avis,* भावय् a भू *terra,* नारय् a नृ *vir,* कापय् a क *aër,* ड्यापय् a ड्या *terra* (cf. *r.* 519.). Vocabula monosyllaba, quae consonante terminata sunt, *Gunâ* augentur, e.c. क्षोधय् a क्षुध् *fames.*

587. Vocabula polysyllaba vocalem finalem abjiciunt, et, si in unam vel duas Consonantes desinunt, hae una cum antecedente vocali abjiciuntur; e.c. क्षमय् a क्षमा *patientia,* प्रीतय् a प्रीति *laetitia,* भानय् a भानु *sol,* दृशय् a दृशद् *saxum,* वर्मय् a वर्मन् *lorica.*

588. Vocabula suffixis derivativis मत्, वत् et मिन् formata, Denominativa a primitivis suis deducunt; e.c. श्रायय् ex श्रीमत् *fortunatus,* a श्री *fortuna.*

589. Denominativa adjecto अय् formata in utraque Voce activa inveniuntur, flectunturque sicut radices decimae Classis et formae causales; e.c. वर्मयामि, वर्मये, वर्मयेयम्, वर्मयेय etc.

DE ADJECTIS SUFFIXIS काम्य्, स्य् ET अस्य्.

590. Adjecto काम्य्, quod ad कम् *desiderare, cupere, amare* referendum est, Denominativa formantur, quae desiderium rei nomine radicali designatae significant. Denominativa adjecto स्य् et अस्य् formata vehemens desiderium exprimunt. Litterae finales thematis ante काम्य्, स्य् et अस्य् nullam mutationem subeunt, nisi secundum usitatas leges Euphoniae mutatio euphonica est necessaria; e.c. पुत्रकाम्य् *filium*

vel filios desiderare, a पुत्र *filius,* मध्वस्य् *vehementer mel desiderare,* a मधु *mel,* भुत्स्य् *vehementi prudentiae desiderio teneri,* a बुध् *prudentia* (*r.* 83. *d*[β].). Haec Denominativa in *Parasm.* tantum usitata flectuntur secundum reg. 584. e. c. पुत्रकाम्यामि, पुत्रकाम्येयम् etc.

DENOMINATIVA NULLIS ADDITIS SUFFIXIS FORMATA.

591. Haec significant similitudinem agendi rationis inter Subjectum eamque rem, quae nomine radicali denotatur, aut ejus rei productionem vel adeptionem, rarissime autem usurpantur. Nominis radicalis अ finale abjicitur; e. c. लोहित् a लोहित *ruber.* Ceterae vocales finales *Gunâ* augentur, et, si thema in simplicem consonantem desinit, vocalis praecedens *Gunâ* afficitur. Haec Denominativa in utraque Voce activa adhibentur, saepius tamen in *Parasm.* et flectuntur ad *r.* 584.; e. c. शोचयामि, शोचयसि etc. a शुचि; लोहितामि a लोहित् ex लोहित.

DE NOMINUM FORMATIONE.

592. Nomina Sanscrita fere omnia suffixis adjectis formantur, cum paucae tantum sint purae voces radicales. Ea suffixa, quibus nomina primitiva ex ipsis radicibus formantur, a grammaticis Indicis nominantur partim *Krit**), partim *Unâdi***) atque ea, quibus derivativa formantur ex aliorum vocabulorum stirpibus, appellantur तद्धित *Taddhita*. Primum agamus de origine nominum primitivorum, quae plerumque adjectis suffixis *Kridanticis* formantur.

NOMINA PRIMITIVA***)

PARTICIPIA, INFINITIVUS ET GERUNDIA.

593. अत्. Hoc suffixo formatur participium praes. *Parasm.*, cujus forma primitiva est अन्त्†), ex qua casus fortes (v. *r.* 185. *b.*) formantur. Characteres decem classium conservantur, et in tribus posterioribus Conjugationibus hoc participium formarum purarum (v.

---

*) कृत् *efficiens* a radice कृ *facere* adjecto त्; nomina his suffixis formata nominantur कृदन्त i.e. quod suffixum *Krit* in fine habet.

**) उणादि ex उ et आदि *primum*, inserto ण्, significat suffixorum classem, quae suffixum उ tanquam primum habet, vel ab eo incipit.

***) Omnia in hoc capite descripta suffixa a grammaticis ad classem *Krit* trahuntur, paucis eorum quae in *r.* 645. explicantur exceptis et ibi *unâdi* nomine distinctis, una cum iis de quibus in *r.* 646. agitur.

†) Tanquam primitiva cognoscitur haec forma cognatarum linguarum comparatione.

r. 308.) sequitur analogiam; in prima et quarta Conjugatione valent *rr.* 304 et 305. Radices in *r.* 324. commemoratae formant igitur: बोधत् a बुध्, मुच्यत् a मुच्, तुदत् a तुद्, चोरयत् a चुर्, द्विषत् a द्विष्, बिभ्रत् a भृ, युञ्जत् a युज्, चिन्वत् a चि, (शक्नुवत् a शक् ad *r.* 381.), तन्वत् a तन्, युनत् a यु.

594. Omnes anomaliae, quibus prima Conjugatio in temporibus specialibus, et reliquae Conjugationes in formis puris horum temporum sunt obnoxiae, ad participium praesentis etiam extenduntur, tum in *Par.* quam in *Atmanêpado.* Imprimis cum tertia persona pluralis, quia terminatio ejus, pariter ut अत् et आन suffixa, a vocali incipit, utriusque Vocis part. praes. semper convenit, ita ut peculiares hujus personae anomaliae etiam ante अत् et आन suffixa locum habeant. Exempla part. *Par.* sint: तिष्ठत् a स्था (*r.* 326.), विध्यत् a व्यध् (*r.* 331.), उशत् a वश् (*r.* 361.), सत् ab अस् (*r.* 365.), घ्नत् ab हन् (*r.* 357.). Declinatur hoc part. ad *r.* 218. et 219. — Radix शास् ut videtur propter initialem et finalem sibilantem, radicum reduplicatarum sequitur analogiam (cf. *r.* 363.), unde format in Nominativo masc. trium numerorum शासत्, शासतौ, शासतस्; quod conferatur cum जाग्रत्, जाग्रतौ, जाग्रतस्, बिभ्रत्, बिभ्रतौ, बिभ्रतस् (cf. *r.* 307.).

595. Femininum, addito feminini charactere ई, format अती sive अन्ती. Radices primae Conjugationis multo frequentius अन्ती ponunt quam अती, et trium reliquarum Conjugationum usitatior forma est अती. In radicibus reduplicatis et शास्, nasalis nunquam admittitur, unde जाग्रती, बिभ्रती, शासती; non जाग्रन्ती etc. Exempla formae minus usitatae sunt: विचरती *ambulans* a चर् Cl. 1. (Nalus XII. 10.), वसती *habitans* a वस् Cl. 1. (N. XIII. 66.), धारयती *faciens ut sustineatur* a धृ caus. (N. XVI. 18.), रुदन्ती *flens* a रुद् Cl. 2. (N. XVI. 33. et XVII. 12.), contra रुदती N. XI. 13, 15. multisque aliis locis; कुर्वन्ती *faciens* a कृ Cl. 8. v. *r.* 383. (N. XVI. 11.).

596. Futurum secundum *Parasmaipadi* suffixum अत् syllabae स्य adjungit, ratione habita regulae 304., ex qua स्य cum अत् format स्यत्, quod secundum *r.* 218. declinatur. Femininum est स्यन्ती. E. c. भेष्यत्, भेष्यन्ती a भी; भोत्स्यत्, भोत्स्यन्ती a बुध् (*r.* 484.); चोरयिष्यत्, चोरयिष्यन्ती a चुर् (*r.* 485.).

597. Passivum etiam participium praes. formare potest suffixo अत्, adjuncto syllabae य, ratione habita *r.* 304.; desinit igitur hoc passivum participium in यत्, quod secundum *r.* 218. declinatur et in feminino अन्ती format. Exempla sunt: धूयत् *quod agitatur (coumotus)* *) a धु secundum *r.* 495. vel a radice synonyma धू; दृश्यत् *quod cernitur* a दृश् **); चीयत् *quod colligitur* a चि secundum *r.* 495.; कृष्यत् *quod trahitur,* in Mah. Drona-Parvan: गृहीतम् अतिवीर्येण पञ्चास्येने ’व भोगिना । तथा ’पि परिकृष्यन्तम् दृष्ट्वा etc. *hunc sicut a praevalido, quinque oribus praedito, serpente, captum sic etiam circumtractum postquam viderat;* आस्यत् *quod sedetur,* in Mah. episodio रामोपाख्यानम्, ubi legitur: राक्षसीभिर् उपास्यन्तीं समासीनां शिलातले । रावणः कामबाणार्तो ददर्शो ’पससर्प च ॥ *«a Râcschasidibus circumsessam, sedentem in saxi tergo Ravanus, Cami sagittâ vexatus, vidit eamque accessit»* (Nilacanthus explicat उपास्यन्तीम् voce उपास्यमानाम्); विशीर्यत् *quod frangitur, defringitur* (v. pag. 23. sl. 16. *a.*).

Annot. Participium passivum in यत् desinens minus est usitatum et grammaticos prorsus fugisse videtur. Primum quum ederem Mahâbhârati episodia *«Ardschuni iter ad Indri coelum»* etc. (Berolini 1824 apud Logier) illud deprehendi, atque in annotatione ad *Sundum et Upasundum* II. 19. id commemoravi. Quod ibi dixi, deinde multis aliis exemplis satis comprobatum reperi. Ceterum conferatur *r.* 493.

598. मान, आन. Part. praes. *Atm.* suffixis मान vel आन formatur (fem. माना, आना); ante quae characteres decem classium reti-

---

*) Indr. II. 17.

**) Sund. II. 10.

PRECATIVUS.

470. *a*) Precativus eundem habet Modi characterem (ई) ac Potentialis, atque praesertim cum Potentiali trium posteriorum conjugationum convenit, a quo in 3. et 2. pers. sing. *Par.* sublatis classium proprietatibus tantummodo differt; conferatur e. c. तन्यास्, तन्यात् cum Potentiali तनुयास्, तनुयात् a तन् cl. 8., युज्यास्, युज्यात् cum Potentiali युञ्ज्यास्, युञ्ज्यात्*) a युज्. In reliquis personis स् littera verbi substantivi**) inseritur, ita ut terminationes personales proxime cum ea conjungantur, sicut in prima formatione Praeteriti augm. multiformis; e. c. a तन् venit तन्यासम्; Du. तन्यास्व, तन्यास्तम्, तन्यास्ताम्; Plur. तन्यास्म, तन्यास्त, तन्यासुस् (cf. Graecorum tertiam pers. plur. δοίησαν)***).

b) *Âtmanêpadum* propriam sequitur formationem, non solis terminationibus personalibus a *Parasmaipado* diversam. In omnibus personis radici additur स् littera verbi substantivi, aut proxime aut inserta intermedia vocali इ, cujus vi euphonica स् mutatur in ष्, sicut in tertia formatione Praet. multiformis. Verbo substantivo adjungitur Modi character ई, inter quem et terminationes a vocali incipientes inseritur य् euphonicum (cf. *r.* 311.). Characteribus थ् et त् secundae et tertiae pers. Sing. et Du. anteponitur altera sibilans, et quidem ष् post ई, et स् post आ; littera ष् autem efficit ut

*) Similem differentiam videmus inter Graecorum Aoristum et Praesentem Optativi, cf. δοίην cum διδοίην.

**) Eandem enim originem स् litterae, in hoc Modo insertae, tribuendam esse puto quam eidem litterae in Praeterito multif. introductae (v. *r.* 388.).

***) in secunda et tertia pers. sing., ut equidem puto, verbum substantivum eam ob causam omittitur, quia ex euphon. lege 57. स् cum terminationibus स् et त् conjungi nequit (cf. *r.* 401.).

sequens थ् et त् transeant in ठ, ट (v. r. 99.). In secunda pers. plur. pro ध्वम् scribi potest ढ्वम्.

En integrum schema utriusque Vocis*).

PARASMAIPADUM.				*ATMANÊPADUM.*		
	Sing.	Dual.	Plur.	Sing.	Dual.	Plur.
1.	यासम्	यास्व	यास्म	सीय	सीवहि	सीमहि
2.	यास्	यास्तम्	यास्त	सीष्ठास्	सीयास्थाम्	सीध्वम् (ढ्वम्)
3.	यात्	यास्ताम्	यासुस्	सीष्ट	सीयास्ताम्	सीरन्

DE VOCALIS RADICALIS IN PARASMAIPADO MUTATIONE.

471. आ finale post simplicem consonantem transit in ए**); post duas consonantes आ ad arbitrium item transit in आ aut non mutatum retinetur; e.c. देयासम् a दा. स्थेयासम् vel स्थायासम् a स्था***).

472. इ et उ finalia producuntur, e.c. चीयासम् a चि, नूयासम् a नु. — ऋ finale post unam consonantem transit in रि, post duas in अर्; e.c. क्रियासम् a कृ, स्मर्यासम् a स्मृ. — Radix ऋ *ire* item transit in अर्, inde अर्यासम्. — ॠ finale transit in ईर् atque post labiales in ऊर् (v. r. 54.); e.c. जीर्यासम् a जॄ, पूर्यासम् a पॄ.

473. E radicibus in ए desinentibus tantummodo धे in *Par.* est regularis atque format धेयासम्, quod ad analogiam r. 471. ex धायासम् explicari potest (v. r. 474.).

---

*) Cf. schema *Atmanêpadi* cum Potent. radicis अस् *Atm.* in r. 366. et vid. de origine Precativi Librum meum *Conjugationssystem etc. S.* 34. et 35.

**) ut equidem puto, ex vi assimilationis sequentis semivocalis य् (cf. r. 626.).

***) Secundum Forsterum plures radices a simplice consonante incipientes आ vocalem non mutatam retinent; e.c. ex पा cl. 2. Forsterus efficit पायासम्. Apud scriptores Modus precativus rarissime invenitur.

474. ऐ finali substituitur आ (cf. *rr.* 411., 413., 438., 466., 485.), quo facto, ratio habenda est regulae 471.*) — ओ finali item substituitur आ, quod tamen, secundum Forsterum, ante sequens य् non in ए immutatur; e.c. दायासम् a दो.**)

475. Radices in consonantem desinentes vocalem radicalem non immutant, radicibus decimae classis exceptis, quippe quae *Gunam* hujus classis propriam retineant, additamentum अय् (v. *r.* 297.) autem abjiciant; e.c. चोर्यासम् a चुर् cl. 10.

476. Radices duabus terminatae consonantibus, quarum prior est nasalis, eandem in *Par.* ejiciunt; e.c. मथ्यासम् a मन्थ्.

DE MUTATIONE VOCALIS RADICALIS IN ATMANÊPADO.

477. Radices in इ, ई, उ vel ऊ desinentes sumunt *Gunam;* e.c. चेषीय a चि, नेषीय a नी, पविषीय (ex पो + इ + सीय) a पू. — E radicibus in ऋ tantummodo eae, quae intermedium इ inserunt, accipiunt *Gunam;* e.c. वरिषीय a वृ, कृषीय a कृ. Radices in ॠ desinentes ante intermedium इ, quod in ई producere possunt, habent *Gunam;* omisso intermedio इ vel ई, ॠ finale sicut in *Par.* transit in ईर् et post labiales in ऊर्; e.c. करिषीय vel करीषीय vel कीर्षीय a कॄ; परिषीय vel परीषीय vel पूर्षीय a पॄ. — Diphthongi ए, ऐ et ओ in fine radicum transeunt in आ (cf. *rr.* 411., 413., 438., 466., 485.); e.c. वासीय a वे, त्रासीय a त्रै, स्यासीय a स्यो.

478. Radices in consonantem desinentes ante intermedium इ *Gunam* assumunt, omissa vocali इ, radicalem vocalem puram retinent; e.c. भुत्सीय a बुध् (v. *r.* 83. *d*[α).), पर्चिषीय a पच्.

---

*) secundum Wilkinsium; Forsterus post simplicem consonantem आ retinet, post duplicem, atque in radice गै, ad arbitrium ए et आ admittit, e.c. ग्लेयासम् vel ग्लायासम् a ग्लै.

**) Wilkinsius ओ primitivum retinet, formatque e.c. शोयासम् a शो.

479. Quod ad inserendam vel omittendam intermediam vocalem इ in *Atmanêpado* attinet, plurimae radices analogiam Futuri primi sequuntur (v. *r.* 462-469.). Paradigmati integrae hujus Modi conjugationis inserviat तुद् *vexare.*

	PARASMAIPADUM.			*ATMANÊPADUM.*		
	Sing.	Dual.	Plur.	Sing.	Dual.	Plur.
1.	तुद्यासम्	तुद्यास्व	तुद्यास्म	तुत्सीय	तुत्सीवहि	तुत्सीमहि
2.	तुद्यास्	तुद्यास्तम्	तुद्यास्त	तुत्सीष्ठास्	तुत्सीयास्थाम्	तुत्सीध्वम् (ढ्वम्)
3.	तुद्यात्	तुद्यास्ताम्	तुद्यासुस्	तुत्सीष्ट	तुत्सीयास्ताम्	तुत्सीरन्

ANOMALA.

480. Radices anomalae in *Parasmaipado* easdem subeunt correptiones quae in puris formis Praeteriti reduplicativi locum habent, inde radices ह्वे, व्ये et वे corripiuntur in हु, वि et उ (cf. *rr.* 444., 450. et 451.), ex quibus secundum *r.* 472. efficiuntur हूयासम्, वीयासम्, ऊयासम्. — Radices ग्रह्, प्रछ्, भ्रस्ज्, व्रश्च् in *Par.* corripiuntur in गृह्, पृछ्, भृज्ज्, वृश्च्; e. c. गृह्यासम् (cf. *r.* 454.).

481. Radices वच्, वद्, वप्, वश्, वस् cl. 1., वह् et स्वप् syllabam व in *Par.* corripiunt in उ, inde उच्यासम्, उद्यासम्, उप्यासम्, उश्यासम्, उष्यासम्, उह्यासम्, सुप्यासम् (cf. *r.* 455.).

482. Radices यज्, व्यच् et व्यध् syllabam य in *Par.* corripiunt in इ, inde इज्यासम्, विच्यासम्, विध्यासम्. — ज्या et ज्यो corripiuntur in जि, unde जीयासम् (v. *r.* 472. et cf. *r.* 456.).

FUTURUM SECUNDUM.

483. Radici additur syllaba स्य, quae conjugatur sicut Praesens primae conjugationis, ratione habita regulae 304; e. c. स्यामि, स्यसि,

स्यति. Ex euphoniae lege 101[a]. syllaba स्य saepissime transit in ष्य, e.c. क्षेष्यामि a क्षि, वक्ष्यामि a वच् (v. r. 86.).

484. Vocalis radicalis *Gunae* incrementum sumit (v. r. 34[a].); e.c. एष्यामि ab इ, भेष्यामि a भी, भोत्स्यामि a बुध् (v. r. 83. *d*[a].), द्रक्ष्यामि a दृश् (v. r. 34[b].).

DE INSERENDA INTERMEDIA VOCALI इ.

485. Syllaba स्य aut proxime aut intermedia vocali इ cum radice conjungitur, qua in re regularum 462., 463., 464. et 466. ratio est habenda; e.c. चोरयिष्यामि a चुर् cl. 10., दीधिष्यामि a दीधी (vid. r. 462.), धास्यामि a धे, गास्यामि a गै, शास्यामि a शो (v. r. 466.). — Omnes radices in ऋ desinentes vocalem इ inserunt, quam radix वृ producere potest; e.c. करिष्यामि, करिष्ये a कृ, वरिष्यामि vel वरीष्यामि a वृ. — Omnes radices in ॠ desinentes ad arbitrium इ vel ई inserunt; e.c. तरिष्यामि vel तरीष्यामि a तॄ *Par.*, करिष्ये vel करीष्ये a कॄ *Atm.*

486. Radices in consonantem desinentes, paucis cum exceptionibus, sequuntur regulas 467. et 468.; e.c. त्यक्ष्यामि a त्यज् (vid. r. 468. 4.), लप्स्यामि a लभ् (v. r. 468. 9.). — ग्रह् *capere* intermediam vocalem producit, inde ग्रहीष्यामि.

487. Paradigmati inserviat छिद् *findere.*

	PARASMAIPADUM.			*ATMANÊPADUM.*		
	Sing.	Dual.	Plur.	Sing.	Dual.	Plur.
1.	छेत्स्यामि	छेत्स्यावस्	छेत्स्यामस्	छेत्स्ये	छेत्स्यावहे	छेत्स्यामहे
2.	छेत्स्यसि	छेत्स्यथस्	छेत्स्यथ	छेत्स्यसे	छेत्स्येथे	छेत्स्यध्वे
3.	छेत्स्यति	छेत्स्यतस्	छेत्स्यन्ति	छेत्स्यते	छेत्स्येते	छेत्स्यन्ते

CONDITIONALIS.

488. Radici anteponitur अ augmentum, quod cum sequente vocali aut ejus *Gúna* coalescit, secundum *rr.* 35., 36. et 318.*); deinde additur syllaba स्य, ad analogiam Futuri secundi, aut proxime aut intermedia vocali इ vel ई; atque vocalis radicalis pariter *Gunae* incremento induitur. Adjecta syllaba स्य autem non Praesentis sed Praeteriti augm. primi terminationes assumit, ratione habita *r.* 304.; conferatur e.c. अच्छेत्स्यम् (v. *r.* 60.) cum छेत्स्यामि a छिद्, अभोत्स्यम् cum भोत्स्यामि a बुध् (v. *r.* 83. *d*[a].), अतनिष्यम् cum तनिष्यामि a तन्, अभविष्यम् cum भविष्यामि a भू.

489. Paradigmati inserviat तुद् *vexare*.

PARASMAIPADUM.

	Sing.	Dual.	Plur.
1.	अतोत्स्यम्	अतोत्स्याव	अतोत्स्याम
2.	अतोत्स्यस्	अतोत्स्यतम्	अतोत्स्यत
3.	अतोत्स्यत्	अतोत्स्यताम्	अतोत्स्यन्

ATMANÉPADUM.

	Sing.	Dual.	Plur.
1.	अतोत्स्ये	अतोत्स्यावहि	अतोत्स्यामहि
2.	अतोत्स्यथास्	अतोत्स्येथाम्	अतोत्स्यध्वम्
3.	अतोत्स्यत	अतोत्स्येताम्	अतोत्स्यन्त

Annot. Syllabam स्य, quae in Futuro 2. et Conditionali cum radice conjungitur a radice अस् *esse* descendere puto, cujus Futurum, seorsum non relictum, primitive अस्यामि vel स्यामि sonuisse videtur, Conditionalis autem आस्यम् (ex अ +

*) e.c. ऐषिष्यम् non एषिष्यम् ab इष्.

अस्यम्). Cum tamen Futurum 2. *Gunam* requirat, radix अस् autem ex lege 365. nonnisi in formis puris अ vocalem abjiciat, ex hac re colligi potest, radicem अस् in Futuro effecisse अस्यामि. Ex अस्यामि autem in compositione facile fieri potuit स्यामि, sicut ex आसम् *fui* in fine Praeteriti multif. factum est सम् (v. *r.* 389.) sicutque Graecorum ἔσομαι perditaque activa forma ἔσω in compositione cum verbis attributivis evaserunt σομαι, σω (τύπ-σομαι, τύπ-σω).*)

490. Omnium Temporum Modorumque conjugationis synopsin praebeat radix क्षिप्, quae in specialibus Temporibus sextam classem sequitur. Quod ad reliquas classes attinet, mittimus ad Tab. ad *r.* 324.

PRAESENS.

PARASMAIPADUM.			ATMANÊPADUM.		
Sing.	Dual.	Plur.	Sing.	Dual.	Plur.
1. क्षिपामि	क्षिपावस्	क्षिपामस्	क्षिपे	क्षिपावहे	क्षिपामहे
2. क्षिपसि	क्षिपथस्	क्षिपथ	क्षिपसे	क्षिपेथे	क्षिपध्वे
3. क्षिपति	क्षिपतस्	क्षिपन्ति	क्षिपते	क्षिपेते	क्षिपन्ते

POTENTIALIS.

1. क्षिपेयम्	क्षिपेव	क्षिपेम	क्षिपेय	क्षिपेवहि	क्षिपेमहि
2. क्षिपेस्	क्षिपेतम्	क्षिपेत	क्षिपेथास्	क्षिपेयाथाम्	क्षिपेध्वम्
3. क्षिपेत्	क्षिपेताम्	क्षिपेयुस्	क्षिपेत	क्षिपेयाताम्	क्षिपेरन्

IMPERATIVUS.

1. क्षिपाणि	क्षिपाव	क्षिपाम	क्षिपै	क्षिपावहै	क्षिपामहै
2. क्षिप	क्षिपतम्	क्षिपत	क्षिपस्व	क्षिपेथाम्	क्षिपध्वम्
3. क्षिपतु	क्षिपताम्	क्षिपन्तु	क्षिपताम्	क्षिपेताम्	क्षिपन्ताम्

*) Plura de sanscriti et graeci Futuri origine disserui in Libro *Annals of Oriental literature* p. 45. etc.

	PARASMAIPADUM.			ATMANÉPADUM.		

PRAETERITUM AUGMENTATUM UNIFORME.

	Sing.	Dual.	Plur.	Sing.	Dual.	Plur.
1.	अक्षिपम्	अक्षिपाव	अक्षिपाम	अक्षिपे	अक्षिपावहि	अक्षिपामहि
2.	अक्षिपस्	अक्षिपतम्	अक्षिपत	अक्षिपथास्	अक्षिपेथाम्	अक्षिपध्वम्
3.	अक्षिपत्	अक्षिपताम्	अक्षिपन्	अक्षिपत	अक्षिपेताम्	अक्षिपन्त

PRAETERITUM AUGMENTATUM MULTIFORME.

Formatio prima.

1.	अक्षैप्सम्	अक्षैप्स्व	अक्षैप्स्म	अक्षिप्सि	अक्षिप्स्वहि	अक्षिप्स्महि
2.	अक्षैप्सीस्	अक्षैप्तम्	अक्षैप्त	अक्षिप्थास्	अक्षिप्साथाम्	अक्षिब्ध्वम्
3.	अक्षैप्सीत्	अक्षैप्ताम्	अक्षैप्सुस्	अक्षिप्त	अक्षिप्साताम्	अक्षिप्सत

PRAETERITUM REDUPLICATUM.

1.	चिक्षेप	चिक्षिपिव	चिक्षिपिम	चिक्षिपे	चिक्षिपिवहे	चिक्षिपिमहे
2.	चिक्षेपिथ	चिक्षिपथुस्	चिक्षिप	चिक्षिपिषे	चिक्षिपाथे	चिक्षिपिध्वे (ढ्वे)
3.	चिक्षेप	चिक्षिपतुस्	चिक्षिपुस्	चिक्षिपे	चिक्षिपाते	चिक्षिपिरे

FUTURUM PRIMUM.

1.	क्षेप्तास्मि	क्षेप्तास्वस्	क्षेप्तास्मस्	क्षेप्ताहे	क्षेप्तास्वहे	क्षेप्तास्महे
2.	क्षेप्तासि	क्षेप्तास्थस्	क्षेप्तास्थ	क्षेप्तासे	क्षेप्तासाथे	क्षेप्ताध्वे
3.	क्षेप्ता	क्षेप्तारौ	क्षेप्तारस्	क्षेप्ता	क्षेप्तारौ	क्षेप्तारस्

PRECATIVUS.

1.	क्षिप्यासम्	क्षिप्यास्व	क्षिप्यास्म	क्षिप्सीय	क्षिप्सीवहि	क्षिप्सीमहि
2.	क्षिप्यास्	क्षिप्यास्तम्	क्षिप्यास्त	क्षिप्सीष्ठास्	क्षिप्सीयास्थाम्	क्षिप्सीध्वम् (ढ्वम्)
3.	क्षिप्यात्	क्षिप्यास्ताम्	क्षिप्यासुस्	क्षिप्सीष्ट	क्षिप्सीयास्ताम्	क्षिप्सीरन्

PARASMAIPADUM. ***ATMANÊPADUM.***

FUTURUM SECUNDUM.

	Sing.	Dual.	Plur.	Sing.	Dual.	Plur.
1.	क्षेप्स्यामि	क्षेप्स्यावस्	क्षेप्स्यामस्	क्षेप्स्ये	क्षेप्स्यावहे	क्षेप्स्यामहे
2.	क्षेप्स्यसि	क्षेप्स्यथस्	क्षेप्स्यथ	क्षेप्स्यसे	क्षेप्स्येथे	क्षेप्स्यध्वे
3.	क्षेप्स्यति	क्षेप्स्यतस्	क्षेप्स्यन्ति	क्षेप्स्यते	क्षेप्स्येते	क्षेप्स्यन्ते

CONDITIONALIS.

	Sing.	Dual.	Plur.	Sing.	Dual.	Plur.
1.	अक्षेप्स्यम्	अक्षेप्स्याव	अक्षेप्स्याम	अक्षेप्स्ये	अक्षेप्स्यावहि	अक्षेप्स्यामहि
2.	अक्षेप्स्यस्	अक्षेप्स्यतम्	अक्षेप्स्यत	अक्षेप्स्यथास्	अक्षेप्स्येथाम्	अक्षेप्स्यध्वम्
3.	अक्षेप्स्यत्	अक्षेप्स्यताम्	अक्षेप्स्यन्	अक्षेप्स्यत	अक्षेप्स्येताम्	अक्षेप्स्यन्त

VERBA DERIVATIVA.

491. Verba derivativa comprehendunt passiva, causalia, desiderativa, intensiva et denominativa, quorum priora quattuor a radicibus ipsis, abjectis classium characteribus, descendunt; denominativa a nominibus trahunt originem.

PASSIVUM.

TEMPORA SPECIALIA.

492. Passivum terminationibus personalibus *Atmanêpadi* utitur, quibus in temporibus specialibus syllabam य praefigit; ita ut prorsus cum quartae classis *Atmanêpado* conveniat. Etiam r. 304. ratio est habenda.

ANNOT. Cum quarta classis maximam partem verba neutra comprehendat, quorum significatio ad passivi naturam proxime accedit, (e. c. म्रिये *morior*, जाये *nascor*): HAUGHTONIUS*) apte hac in re causam quaesivit, cur Passivum et quartae classis *Atmanêpadum* inter se non differant. Etiam Passivi characteris य explicationem maxime probandam offert vir doctissimus, qui à radice इ vel या *ire* illum descendere putat, cum revera in Hindostanâ aliisque dialectis Indicis Passivum circumscribatur per verbum auxiliare ejusdem significationis et originis, et quidem per जाना (e यान *itio*) in Hindostanâ et या in Bengalicâ linguâ. Dicitur e. c. Bengalice कार याइ i. e. *in actionem faciendi eo*, pro *fio*. Conferatur Latina locutio *amatum iri* et verbum *veneo* ex *ven* et *eo* compositum. In Sanscrito ipso legere mememini ग्रहणम् ययो *ivit in captionem* pro *captus est*.

*) In Manuis editione Vol. I. p. 329. et Grammaticae Bengalicae p. 68. et 95.

493. Inveniuntur etiam in passivo terminationes *Parasmaipadi* cum charactere य conjunctae, metro fortasse cogente; e.c. Hidimb. caed. 1.7. विप्रमुच्येम *liberemur* pro विप्रमुच्येमहि; Brah. lament. I. 19. मुच्येयम् *liberer* pro मुच्येय; III. 8. व्युच्छिद्येत् *exstinguatur* pro व्युच्छिद्येत; Nal. XIV. 6. *b.* मोक्ष्यसि *liberaberis* pro मोक्ष्यसे a rad. मुच्; XX. 39. *a.* cod. Par. अदृश्यत् *cernebatur* pro अदृश्यत. Cf. *r.* 597.

494. Radices दा *dare,* धा *tenere,* पा *bibere,* मा *metiri,* स्था *stare* et हा *deserere* vocalem suam आ in ई commutant, id quod vi euphonicae sequentis semivocalis, cui आ se accomodet, attribuendum esse censeo (cf. *r.* 471. et 626.); e.c. दीयते *datur* a दा. Reliquae in आ desinentes radices hanc vocalem conservant; e.c. पायते *regitur* a पा *regere.*

495. Vocales इ et उ sub fine, sicut etiam ante semivocales finales र् et व्, producuntur; e.c. चीयते a चि *colligere,* श्रूयते a श्रु *audire,* दीव्यते a दिव् *ludere,* चूर्यते a चुर् *furari.*

496. श्वि *crescere* substituit ऊ pro वी, e.c. शूये, शूयसे. Radix शी *dormire* substituit शय्; nam vocalis ई hujus radicis contra regulam *Gunae* incremento instructur (cf. *r.* 348.), et य्, quod sequitur, quasi esset vocalis, efficit, ut antecedens ए in अय् mutetur. Dicitur igitur शय्यते *dormitur* pro शेयते (cf. *r.* 649.).

497. ई finale polysyllabarum reduplicatarum radicum दीधी *fulgere* et वेवी *optare* abjicitur, e.c. दीध्यते, वेव्यते.

498. ऋ finale post *unam* consonantem transit in रि, post *duas* in अर्; e.c. क्रियते a rad. कृ *facere,* स्मर्यते a rad. स्मृ *recordari.* — Radices ऋ *ire* et जागृ *vigilare* item ऋ vocalem immutant in अर्, e.c. अर्यते *itur,* जागर्यते *vigilatur.*

499. Radices गृ *conspergere* et धृ *tenere* ponunt री pro रि; e.c. ग्रीयते, ध्रीयते.

500. ॠ finale transit in ईर्, et post labiales in ऊर्; e.c. दीर्यते a दॄ *rumpere,* पूर्यते a पॄ *implere.*

501. Radices regulares in ए desinentes, quae sunt दे, धे et मे; item pleraeque in ओ exeuntes, दो, शो et सो; denique nonnullae in ऐ desinentes: गै, दै, रै et कै (ex Forsteri sententia कै transit in का) vocalem suam mutant in ई; e.c. दीयते a rad. दे *amare*, sive a rad. दो *abscindere*, गीयते a rad. गै *canere*. — छो, स्यो et pleraeque radices in ऐ desinentes, vocalem suam in आ mutant; e.c. छायते a rad. छो *abscindere*, ध्यायते a rad. ध्यै *meditari*.

502. वे *texere*, व्ये *tegere* et ह्वे *vocare* substituunt ऊ, वी et हू; e.c. ऊयते, वीयते, हूयते (cf. *r.* 449. sqq. et *r.* 495.).

503. Radices duabus terminatae consonantibus, quarum prior est nasalis, hanc maxima ex parte ejiciunt (v. *r.* 110[a]. et 476.); e.c. बध्यते, लघ्यते a बन्ध्, लङ्घ्.

504. Radices तन् *extendere*, खन् *fodere*, जन् *gignere*, litteram न् abjicere possunt; quod ubi fit, vocalis अ producitur; dicitur igitur e.c. तायते, खायते जायते et तन्यते, खन्यते, जन्यते.

505. Radices वच् et वद् *loqui*, वप् *seminare*, वश् *velle*, वस् *habitare* et वह् *ferre, trahere* syllabam व corripiunt in उ, et littera स् vocis वस् ex analogia *r.* 101[a]. transit in ष्; e.c. उच्यते, उद्यते, उप्यते, उश्यते, उष्यते (cf. *r.* 455. et 481.).

506. Radices यज्, व्यध् et व्यच् syllabam य corripiunt in इ; e.c. इज्यते, विध्यते, विच्यते (cf. *r.* 482.).

507. Radices ग्रह्, व्रश्च्, प्रछ् et भ्रस्ज् syllabam र corripiunt in ऋ; e.c. गृह्यते, cf. *r.* 480.

TEMPORA GENERALIA.

508. Syllaba य in temporibus generalibus abjicitur, et tertia persona sing. Praeteriti multiformis signo personali त् caret, desinitque in इ, cui radices vocali आ vel diphthongis, quibus आ substituitur, terminatae, य् euphonicum anteponunt; e.c. दा, दे, दो formant अदायि.

Omnes reliquae vocales, tam finales quam mediae, *Vriddhis* incremento afficiuntur; e.c. अनायि a rad. नी, असावि a rad. सु, अकारि a rad. कृ, अचैपि a rad. क्षिप्, अमानि a rad. मन्. Comparetur अनेष्ट etc. in Tab. ad *r.* 428. — Radix बुध् *scire* contra regulam accipit *Gunam,* inde अबोधि pro अबौधि.

509. Reliquae hujus temporis personae terminationibus *Atmanêpadi* utuntur, ita tamen ut omnes radices in vocalem desinentes, tertiam sequantur formationem et ad arbitrium vel *Gunam* vel *Vriddhim* habeant; e.c. radix नी, quae in *Atmanêpado* secundum primam formationem efficit अनेषि etc. (v. Tab. ad *r.* 428.) in Passivo format अनयिषि, अनयिष्व, अनयिष्म, vel अनायिषि, अनायिष्व, अनायिष्म etc. — Radices in आ vocalem vel diphthongum desinentes, sicuti in 3. pers. sing., य् euphonicum inserunt et diphthongum in आ commutant, inde e.c. दा, दे, दै, दो radices formant अदायिषि. Radices, quae in consonantem desinunt, non discrepant ab *Atmanêpado*.

510. Praeteritum reduplicativum omnino cum Praet. *Atmanêpadi* convenit, inde e.c. चिच्ये a rad. चि, तुतुदे a rad. तुद्, तेने a rad. तन् (v. *r.* 442.). Radix भू tamen in syllaba reduplicativa praeter ब etiam e generali reduplicationis lege 431. बु admittit, inde बभूवे vel बुभूवे (v. *r.* 445.).

511. In quattuor posterioribus temporibus, omnes vocalibus terminatae radices auxiliarem vocalem इ inserunt, et ad arbitrium, vel *Vriddhis* vel *Gunae* incremento augentur; ita e.c. radix कृ format cum *Vriddhi* कारिताहे, कारिषीय, कारिष्ये, अकारिष्ये; cum *Guna,* करिताहे etc. — Quae in diphthongum desinunt radices, illam in आ mutant, cui, aeque atque आ primitivo, य् euphonicum subjungitur; ita e.c. radices दा, दे, दै, दो formant दायिताहे etc.

512. Radices consoante terminatae omnino cum *Atmanêpado*

conveniunt*); e. c. radix दिश् *ostendere* format देष्टाहे, दिक्षीय, देक्ष्ये, अदेक्ष्ये.

513. Recedunt a praecedente regula radices हन् *interficere*, ग्रह् *capere* et दृश् *videre* quippe quae, sicuti vocali terminatae radices, sine *Âtmanêpadi* respectu, in quattuor posterioribus temporibus vocalem इ inserant et in Praeterito multiformi tertiae formationis rationem sequantur; e. c. अदर्शिषि, दर्शिताहे, दर्शिषीय, दर्शिष्ये, अदर्शिष्ये.

514. Paradigma Passivi conjugationis sit rad. क्षिप् *conjicere;* sufficiat tamen primam cujusvis temporis proponere personam, una cum tertia Praeteriti multiformis:

PRAESENS.

	Sing.	Dual.	Plur.
1.	क्षिप्ये	क्षिप्यावहे	क्षिप्यामहे

POTENTIALIS.

1.	क्षिप्येय	क्षिप्येवहि	क्षिप्येमहि

IMPERATIVUS.

1.	क्षिप्यै	क्षिप्यावहै	क्षिप्यामहै

PRAETERITUM AUGMENTATUM UNIFORME.

1.	अक्षिप्ये	अक्षिप्यावहि	अक्षिप्यामहि

PRAETERITUM AUGMENTATUM MULTIFORME.

1.	अक्षिप्सि	अक्षिप्स्वहि	अक्षिप्स्महि
3.	अक्षेपि**)	अक्षिप्साताम्	अक्षिप्सत

*) E FORSTERI sententia etiam radices in vocalem desinentes hanc regulam sequi possunt, itemque in Praet. multif.

**) v. r. 508.

PRAETERITUM REDUPLICATIVUM.

	Sing.	Dual.	Plur.
1.	चिक्षिपे	चिक्षिपिवहे	चिक्षिपिमहे

FUTURUM PRIMUM.

1.	क्षेप्ताहे	क्षेप्तास्वहे	क्षेप्तास्महे

PRECATIVUS.

1.	क्षिप्सीय	क्षिप्सीवहि	क्षिप्सीमहि

FUTURUM SECUNDUM.

1.	क्षेप्स्ये	क्षेप्स्यावहे	क्षेप्स्यामहे

CONDITIONALIS.

1.	अक्षेप्स्ये	अक्षेप्स्यावहि	अक्षेप्स्यामहि

CAUSALE.

515. Forma causalis e charactere cum decima classi omnino convenit (v. *r.* 297. ejusque annotationem); addit igitur radici syllabam अय्, cui in specialibus temporibus vocalis अ subjungitur. Character अय् autem in generalibus temporibus etiam conservatur, Praeterito augm. multiformi et Precativo *Parasmaipadi* exceptis.

516. Quae in consonantem exeunt radices *Guná* afficiuntur, e.c. वेदय् *facere ut aliquis sciat, nuntiare, memorare* a विद् *scire,* नर्तय् *facere ut aliquis saltet* a नृत् *saltare,* बोधय् *docere* a बुध् *scire.*

517. Quae अ vocalem ante simplicem consonantem habent radices, maxima ex parte eam producunt; ex parte non mutatam eam retinent, inter quas imprimis sunt plurimae littera म् terminatae; radices nonnullae ad arbitrium vel अ retinent vel producunt. E.c. तापय् a तप् *flagrare,* पातय् a पत् *cadere,* गमय् a गम् *ire,* नमय् sive नामय् a नम् *se inclinare,* ज्वालय् sive ज्वलय् a ज्वल् *flagrare.*

518. Quae in vocalem desinunt radices *Vriddhi* afficiuntur, e. c. नायय् a नी *ducere*, श्रावय् a श्रु *audire*, कारय् a कृ *facere*. Exceptae sunt radices जृ *senescere* quae *Guna* augetur, जागृ *vigilare* et दृ *honorare*, quibus ex arbitrio sive *Guna* additur sive *Vriddhis*.

REGULAE SPECIALES DE IIS QUAE IN VOCALEM EXEUNT RADICIBUS.

519. Diphthongi finales in आ mutantur, cui, aeque ac आ primitivo, littera प् additur; e. c. स्थापय् a स्था, धापय् a धे, गापय् a गै. Excepta sunt: 1) verba पा *bibere*, छो *tegere*, ह्वे *vocare*, वे *texere*, शो *secare*, शो *acuere*, quippe quae, pro प् littera, य् euphonicum inserant (cf. r. 511); e. c. पायय्, छायय्. 2) पा *servare*, *regere*, quod ल् inserit, inde पालय्. 3) दरिद्रा *pauperem esse*, cujus vocalis finalis abjicitur.

520. Radices स्ना *se lavare* et ग्लै *lugere*, ubi cum praepositionibus junctae non sunt, आ vocalem ad arbitrium vel corripiunt vel retinent; inde स्नापय् sive स्नपय्, ग्लापय् sive ग्लपय्.

521. Anomale प् adjiciunt: 1) Nonnullae radices, quae vocalem इ vel ई finalem in आ commutant, eaeque sunt: इ *ire*, ubi cum अधि conjunctum *legere* significat, जि *vincere*, स्मि *subridere*, मि *dissipare*, दी *interire*, क्री *emere*, मी *ire*, *offendere*, व्री ubi *in coitu concipere* significat; e. c. आपय्, जापय्, स्मापय्. 2) चि *colligere* ad arbitrium format sive चापय्, sive चपय्, neque non चयय् cum *Guna*, denique e r. 518. cum *Vriddhi*, चायय्; 3) भी *timere* in *Atman.* efficit vel भापय्, vel भीषय् vel ad regulam भायय्; in *Parasm.* tantummodo भायय्. 4) ह्री *pudore affici*, री *occidere* et व्री *ire*, quae *Guna* augentur, unde ह्रेपय् etc. 5) ऋ *ire* quod item Gunam assumit, unde अर्पय्. 6) रुह् *crescere* abjecto ह् format रोपय्, sive ad regulam रोहय्; क्नूय् *foetere* et क्ष्माय् *quatere* ejecto य् efficiunt क्नोपय्, क्ष्मापय्.

522. Radicum polysyllabarum दीधी et वेवी abjicitur vocalis finalis, unde दीधय्, वेवय् formantur.

523. Radicibus nonnullis, quarum producta est vocalis finalis, addere licet न्, eaque sunt: ली *amplecti, liquefacere,* unde efficitur लीनय् sive ad reg. लायय् sive लीलय्; प्री *amare, exhilarare,* unde प्रीणय् (cf. r. 94 a).); धू *quassare,* unde धूनय् sive ad reg. धावय्।

RADICUM, QUAE IN CONSONANTES DESINUNT, ANOMALIAE.

524. Praeter eas, quas in r. 521. n. 6. attulimus, anomalae sunt hae radices: 1) दुष् *impurum esse* e qua formatur sive दूषय् sive ad reg. दोषय्; 2) स्फुर् *tremere* cujus forma causalis sonat sive स्फारय् sive ad reg. स्फोरय्; 3) स्फाय् *crescere* cujus य् in व् transit, inde स्फावय्; 4) हन् *occidere* et शद् *cadere,* quae litteram finalem convertunt in त्, insuper हन् initiali ह् substituit घ् (cf. r. 357. et 453.), unde शातय्, घातय्. Radix शद् *ire* a regula non recedit.

CONJUGATIO FORMAE CAUSALIS.

525. Specialia tempora in utraque activa voce omnino cum decimae classis conjugatione conveniunt (v. Tab. ad r. 324.).

PRAETERITUM AUGMENTATUM MULTIFORME.

526. Hoc tempus characterem अय् abjicit (v. r. 515.) et septimam sequitur formationem, observatis regg. 422-428. e.c. ऐलिलम् *) ab एलय् ex इल्, आञ्जिजम् **) ab अञ्जय् ex अञ्ज्, अदिदीपम् seu अदीदिपम् ***) a दीपय् e दीप्, अबभाषम् ***) a भाषय् e भाष्, अनीनयम् ****) a नायय् e नी, अवीविदम् †) a वेदय् e विद्, अनिनेदम् †) a नेदय् e निद्, अलूलुपम् sive अलुलोपम् †) a लोपय् e लुप्, अचिच्चयम् ††) a च्चायय् e च्चि vel च्ची, अपस्पशम् ††) a स्पाशय् e स्पश्.

*) v. r. 426. **) v. r. 427. ***) v. r. 422. ****) v. r. 425. a) †) v. r. 425. b) ††) v. r. 425. c)

Annot. Forma अपस्पशम् derivanda est ex अपस्पाशम्, syllaba enim radicalis, proprie producta retinenda, est correpta, quia vocalis syllabae repetitae, e *r.* 422. corripienda, duabus consonantibus eam consequentibus producitur, neque vero radicem simul atque syllabam repetitam produci licet.

527. Causalia radicum in उ vel ऊ desinentium, primitivae radicis vocalem in repetita syllaba ponunt, et quidem longam, quam ob rem ex *r.* 422. radicalis syllaba corripitur; e. c. अनूनवम् a नावय् e नु, अदूधवम् a धावय् e धू. Quodsi a duabus consonantibus incipit radix, vocalis ऊ repetitae syllabae ex *r.* 425. *c*) corripitur, e. c. अदुध्रवम् a ध्रावय् e ध्रु.

528. Ab antecedente regula recedunt, quae a semivocali, labiali vel ज् incipiunt radices, una cum तावय् a तु, quippe quae in syllaba repetita e *r.* 425. *a*) exhibeant ई; e. c. अयीयवम् a यावय् e यु, अपीपवम् a पावय् e पू, अजीजवम् a जावय् e जु.

529. Radices in उ vel ऊ exeuntes simulque a consonantibus duabus, quarum posterior est semivocalis, incipientes, in syllaba repetita maximam partem assumunt उ; e. c. अदुद्रवम् a द्रावय् e द्रु. In radicibus autem च्यु, प्रु, प्लु, श्रु et स्रु licet sive उ sive इ adhiberi; e. c. अचुच्यवम् sive अचिच्यवम्.

530. Quae medium habent ऋ radices, in repetita syllaba ad arbitrium ponunt vel अ vel ई, ratione habita regulae 424.; e. c. अववर्तम् vel अवीवृतम् a वर्तय् e वृत्.

531. Causalia वेष्टय् et चेष्टय् aut ad regulam formant अविवेष्टम्, अचिचेष्टम् (*r.* 425. *b.*) aut anomale अववेष्टम्, अचचेष्टम्.

532. Causale स्थापय्, a स्था, anomale आ vocalem etiam in radicali syllaba in इ convertit, unde अतिष्ठिपम् pro अतिष्ठपम् (v. *r.* 425. *c.*) formatur. E घ्रापय् a घ्रा ex arbitrio formatur sive अजिघ्रिपम् sive ad regulam अजिघ्रपम्.

533. ह्वायय् a ह्वे et श्वायय्, a श्वि derivata, formant अजूहवम् vel अजुहावम्, अशूशवम् (cf. *rr.* 527, 422, 449.). E श्वायय् etiam ad regulam formari potest अशिश्वयम्. E स्वापय् a स्वप् formatur असूषुपम् (cf. *r.* 455. *b.*).

534. Ex ऐलय् ab इल्, ऊनय् ab ऊन् et आर्दय् ab अर्द् sive ad formationis tertiae rationem, servato charactere causali, ऐलयिषम्, औनयिषम्, आर्दयिषम् formari licet, sive ad regulam ऐलिलम्, औनिनम्, आर्दिदम्, valente *r.* 426.

PRAETERITUM REDUPLICATIVUM.

535. Praeteritum redupl. circumscribitur (v. *r.* 459. *n.* 4.); e. c. वेदयामास vel वेदयाम्बभूव vel वेदयाञ्चकार, a वेदय् e विद्.

QUATTUOR POSTERIORA TEMPORA.

536. Futurum utrumque, Conditionalis et Precativum *Atmanépadi* vocalem इ inserunt, atque in Conditionali *Parasmaipadi* character अय् abjicitur; e. c. द्वेषयितास्मि, द्वेषयिताहे, द्वेष्यासम्, द्वेषयिषीय, द्वेषयिष्यामि, द्वेषयिष्ये, अद्वेषयिष्यम्, अद्वेषयिष्ये, a द्वेषय् e द्विष् formato.

537. Exemplum integrae Causalium conjugationis sit क्षेपय् a क्षिप्, cujus prima persona sing. utriusque Vocis in decem temporibus haec est: क्षेपयामि, क्षेपये; क्षेपयेयम्, क्षेपयेय; क्षेपयाणि, क्षेपयै; अक्षेपयम्, अक्षेपये; अचिक्षिपम्, अचिक्षिपे; क्षेपयाञ्चकार vel क्षेपयाञ्चकर, क्षेपयाञ्चक्रे; vel क्षेपयामास vel क्षेपयाम्बभूव;*) क्षेपयितास्मि, क्षेपयिताहे; क्षेप्यासम्, क्षेपयिषीय; क्षेपयिष्यामि, क्षेपयिष्ये; अक्षेपयिष्यम्, अक्षेपयिष्ये.

538. Ante Passivi characterem य syllaba अय् supprimitur, ita ut notionem causalem non nisi radicali vocali commutatâ cognoscas; e. c. पात्ये *efficitur ut cadam* a पातय् e पत्, मार्ये *efficitur ut moriar* a मारय् e मृ.

---

*) v. *r.* 458.

DESIDERATIVUM.

539. Desiderativum e radice in hunc modum efformatur: 1) Radici स् adnectitur, sive proxime sive insertâ vocali इ, littera स् autem ex *r.* 101[a]. commutationi in ष् est obnoxia. 2) Quodsi radix a consonante exoritur, haec sive vicaria ejus (v. *r.* 368.) repetitur, et quidem cum इ, si radix vocalem quandam aliam exhibet quam उ, ऊ vel ipsis cognatam diphthongum, quibus उ in syllaba repetita supponitur, in qua igitur इ vocalibus अ, आ, इ, ई, ऋ, ॠ, ए et ऐ respondet, ratione habitâ regulae 543.;*) e. c. चिकित्स a कित्, पिपठिष**) a पठ्, सिसिक्ष a सिच् (*r.* 86.), निनृत्स vel निनर्तिष a नृत्, दिदृक्ष a दृश् (*r.* 98.), तुतुत्स a तुद् (*r.* 83. *c.*), मुमुक्ष a मुह् (v. *r.* 102. *d.*), चुच्योतिष vel चुच्युतिष a च्युत्, पुस्फोटिष a स्फुट्, बुभुक्ष a भुज् (*r.* 89.), पुपूर्ष a पॄ (v. *r.* 543.). — Radix द्युत् anomale, propter vim litterae य्, in syllaba repetita assumit इ, unde दिद्योतिष***) sive दिद्युतिष. 3) Quae a vocali incipiunt consonante terminatae radices, hanc consonantem repetunt, vel ejus vicariam (ex *r.* 368.), cum इ vocali (sine ullo vocalis radicalis respectu); syllaba repetita autem non in initio formae ponitur, sed vocalem radicalem sequitur, et स् littera intercedente vocali इ radici adjungitur; e. c. एटिटिष — ए(टि)टिष — ab इट् (vid.

---

*) Repetitae syllabae semper ad radicis vocalem ipsam vel ipsi cognatam intendunt. Cum tamen Desiderativorum repetita syllaba, ut mihi videtur, quia radix in fine sonis स् vel इष् aggravatur, levissima esse debet, graviori अ vocali levior इ supponitur, eundem in modum, quo *r.* 425. *a.* आ per ई suppletur. — ऋ et ॠ, vocales, quia proxime ad consonantium naturam inclinant, in repetitis syllabis nunquam admittuntur, sed modo per इ (*r.* 368.) modo per अ (*r.* 431.) supplentur.

**) Quamvis commutatio litterae स् in ष् *r.* 101[a]. jussa e consequentis quoque litterae natura pendeat, heic tamen similibusque locis ष् semper exhibemus, quia Desiderativorum sibilans, ubi इ ei antecedit nunquam in primitiva sua forma invenitur.

***) Idem de Praeteriti multiformis repetitâ syllabâ valet.

r. 542. E duabus consonantibus finalibus nonnisi posterior repetitur, et prior vocali radicali adjungitur, ut उन्दिदिष् — उन्(दि)दिष् — ab उन्द्, अर्दिदिष् ab अर्द्. Litterarum क्ष् (क् + ष्) tamen prior repetitur, et quidem per vicariam suam च्, deinde in radicali syllaba littera क्ष् conjuncta retinetur, unde ईचिक्षिष् ab ईक्ष्. — Radices in छ् exeuntes anomale in syllaba repetita ति loco चि assumere possunt, quod inde est repetendum, quod in छ् littera proprie sonus T inest; e.c. उचिच्छिष् vel उतिच्छिष् ab उछ्, ऋचिच्छिष् vel ऋतिच्छिष् ab ऋछ् (cf. *r.* 60.).

540. Radix आप् contra regulam format ईप्स् pro आपिपिष्; ऋध् format ईर्त्स् vel ad regulam अर्दिधिष्; ईर्ष्य् format ईर्ष्यियिष् vel ईर्ष्यिषिष्; radix अद् edere formâ desiderativâ caret.

541. Radices इ (Cl. 1.), ई et उ duas sibi adjungunt स् litteras, unam proxime, alteram interpositâ vocali इ, atque vocales radicis इ et उ secundum *r.* 543. producuntur; unde ईषिष्, ऊषिष्. — ऋ et ॠ substituunt अर्, unde secundum *r.* 539. 3) अरिरिष्.

MUTATIO VOCALIS RADICALIS.

542. Ubi intermedia vocalis इ inseritur, radicalis vocalis *Gunâ* augetur, plerisque tamen in radicibus medium इ et उ sine incremento retineri possunt, nonnullaeque radices in mediis इ et उ nunquam *Gunam* admittunt; e.c. मिमर्शिष् a मृश्, सिसर्पिष् a सृप्, सिस्मयिष् a स्मि, सिस्मरिष् a स्मृ, चिचेतिष् vel चिचितिष् a चित्, चुक्षोपिष् vel चुक्षुपिष् a क्षुप्, डिडिपिष् non डिडेपिष् a डिप्, चुचुटिप् non चुचोटिप् a चुट्.

543. Ubi स् proxime cum radice conjungitur, *Guna* non admittitur, इ et उ finalia autem producuntur, atque ऋ et ॠ finalia in ईर्, et post Labiales vel semivocalem व् in ऊर् transeunt, unde repetita syllaba etiam उ accipit. E.c. दिधिक्ष् a दिह् (*r.* 103. *b*), डुडुक्ष् a डुष् (*r.* 99.), विवत्स् a वध् (*r.* 83. *c.*), चिक्षीष् a क्षि, बिभीष् a भी,

जुघूष् a घृ, बुभूष् a भृ, चिकीर्ष् a कृ, पुपूर्ष् a पृ, जुह्वूर्ष् a ह्वृ, जि-गीर्ष् a गॄ, बुभूर्ष् a भॄ.

SPECIALES REGULAE DE RADICUM LITTERIS FINALIBUS.

544. Omnes in आ desinentes radices, maximâque ex parte etiam eae, quae in इ, ई, उ, ऊ desinunt, स् proxime radici adjungunt. Desiderativa autem haecce sunt anomala: दित्स् pro दिदास् a दा, धित्स् pro दिधास् a धा (cf. *r.* 371.), मित्स् a मा vel मि vel मी, चिकीष् a चि, जिगीष् a जि, जिघीष् a हि, शिश्वायिष् vel शुशाविष् a श्वि (FORSTERUS ad regulam format शिश्वयिष्), दिदास् vel ad regulam दिदीष् a दी. — दरिद्रा, दीधी et वेवी finalem vocalem abjiciunt atque intermediam vocalem इ inserunt, itaque दिदरिद्रिष् (etiam दिदरिद्रास्), दिदीधिष्, विवेविष्.

545. Radices in उ et ऊ disinentes, quodsi vocalem इ inserunt, in syllaba repetita ponunt इ pro उ, quia tum ex अव् syllabâ, *r.* 542. praescriptâ, non ex उ vel ऊ repetita syllaba efficitur; e. c. पिपविष् a पू, यियविष् vel युयूष् a यु.

546. Radices in ऋ et ॠ desinentes litteram स् partim interpositâ vocali इ partim proxime sibi adjungunt; nonnullae, et quidem plurimae earum quae in ॠ exeunt, ad arbitrium utramque formam admittunt. Praeterea omnes in ॠ desinentes radices una cum radice वृ *eligere* inserendam vocalem producere possunt. E. c. दिदरिष् vel दुदूर्ष् a दॄ, तिस्तरीष् vel तिस्तरिष् vel तिस्तीर्ष् a स्तॄ.

547. Diphthongi finales transeunt in आ, cui स् littera proxime adjungitur; e. c. विवास् a वे, शिशास् a शो. Radices दे, धे et ह्वे anomalae sunt, formantque दित्स्, धित्स्, जुहूष्.

548. Radices, quae in consonantem desinunt, maximam partem vocalem इ inserunt, nonnullae ad arbitrium utramque formam ad-

mittunt, aliae vero proxime tantum स् cum radice conjungunt. — Radices तन् et सन् vocalem अ producunt, si स् proxime ipsis adjungitur, itaque तितांस्, सिसांस् vel तितनिष्, सिसनिष्.

549. Nonnullae radices in इव् desinentes, ante स् proxime cum radice conjunctum, व् finale in ऊ commutant, eamque ob rem in syllaba repetita etiam उ accipiunt, e.c. दुद्यूष् vel दिदेविष् a दिव्.

550. Radices in उर्व् desinentes penultimum उ producunt, e.c. जुगूर्विष् a गुर्व्.

551. Radices हन्, स्वप्, प्रछ्, ग्रह् anomalas formas efficiunt has: जिघांस्, सुषुप्स्, पिपृच्छिष्, जिघृक्ष् (v. *r.* 325. et cf. *rr.* 453, 454, 455. *b.*). — Radix भ्रस्ज् (v. *r.* 110^b).) format बिभर्जिष् vel बिभ्रज्जिष् vel बिभ्रक्ष् vel बिभर्क्ष् (v. *r.* 34^b).)

552. Radices शक्, पत्, रभ्, लभ् ad arbitrium vel इ vocalem inserunt, e.c. शिशकिष्, vel eâ omissâ anomala formant haec: शिक्ष्, पित्स्, रिप्स्, लिप्स्, quas formas eo ortas esse censuerim, quod post repetitam syllabam ad *r.* 539. formatam, in radice ipsa initialis consonans una cum sequente vocali supprimebatur, unde शिक्ष् etc. e शि(श)क्ष्. — Radix राध् simplex format रित्स्, et cum आ composita, ad regulam, रिरात्स्. — Radices ज्ञप् et दम्भ् formant ज्ञीप्स्, दीप्स् (cf. *r.* 553.), vel insertâ इ vocali, जिज्ञपयिष्, दिदम्भयिष् (v. *r.* 554.).

553. Nonnullae sunt formae desiderativae, quibus notio desiderativa deest, scilicet: जुगुप्स् *vituperare* a गुप् *custodire*, चिकित्स् *mederi*, तितिक्ष् *pati* a तिज्, मिमांस् *exquirere* a मन् vel मान् (v. *r.* 548.), बीभत्स् *vituperare* a बध् (*r.* 83. *d*^β).), दीदांस् *acuere* a दान्, शीशांस् *acuere* a शान्. Tribus posterioribus est in syllaba repetita contra regulam ई pro इ. Forsterus omnes has formas desiderativas radicibus primitivis annumerat.

554. Radices decimae Classis characterem अय् cum *Gunae* in-

cremento retinent, et omnes vocalem इ inserunt; e.c. चुचोरयिष् a चुर्, मिमङ्गयिष् a मङ्ग्*) (*r.* 342.).

DESIDERATIVUM CAUSALIUM.

555. Ex Causalibus verba desiderativa formantur ad analogiam eorum quae a radicibus decimae classis descendunt (v. *r.* 554.). E. c. दिदापयिष् *cupere ut aliquis dare faciat* a दापय् ex दा, निनाययिष् a नायय् ex नी, दिदर्शयिष् a दर्शय् ex दृश्**).

556. Syllaba reduplicativa उ accipit, si radix primitiva vocalem habet उ, ऊ, ओ vel औ; e. c. नुनावयिष् a नावय् ex नु, दुधावयिष् a धावय् ex धु, तुतोदयिष् a तोदय् a तुद्.

557. Praecedentis regulae exceptiones constituunt radices in उ et ऊ desinentes, si a semivocali vel labiali vel ज् incipiunt; hae enim in syllaba repetita इ ponunt (cf. *r.* 528.); e. c. यियावयिष् a यावय् ex यु, बिभावयिष् a भावय् ex भू; praeterea द्योतय् ex द्युत् format दिद्योतयिष् (v. *r.* 539. *n.* 2.). Radices च्यु, प्रु, स्रु, श्रु et स्नु ad arbitrium इ vel उ sumunt; e. c. शिश्रावयिष् vel शुश्रावयिष् a श्रावय् ex श्रु (cf. *r.* 545.).

558. Formae anomalae sunt शुशावयिष् a श्वि, unde etiam शिशावयिष्, जुहावयिष् a ह्वे, et सुष्वापयिष् ex स्वप् (cf. *r.* 533.)

---

*) Si radicalis vocalis verbi primitivi Gunâ caret, idem observatur in ejus Desiderativo.

**) Ex eo, quod WILKINSIUS in Grammatica p. 371. docet, «*when it is required to give a causal signification to a volitive*» etc. facile colligi possit, Desiderativis esse formas causales, quum contrarium dilucide appareat. Causalibus vis desiderativa addi potest, vel Desiderativa possunt ex causalibus formari, non autem Desiderativis possumus notionem formae Causalis attribuere. WILKINSIUS etiam exemplorum, quae affert, notiones secundum sententiam nostram reddit: e. c. यियावयिषति recte vertit: «*he wishes to cause to mix*». Sin autem exemplum laudatum forma causalis esset Desiderativi, vertendum esset: «*he causes to wish to mix*».

CONJUGATIO DESIDERATIVORUM.

559. Desiderativa secundum verbi primitivi usum aut *Parasmaipadum* aut *Atmanêpadum* aut utramque formam activam admittunt. Tempora specialia स् vel ष् litteris अ vocalem addunt, ita ut Conjugationem primam sequantur. Praeteritum augmentatum multiforme tertiam sequitur formationem, Praeteritum reduplicativum circumscribitur (*r.* 457.), utrumque Futurum, Conditionalis et Precativum *Atmanêpadi* intermediam vocalem इ inserunt. E. c. ex चिक्षिप्स् *jaciendi cupidum esse* fit: चिक्षिप्सामि, चिक्षिप्से; चिक्षिप्सेयम्, चिक्षिप्सेय; चिक्षिप्सानि, चिक्षिप्सै; अचिक्षिप्सम्, अचिक्षिप्से; अचिक्षिप्सिषम्, अचिक्षिप्सिषि*); चिक्षिप्साञ्चकार vel चकर, चिक्षिप्साञ्चक्रे; चिक्षिप्सामास, चिक्षिप्साम्बभूव; चिक्षिप्सितास्मि, चिक्षिप्सिताहे; चिक्षिप्स्याम्, चिक्षिप्सिषीय; चिक्षिप्सिष्यामि, चिक्षिप्सिष्ये; अचिक्षिप्सिष्यम्, अचिक्षिप्सिष्ये. — Passivum desiderativorum usu non receptum esse videtur, si autem usitatum esset, in temporibus specialibus Passivi character य ad desiderativum स् vel ष् adjungeretur, et चिक्षिप्स्ये eadem ratione atque क्षिप्ये flecteretur.

INTENSIVUM.

560. Consonans initialis radicis una cum radicali vocali *Guná* aucta repetitur, qua in re tamen observandum est, etiam longas vocales medias in syllaba reduplicativa Gunam sumere. Medium अ in syllaba illa in आ transit. *Atmanêpadum*, quod fere solum usitatum est, radici syllabam य addit, ante quam radices in इ et उ vel इर् et उर् desinentes, vocalem suam producunt (cf. *r.* 495.). E. c. चेचि, चेचीय a चि; देदीव्, देदीव्य a दिव्; बेभिद्, बेभिद्य a भिद्; नेनी, नेनीय a नी; चेक्रीड्, चेक्रीड्य a क्रीड्; योयु, योयूय a यु; जोगुर्व्, जोगूर्व्य a गुर्व्;

*) Propter positionem Guna admitti nequit.

लोलुप्, लोलुप्य a लुप्; बोभू, बोभूय a भू; बोभूष्, बोभूष्य a भूष्; बाभा, बाभाय a भा; शाशक्, शाशक्य a शक्.

561. Plures radices in आ desinentes in *Atm.* hocce आ in ई, et in syllaba repetita in ए transformant (cf. *r.* 494.); e. c. देदीय a दा, तेष्ठीय a स्था (*r.* 109.).

562. Medium ऋ in syllaba repetita in अरी transit, pro qua syllaba tamen in *Parasm.* ad arbitrium etiam अरि et अर् poni potest. Hac in forma इ vel ई pro vocali conjunctioni serviente habenda est, quae inter syllabam repetitam et radicem inseritur; e. c. दरीदृश् vel दरिदृश् vel दर्दृश्, *Atm.* दरीदृश्य, a दृश्.

563. Radicum in ॠ desinentium syllaba repetita in *Parasm.* item habet ad arbitrium vel अरी, अरि vel अर्. In *Atmanêpado* autem ॠ vocalis, post unam consonantem, in radice ipsa transit in री, in repetita in ए; post duas initiales consonantes in radicali syllaba ponitur अर्, in repetita आ. E. c. कृ format in *Parasm.* चरीकृ vel चरिकृ vel चर्कृ, et in *Atm.* चेक्रीय; स्मृ format in *Parasm.* सरीस्मृ, सरिस्मृ vel सर्स्मृ et in *Atm.* सास्मर्य.

564. ॠ finale in *Parasmaipadi* repetitâ syllabâ transit in आ, in radicali vero non mutatur; in *Atmanêpadi* syllabâ radicali ॠ transit in ईर् et post labiales in ऊर्, quarum syllabarum vocalis in repetita syllaba *Guná* augetur. E. c. चाकॄ, चेकीर्य a कॄ; तास्तॄ, तेस्तीर्य a स्तॄ; पापॄ, पोपूर्य a पॄ.

ANNOT. Praeter कृत् Cl. 10. nulla radix invenitur cum media vocali ॠ, eaque, sicut omnes decimae classis radices, Intensivum non admittit.

565. Radices diphthongis terminatae analogiam radicum in आ desinentium sequuntur, et in *Parasm.* semper आ, tam in radicali quam in repetita syllaba ponunt, itidemque maximam partem in *Atm.*; nonnullae tamen radices in *Atmanêpadi* radicali syllaba assumunt ई, quod *Guná* auctum in repetita syllaba fit ए (cf. *r.* 561.). E. c. वा-

ध्मा, दाध्माय a ध्मै; दाधा, देधीय a धे; चाका, चाकाय a कै; सासा, सेषीय (*r.* 109.) a सो; जागा, जागाय a गै. — व्ये contra regulam format वेवी vel ad regulam वाव्या, in *Âtm.* वेवीयते; ह्वे format जोहु, जोहूय ex हु.

566. Medium औ in syllaba repetita in ओ transit; medium ए et ओ non mutantur e.c. योयैट्, योयौट्य a यौट्.

567. Quattuor tantum a vocalibus incipientes radices Intensivum admittunt haece: अट् et अश् formant अटाट्, अटाट्य, अशाश्, अशाश्य; ऋ secundum Forsterum in *Parasm.* efficit formas अरीऋ, अरिऋ, अर्ऋ, et inserto euphonico य् : अर्य् vel अरिय्; in *Âtm.* अरार्य. — ऊर्णु format ऊर्णोनु, ऊर्णोनूय.

568. Radices decimae classis, polysyllabae radices, exceptâ ऊर्णु, et pleraeque a vocalibus incipientes radices in Intensivo non inveniuntur.

SPECIALES REGULAE DE SYLLABA REPETITA.

569. Radices in nasalem desinentes, quibus अ vocalis radicalis est, nasalem in syllabam repetitam recipiunt, ita tamen ut organo quo initialis radicis littera pronuntiatur, se accomodet. Tum अ vocalis in syllaba repetita non producitur, quia haec syllaba jam positione fit longa. Radices litteris य्, ल् et व् terminatae ad arbitrium vel item nasalem in syllabam repetitam admittunt vel generalem sequuntur regulam. E. c. चङ्कण्, चङ्कण्य a कण्, दन्दम्, दन्दम्य a दम्, बम्भ्रम्, बम्भ्रम्य a भ्रम्, चञ्चल्, चञ्चल्य vel चाचल्, चाचल्य a चल्. — Radix फल् anomala format पम्फुल्, पम्फुल्य.

570. Radices चर्, जप्, जल्प्, पश्, दंश्, भञ्ज्, etsi legibus *r.* 569. datis non subjectae sunt, tamen nasalem in syllabam repetitam recipiunt; duae posteriores in *Âtm.* nasalem radicis ejiciunt, et चर्, veluti फल्, radicale अ commutat in उ et ऊ (v. *r.* 560.), itaque चञ्चुर्, चञ्चूर्य, दन्दंश्, दन्दश्य, बम्भञ्ज्, बम्भज्य.

571. Radices भ्रंस्, ध्वंस्, भ्रंस्, स्कन्द् et वञ्च् propter penulti-

mae nasalis vim, nasalem in syllabam repetitam recipiunt, atque inter hanc et radicalem syllabam vocalem intermediam ई inserunt (cf. r. 562.); abjiciunt autem in *Atm.* radicis nasalem. E. c. शनीश्रंस्, शनीश्रस्य, दनीध्वंस्, दनीध्वस्य. — Radix पद् ad hanc analogiam format पनीपद्, पनीपद्य.

572. Intensiva haecce anomala sunt, pleraque in *Atm.* tantum, nonnulla tamen in utraque Voce: शोशूय vel ad regulam शेश्वीय a श्वि; जेघि, जेघीय a हि; शाशय्य a शी; जाजाय vel जञ्जन्य a जन्; चाखाय vel चङ्खन्य a खन्; जङ्घन्, जेघ्नीय a हन्; सोषुप् vel सास्वप्, सोषुप्य a स्वप्.

CONJUGATIO INTENSIVORUM.

573. *Parasmaipadum* in specialibus temporibus secundam Conjugationem sequitur, et quidem propter syllabam reduplicativam praesertim cum tertia classi convenit, ratione habita r. 307. et 323.; e. c. बेभिदति non बेभिदन्ति, अबेभिदुस् non अबेभिदन् a भिद्. De *Gunae* incremento radicalis vocalis regulae 308. *b*) ratio est habenda. Potest autem in personis auctis vocalis intermedia ई terminationibus personalibus praeponi, veruntamen iis tantum, quae a consonante incipiunt, quod ubi accidit, radices in consonantem desinentes *Gunam* in syllaba radicali non admittunt. E. c. बेभेद्मि vel बेभिदीमि a भिद्; चेचेमि vel चेचयीमि a चि; बोभोमि vel बोभवीमि a भू; चर्कर्मि vel चर्करीमि a कृ (cf. r. 352.).

574. In formis puris इ et ई vocales radicales ante terminationes a vocali incipientes secundum r. 50. et 52. in य् vel इय्, उ et ऊ semper in उव् (v. r. 53.), et ऋ in र् transeunt. Vocalis ॠ in formis puris ante consonantes transit in ईर्, ante vocales in इर्; et ubi ॠ vocali consonans labialis antecedit, ponitur ऊर् pro ईर् et उर् pro इर्. E. c. in tertia pers. pl. formatur चेच्यति a चि, सेस्मियति a स्मि,

बोभुवति a भू, चर्क्रति a कृ, चाकिरति, *du.* चाकीर्तस् a कॄ, पापुरति, *du.* पापूर्तस् a पॄ.

575. Radices in आ desinentes hanc vocalem in formis puris, in ई commutant, quod tamen ante vocales abjicitur (cf. r. 305 et 370.). Vocalis intermedia ई, de qua r. 573. dictum est, cum आ vocali radicis in ए coalescit. E. c. या in tertia pers. trium numerorum format यायाति vel यायेति, यायीतस्, यायति. — Radices diphthongis terminatae analogiam radicum in आ desinentium sequuntur; e. c. सासाति vel सासेति, सासीतस्, सासति, a सो.

ANNOT. Verisimile non est radicem या in Potentiali यायेयाम् etc. formare posse, quod WILKINSIUS in Grammatica p. 352. docet. Quum Potentialis *Gunae* incremento careat, et आ nonnisi in formis auctis cum vocali intermedia ई in ए coalescat, nos, praecedentem regulam sequentes et cum FORSTERO consentientes, formamus यायीयाम्.

576. Temporum specialium *Parasmaipadi* paradigma sit radix क्षिप्.

PRAESENS.

	Sing.	Dual.	Plur.
1.	चेक्षेप्मि vel चेक्षिपीमि	चेक्षिप्वस्	चेक्षिप्मस्
2.	चेक्षेप्सि vel चेक्षिपीषि	चेक्षिप्थस्	चेक्षिप्थ
3.	चेक्षेप्ति vel चेक्षिपीति	चेक्षिप्तस्	चेक्षिपति *)

POTENTIALIS.

1.	चेक्षिप्याम्	चेक्षिप्याव	चेक्षिप्याम etc.

IMPERATIVUS.

1.	चेक्षिपाणि	चेक्षेपाव	चेक्षेपाम
2.	चेक्षिब्धि	चेक्षिप्तम्	चेक्षिप्त
3.	चेक्षेप्तु vel चेक्षिपीतु	चेक्षिप्ताम्	चेक्षिपतु *)

*) v. r. 307.

PRAETERITUM AUGMENTATUM UNIFORME.

	Sing.	Dual.	Plur.
1.	अचेक्षेपम्	अचेक्षिप्व	अचेक्षिप्म
2.	अचेक्षेप् *) vel अचेक्षिपीस्	अचेक्षिप्तम्	अचेक्षिप्त
3.	अचेक्षेप् *) vel अचेक्षिपीत्	अचेक्षिप्ताम्	अचेक्षिपुस् **)

577. Praeteritum augmentatum multiforme plerumque tertiam formationem sequitur, veruntamen reliquae quoque exceptâ septimâ inveniri dicuntur. Praeteritum reduplicativum circumscribitur (*r.* 457.), utrumque Futurum atque Conditionalis intermediam vocalem इ inserere solent, et radices quae in vocalem desinunt, ante insertum इ, monente Forstero, vocalis radicalis *Gunam* reprimunt. E. c. नी et क्षिप् formant: अनेनायिषम्, अचेक्षेपिषम्; नेन्यामास, चेक्षिपामास; नेन्यितास्मि; चेक्षेपितास्मि; नेनीयासम्, चेक्षिप्यासम्; नेन्यिष्यामि, चेक्षेपिष्यामि; अनेन्यिष्यम्, अचेक्षेपिष्यम्.

CONJUGATIO ATMANEPADI.

578. Tempora specialia primam Conjugationem sequuntur, et omnino cum quarta Classi conveniunt; e. c. ex नी et क्षिप् fit: नेनीये, चेक्षिप्ये; नेनीयेय, चेक्षिप्येय; नेनीयै, चेक्षिप्यै; अनेनीये, अचेक्षिप्ये.

579. In temporibus generalibus syllaba य abjicitur. Eae tamen radices, quae in vocales desinunt, अ solum abjiciunt et य् retinent, quo fit ut vocales finales analogiam mediarum vocalium sequantur, et, ubi longae sunt, *Gunam* non admittant; e. c. चेचीय a चि (*r.* 560.) format अचेचीयिषि, चेचीयिताहे etc. — Exceptae sunt radices in ऋ desinentes, et e radicibus vocali ऋ terminatis eae, quae a duabus consonantibus incipiunt, quippe quae, sicuti omnes in consonantem desi-

*) v. r. 320. **) v. r. 323.

nentes radices, य abjiciant. Praeterit. augment. multif. tertiam formationem sequitur, Praet. redupl. circumscribitur, et posteriora quattuor tempora intermediam vocalem इ assumunt. Radices नी et क्षिप् itaque formant अनेनीयिषि, अचेक्षिपिषि; नेनीयामास vel ..बभूव vel ..चक्रे (*r.* 458.), चेक्षिपामास vel ..बभूव vel ..चक्रे; नेनीयिताहे, चेक्षेपिताहे; नेनीयिषीय, चेक्षेपिषीय (*r.* 478.); नेनीयिष्ये, चेक्षेपिष्ये, अनेनीयिष्ये, अचेक्षेपिष्ये.

FORMAE DERIVATIVAE INTENSIVORUM.

580. Passivum ex *Parasmaipado* Intensivorum secundum easdem regulas atque ex radicibus primitivis formari potest; e. c. शोशूयते a शु (*r.* 495.). Causale characteristicum अय् adjungit, ita tamen, ut vocalis radicalis *Guná* careat; e. c. चेक्षिपय् non चेक्षेपय् a चेक्षिप्. Desiderativum स् litteram plerumque insertâ vocali इ adjungit, novâ syllabâ reduplicativâ non adjectâ, et radicis vocali non auctâ; e. c. चेक्षिपिष् non चिचेक्षिपिष्.

Annot. Omnes hae formae, quin etiam Desiderativa e Causalibus Intensivorum a Grammaticis formantur, etsi nusquam inveniri videntur. Etiam *Parasmaipadum* Intensivorum in auctoribus me invenire non memini. Forsterus *Parasmaipado* analogum *Atmanêpadum* affert, e. c. चेक्षिप्ते ex चेक्षिप्ति, ita ut duo sint Intensivorum genera, quorum alterum in utraque Voce activa, alterum in *Átmanêpado* tantum usitatum sit. Prioris, syllabâ य carentis generis, in Participio praes. *Átmanêpadi* exemplum est लोलिहान (v. *r.* 598.) Ardsch. X. 43.

DENOMINATIVUM.

581. E nominum stirpibus radices secundariae adjectis suffixis य्, अय्, स्य्, अस्य् et काम्य् derivari possunt, quas Grammatici *Liddhu*-radices nominant, ex quibus, sicuti ex primitivis radicibus et verba et nomina oriuntur. Etiam nullâ alienâ litterâ adjectâ nominum themata *Liddhu*-radicum vice fungi possunt (v. *r.* 591.). Apud antiquiores auctores non multa Denominativorum inveniuntur exempla. In Maha-

bharati episodiis editis nonnisi haec sunt: असूय्, कण्डूय्, चिराय्, गोपाय्, पल्लाय्, कुलाय्, मोक्राय्, तपस्य्, नमस्य् (v. Gloss.).

DE ADJECTO य्.

582. Adjectâ य् litterâ duo Denominativorum genera formantur. Alterum talia comprehendit, quae desiderium rei, nominis themate expressae, aut etiam comparationem exprimunt, quum persona quaedam aut res ei, quod radicali nomine significatur, aequa habeatur. Priori ratione haec Denominativa intransitiva sunt, objectumque actionis iis ipsis inest; e. c. पत्नीय् *uxorem desiderare*, a पत्नी *uxor*. Altera ratione autem transitiva sunt haec Desiderativa, objectumque, quod extra ipsa positum sit, requirunt, quia nomen radicale non Accusativi, sed Dativi rationem significat; e. c. परिचारिकाम् पत्नीयति *servam uxori parem habet*. Potest tamen Subjectum ipsum res esse illa comparata, ita ut Denominativum vim reflexivam habeat, et nomen radicale non Dativi sed Locativi rationem significet; e. c. प्रासादीय् a प्रासाद *palatium* significare potest *se in palatio versantem putare*; e. c. कुट्याम् प्रासादीयति भिक्षुः *in casa putat se in palatio esse mendicus.*

583. Litterae finales nominum radicalium mutationibus subjectae sunt hisce: 1) अ et आ transeunt in ई, e. c. सुतीय् a सुत *filius* vel सुता *filia*. 2) इ et उ producuntur, nec solum si in fine sed etiam si ante व् vel र् finale posita sunt; e. c. पतीय् a पति *dominus*, भानूय् a भानु *sol*, गीर्य् a गिर् *oratio*, धूर्य् a धुर् *temo*. 3) ऋ transit in री, ओ in अव् et औ in आव्; e. c. पित्रीय् a पितृ *pater*, गव्य् a गो *vacca*, नाव्य् a नौ *navis*. 4) न् finale abjicitur et vocalis, quae ei praecedit, mutationi vocalium finalium subjecta est; e. c. राजीय् a राजन् *rex*. 5) Patronymica suffixo य formata hanc syllabam in ई convertunt; e. c. गार्गीय् a गार्ग्य *Gargi progenies.*

584. Denominativa secundum rr. 582. et 583. formata, in specia-

libus temporibus adjecto अ augentur, eamque ob rem secundum Conjugationem primam flectuntur, *Parasmaipadum* tamen solum admittitur; e. c. स्तुतीयामि, स्तुतीयेयम्, स्तुतीयानि, अस्तुतीयम्. — In generalibus temporibus additum य excidit, et Denominativa ex thematibus deducta, quae in aliam consonantem quam य् desinunt, ad arbitrium etiam य् abjicere possunt. Praeteritum augm. multif. tertiam sequitur formationem, Praet. redupl. circumscribitur, et utrumque Futurum ac Conditionalis intermediam vocalem इ inserunt.

585. Alterum genus Denominativorum adjecto य formatorum, talia comprehendit, quae respectu Subjecti et personae vel rei, nominis themate designatae, agendi rationis similitudinem, imitationem, simulationem, aequationem qualitatis etc. significant. Tam ex substantivis quam ex adjectivis adjecto य् etiam Denominativa formantur, quae significant aliquem producere rem, vel actionem, vel attributum, vel conditionem nomine radicali designatam, aut etiam aliquem vel eas res adipisci, vel in eas mutari, vel eas sentire. — De litteris finalibus radicalis nominis observandum est hoc: 1) अ producitur et आ non mutatum retinetur, e. c. कृष्णाय् *Crischnum imitari, eadem ratione, qua Crischnus, agere,* a कृष्ण; करुणाय् *misericordiam commovere* aut *sentire,* a करुणा. 2) न् abjicitur, et, si vocalis praecedens brevis est, ea producitur; e. c. राजाय् *eodem modo atque rex agere,* a राजन्. 3) स् vel abjici vel retineri potest; ubi prius accidit, antecedens vocalis brevis producitur e. c. पयाय् vel पयस्य् *lac fieri* a पयस् *lac.* 4) Nonnulla vocabula in अत् desinentia त् abjiciunt et praecedens अ producunt; e. c. बृहाय् *magnum fieri* a बृहत् *magnus.* 5) Ceterum leges regulae 583. n. 2. 3. et 5. heic quoque valent; e. c. शुचीय् *purum fieri* a शुचि *purus,* मन्तूय् *peccare* a मन्तु *peccatum.* — Haec Denominativorum classis secundum praecedentem regulam flectitur, plerumque in *Atm.* solum, interdum etiam in *Parasm.* aut in utraque Voce activa.

DE ADJECTO अय्.

586. Adjectâ ad nominis thema syllabâ अय् (aut secundum Grammaticos adjecto इ, quod, sicut in decima Classi et in forma Causali, in अय् transire dicitur) Denominativa formantur, quae significant, aliquem id exercere, sentire, eo uti, id creare aut declarare, quod nomine radicali designatur. Si nomen illud monosyllabum est, vocales finales इ, ई, उ, ऊ, ऋ et ॠ *Vriddhim* sumunt, atque finalibus अ et आ, प् additur, अ autem producitur; e.c. वायय् a वि *avis*, भावय् a भू *terra*, नारय् a नृ *vir*, कापय् a क *aër*, ज्यापय् a ज्या *terra* (cf. r. 519.). Vocabula monosyllaba, quae consonante terminata sunt, *Gunâ* augentur, e.c. क्षोधय् a क्षुध् *fames*.

587. Vocabula polysyllaba vocalem finalem abjiciunt, et, si in unam vel duas Consonantes desinunt, hae una cum antecedente vocali abjiciuntur; e.c. क्षमय् a क्षमा *patientia*, प्रीतय् a प्रीति *laetitia*, भानय् a भानु *sol*, दृशय् a दृशद् *saxum*, वर्मय् a वर्मन् *lorica*.

588. Vocabula suffixis derivativis मत्, वत् et मिन् formata, Denominativa a primitivis suis deducunt; e.c. श्रायय् ex श्रीमत् *fortunatus*, a श्री *fortuna*.

589. Denominativa adjecto अय् formata in utraque Voce activa inveniuntur, flectunturque sicut radices decimae Classis et formae causales; e.c. वर्मयामि, वर्मये, वर्मयेयम्, वर्मयेय etc.

DE ADJECTIS SUFFIXIS काम्य्, स्य् ET अस्य्.

590. Adjecto काम्य्, quod ad कम् *desiderare, cupere, amare* referendum est, Denominativa formantur, quae desiderium rei nomine radicali designatae significant. Denominativa adjecto स्य् et अस्य् formata vehemens desiderium exprimunt. Litterae finales thematis ante काम्य्, स्य् et अस्य् nullam mutationem subeunt, nisi secundum usitatas leges Euphoniae mutatio euphonica est necessaria; e.c. पुत्रकाम्य् *filium*

vel filios desiderare, a पुत्र *filius*, मध्वस्य् *vehementer mel desiderare*, a मधु *mel*, भुत्स्य् *vehementi prudentiae desiderio teneri*, a बुध् *prudentia* (*r*. 83. *d*[β].). Haec Denominativa in *Parasm*. tantum usitata flectuntur secundum reg. 584. e. c. पुत्रकाम्यामि, पुत्रकाम्येयम् etc.

DENOMINATIVA NULLIS ADDITIS SUFFIXIS FORMATA.

591. Haec significant similitudinem agendi rationis inter Subjectum eamque rem, quae nomine radicali denotatur, aut ejus rei productionem vel adeptionem, rarissime autem usurpantur. Nominis radicalis अ finale abjicitur; e. c. लोहित् a लोहित *ruber*. Ceterae vocales finales *Gunâ* augentur, et, si thema in simplicem consonantem desinit, vocalis praecedens *Gunâ* afficitur. Haec Denominativa in utraque Voce activa adhibentur, saepius tamen in *Parasm*. et flectuntur ad *r*. 584.; e. c. शोचयामि, शोचयसि etc. a शुचि; लोहितामि a लोहित् ex लोहित.

DE NOMINUM FORMATIONE.

592. Nomina Sanscrita fere omnia suffixis adjectis formantur, cum paucae tantum sint purae voces radicales. Ea suffixa, quibus nomina primitiva ex ipsis radicibus formantur, a grammaticis Indicis nominantur partim *Krit**), partim *Unâdi***) atque ea, quibus derivativa formantur ex aliorum vocabulorum stirpibus, appellantur तद्धित *Taddhita*. Primum agamus de origine nominum primitivorum, quae plerumque adjectis suffixis *Kridanticis* formantur.

NOMINA PRIMITIVA***)

PARTICIPIA, INFINITIVUS ET GERUNDIA.

593. अत्. Hoc suffixo formatur participium praes. *Parasm.*, cujus forma primitiva est अन्त्†), ex qua casus fortes (v. *r.* 185. *b.*) formantur. Characteres decem classium conservantur, et in tribus posterioribus Conjugationibus hoc participium formarum purarum (v.

*) कृत् *efficiens* a radice कृ *facere* adjecto त्; nomina his suffixis formata nominantur कृदन्त i. e. quod suffixum *Krit* in fine habet.

**) उणादि ex उ et आदि *primum*, inserto ण्, significat suffixorum classem, quae suffixum उ tanquam primum habet, vel ab eo incipit.

***) Omnia in hoc capite descripta suffixa a grammaticis ad classem *Krit* trahuntur, paucis eorum quae in *r.* 645. explicantur exceptis et ibi *unâdi* nomine distinctis, una cum iis de quibus in *r.* 646. agitur.

†) Tanquam primitiva cognoscitur haec forma cognatarum linguarum comparatione.

r. 308.) sequitur analogiam; in prima et quarta Conjugatione valent *rr.* 304 et 305. Radices in *r.* 324. commemoratae formant igitur: बोधत् a बुध्, शुच्यत् a शुच्, तुदत् a तुद्, चोरयत् a चुर्, द्विषत् a द्विष्, बिभ्रत् a भृ, युञ्जत् a युज्, चिन्वत् a चि, (शक्नुवत् a शक् ad *r.* 381.), तन्वत् a तन्, युनत् a यु.

594. Omnes anomaliae, quibus prima Conjugatio in temporibus specialibus, et reliquae Conjugationes in formis p u r i s horum temporum sunt obnoxiae, ad participium praesentis etiam extenduntur, tum in *Par.* quam in *Atmanêpado.* Imprimis cum tertia persona pluralis, quia terminatio ejus, pariter ut अत् et आन suffixa, a vocali incipit, utriusque Vocis part. praes. semper convenit, ita ut peculiares hujus personae anomaliae etiam ante अत् et आन suffixa locum habeant. Exempla part. *Par.* sint: तिष्ठत् a स्था (*r.* 326.), विध्यत् a व्यध् (*r.* 331.), उशत् a वश् (*r.* 361.), सत् ab अस् (*r.* 365.), घ्नत् ab हन् (*r.* 357.). Declinatur hoc part. ad *r.* 218. et 219. — Radix शास् ut videtur propter initialem et finalem sibilantem, radicum reduplicatarum sequitur analogiam (cf. *r.* 363.), unde format in Nominativo masc. trium numerorum शासत्, शासतौ, शासतस्; quod conferatur cum जाग्रत्, जाग्रतौ, जाग्रतस्, बिभ्रत्, बिभ्रतौ, बिभ्रतस् (cf. *r.* 307.).

595. Femininum, addito feminini charactere ई, format अती sive अन्ती. Radices primae Conjugationis multo frequentins अन्ती ponunt quam अती, et trium reliquarum Conjugationum usitatior forma est अती. In radicibus reduplicatis et शास्, nasalis nunquam admittitur, unde जाग्रती, बिभ्रती, शासती; non जाग्रन्ती etc. Exempla formae minus usitatae sunt: विचरती *ambulans* a चर् Cl. 1. (Nalus XII. 10.), वसती *habitans* a वस् Cl. 1. (N. XIII. 66.), धारयती *faciens ut sustineatur* a धृ caus. (N. XVI. 18.), रुदन्ती *flens* a रुद् Cl. 2. (N. XVI. 33. et XVII. 12.), contra रुदती N. XI. 13, 15. multisque aliis locis; कुर्वन्ती *faciens* a कृ Cl. 8. v. *r.* 383. (N. XVI. 11.).

596. Futurum secundum *Parasmaipadi* suffixum अत् syllabae स्य adjungit, ratione habita regulae 304., ex qua स्य cum अत् format स्यत्, quod secundum *r.* 218. declinatur. Femininum est स्यन्ती. E. c. भेष्यत्, भेष्यन्ती a भी; भोत्स्यत्, भोत्स्यन्ती a बुध् (*r.* 484.); चोरयिष्यत्, चोरयिष्यन्ती a चुर् (*r.* 485.).

597. Passivum etiam participium praes. formare potest suffixo अत्, adjuncto syllabae य, ratione habita *r.* 304.; desinit igitur hoc passivum participium in यत्, quod secundum *r.* 218. declinatur et in feminino अन्ती format. Exempla sunt: धूयत् *quod agitatur* (*commotus*)*) a धु secundum *r.* 495. vel a radice synonyma धू; दृश्यत् *quod cernitur* a दृश्**); चीयत् *quod colligitur* a चि secundum *r.* 495.; कृष्यत् *quod trahitur*, in Mah. Drona-Parvan: गृहीतम् अतिवीर्येण पञ्चास्येने ’व भोगिना । तथा ’पि परिकृष्यन्तम् दृष्ट्वा etc. *hunc sicut a praevalido, quinque oribus praedito, serpente, captum sic etiam circumtractum postquam viderat;* आस्यत् *quod sedetur*, in Mah. episodio रामोपाख्यानम्, ubi legitur: राक्षसीभिर् उपास्यन्तीं समासीनां शिलातले । रावणः कामबाणार्तो ददर्शो ’पससर्प च ॥ «*a Rácschasidibus circumsessam, sedentem in saxi tergo Ravanus, Cami sagittâ vexatus, vidit eamque accessit*» (Nilacanthus explicat उपास्यन्तीम् voce उपास्यमानाम्); विशीर्यत् *quod frangitur, defringitur* (v. pag. 23. sl. 16. *a.*).

Annot. Participium passivum in यत् desinens minus est usitatum et grammaticos prorsus fugisse videtur. Primum quum ederem Mahâbhârati episodia «*Ardschuni iter ad Indri coelum*» etc. (Berolini 1824 apud Logier) illud deprehendi, atque in annotatione ad *Sundum et Upasundum* II. 19. id commemoravi. Quod ibi dixi, deinde multis aliis exemplis satis comprobatum reperi. Ceterum conferatur *r.* 493.

598. मान, आन. Part. praes. *Atm.* suffixis मान vel आन formatur (fem. माना, आना); ante quae characteres decem classium reti-

*) Indr. II. 17.

**) Sund. II. 10.

nentur et in posterioribus tribus Conjugationibus formarum purarum, praesertim tertiae pers. pluralis, ratio observatur (cf. *r.* 593.). Classes prima, quarta et sexta suffixo मान utuntur, decima et ei respondens Causale saepius आन assumunt quam मान*). Tres posteriores Conjugationes nonnisi suffixum आन admittunt, quod corruptione ex मान ortum esse videtur. Radices decem classium in *r.* 324. memoratae formant igitur: बोधमान a बुध्, मुच्यमान a मुच्, तुदमान a तुद्, चोरयाण rarius चोरयमाण a चुर्; द्विषाण a द्विष्, बिभ्राण a भृ (*r.* 94ᵃ⁾.), युञ्जान a युज्, चिन्वान a चि, तन्वान a तन्, युनान (*r.* 306.) a यु. Anomalorum exempla sint (v. *r.* 594.) शीयमान a शद् (*r.* 327.), शयान a शी (*r.* 348.), कुर्वाण a कृ (*r.* 383. et 94ᵃ⁾.).

599. Radix आस् *sedere* format आसीन pro आसान.

600. Participium praes. Pass. suffixum मान addit passivo characteri य cum radice conjuncto secundum *r.* 492. sqq.; e. c. दीयमान a दा (*r.* 494.), स्मर्यमाण a स्मृ (*r.* 495.), क्रियमाण a कृ. Cf. *r.* 597.

601. Part. futuri secundi *Atm.* suffixum मान adjungit syllabae characteristicae स्य; e. c. छेत्स्यमान a छिद्, शेष्यमान a शी, तनिष्यमान a तन् (v. *r.* 483. sqq.).

602. Praeteritum reduplic. *Atm.* suffixum आन addit radici, quae ante hoc suffixum easdem vel regulares vel anomalas subit mutationes atque ante vocales terminationum personalium hujus temporis in *Atmanêpado* Indicativi; conferantur e. c. चिच्यान, तुतुदान, तेनान cum चिच्ये etc. (*r.* 442.); जघ्नान cum जघ्ने ab हन् (*r.* 453.); ईजान cum ईजे a यज् (*r.* 456ᵃ⁾.). Part. pass. hoc in tempore ab *Atm.* nihil differt, sed nescio, an unquam occurrat.

603. वस्. Hoc suffixo formatur part. praet. redupl. *Parasmaipadi*

---

*) **Wilkinsius classis decimae sic recedentis a tribus reliquis primae conjugationis mentionem non facit.**

et radicibus, quae in duali et plurali hujus temporis unam tantum continent syllabam, intermediâ vocali इ adjungitur; ceterum radix ante hoc suffixum easdem subit et regulares et anomalas mutationes atque ante personarum terminationes *graves;* e.c. चिचिवस्, ततृवस्, तेनिवस् (*r.* 442.); ईषिवस् ab इष् (*r.* 432.), ऊशिवस् a वश् (*r.* 455.), ददिवस् a दा (*r.* 438[a].), जगिवस् a गै (*r.* 438.*b.*). Declinatur hoc suffixum secundum *r.* 235-238., et femininum e debilissimo themate format उषी, ante quod intermedia vocalis इ abjicitur (cf. *r.* 236.); e.c. तेनुषी a तेनिवस् (v. *r.* 236.), चिच्युषी a चिच्यिवस् (v. *r.* 237.), ततृ-उषी a ततृवस्.

604. Radices विश् et विद् quanquam in duali et plurali Indicativi non monosyllabae sint, tamen intermediam vocalem इ assumere possunt, unde विविशिवस्, विविदिवस् sive विविश्वस्, विविद्वस्. — Radices मिह्, सह् et दाश् anomalas formas efficiunt has: मीढ्वस्, साढ्वस्, दाश्वस्. Verba derivativa et radices in *r.* 459. descriptae participium Praeteriti redupl. utriusque Vocis circumscribunt, ratione habita *r.* 458.; e.c. *Par.* चोरयामासिवस् sive बभूवस् sive चकृवस्, *Atm.* चोरयाञ्चक्राण vel चोरयामासिवस् vel चोरयाम्बभूवस्.

605. Radix विद् *scire,* reduplicatione omissa, cum वस् conjuncta format विद्वस्, cum significatione part. praes. (cf. *r.* 356.).

606. त, न. Suffixum त (fem. ता), sive intermediâ vocali इ sive proxime cum radice conjunctum, format part. praet. pass., et significatione et forma respondens Latinorum participio in *tus* desinenti (comparentur Nominativi तस्, ता, तम् cum *tus, ta, tum*). In verbis neutris hoc participium vulgo praeteritum tempus Activi significat, respondens tum participio in *tus* desinenti verborum deponentium; e.c. आगत (a गम् cum आ) *aggressus,* etsi etiam passive usurpari potest; e.c. आगतं त्वया *ventum est a te.* In nonnullis verbis neutris hoc participium praesentis habet significationem e.c. भीत *timens*

a भी, ह्रीत *pudibundus* ab ह्री, स्थित *stans* a स्था *stare*, शक्त *potens* a radice शक्, quae etiam शकित format, quod participium rarius et nonnisi significatione passiva occurrit (e.c. Hidimb. IV. 33.). Exempla usitatioris significationis sunt: चित *collectus* a चि, पीत *bibitus* a पी, श्रुत *auditus* a श्रु, धूत *agitatus* a धू, हृत *captus* a हृ, त्यक्त *relictus* a त्यज् (*r.* 89.), लब्ध *impetratus* a लभ् (*r.* 83. *d*[a]).), पतित *lapsus* a पत्, विदित *scitus* a विद्, क्लिशित *qui amplexur tenetur* a क्लिश्, दृहित *cretus* a दृह्.

607. Suffixum न (fem. ना) in iis tantummodo radicibus loco suffixi त ponitur, quae in vocales vel in ग्, च्, ज्, द्, य्, र् et व् desinunt, et semper proxime cum radice conjungitur. ज् finale in ग् transit et द् in न्; e.c. विग्न *perturbatus* a विज्, रुग्ण *fractus* (vid. *r.* 94[a]).) a रुज्, भिन्न *perforatus* a भिद्. Conditionibus in regula 94[a]). dictis pro न्न ponitur ण्ण (cf. annot. ad *r.* 94[b]).); e.c. विषण्ण *perturbatus, afflictus* pro विषन्न a सद् (v. *r.* 80.). Vocales इ et उ in fine radicum et ante र् semivocalem producuntur; e.c. क्षीण *perditus* a क्षि, गूर्ण *adnisus* a गुर्.

SPECIALES REGULAE.

608. Radices in आ desinentes intermediam vocalem इ non admittunt, sed nonnullae earum, et quidem स्था, मा, धा et आ, vocalem suam ipsam in leviorem इ corripiunt (cf. *r.* 308. *a.* et annot. ad *r.* 539.); e.c. ख्यात *dictus* a ख्या, स्थित*) *stans* a स्था. Radix दा (cl. 3.) servatâ, contra regulam, specialium temporum repetitâ syllabâ, et abjectâ vocali आ, format दत्त (cf. *r.* 371.). In quibusdam tamen compositis

*) Contra id quod in germanica editione supposui, vocalem इ formarum स्थित, मित, हित, श्रित (a श्रा) nunc pro radicali habeo, quia स्था et मा etiam ante suffixum ति (v. *r.* 652.), quod semper auxiliari इ caret, in स्थि et मि corripiuntur (स्थिति, सम्मिति). Radices धा et श्रा cum suffixo ति conjuncta non inveniuntur.

formis haec radix syllabam reduplicativam simul cum आ finali abjicit, unde e. c. आत्त (आ-त्त pro आ-दत्त ex आ-दात्त) *sumptus*, व्यात्त (e वि + आ + त्त) *diductus*, प्रत्त (ex प्र + त्त) *datus* (v. ann. ad Nal. XII. 20. ed. 2.). Radix धा format हित, ita ut radicalis ध् litterae nonnisi aspiratio sit servata; हा *relinquere* suffixo न utitur, ante quod आ finale in leviorem ई sonum convertitur, unde हीन. — Quae in ओ desinunt radices partim hanc diphthongum in आ partim in इ convertunt; e. c. दात, छित *abscissus* a दो, छो.

609. Quae in ॠ desinunt radices plerumque suffixum न assumunt, mutatâ vocali ॠ in ईर् et post labiales in ऊर्; e. c. स्तीर्ण *expansus* (v. r. 94ᵃ).) a स्तॄ, दीर्ण *laceratus* a दॄ, पूर्ण *impletus* a पॄ.

610. Radices धे et मे diphthongum suam in ई corripiunt, unde धीत, मीत. Reliquae radices in ए desinentes anomala formant haec: दत्त a दे, उत a वे, वीत a व्ये, हूत a ह्वे (cf. r. 449 - 452.).

611. ऐ finale plerumque in आ commutatur, cui si duae antecedunt consonantes, paucis radicibus exceptis, suffixum न additur; e. c. दात a दै, पात a पै, म्लान a म्लै, श्राण a श्रै.

612. गै *canere* et सै *interire, perire* formant गीत, सीत. Ex श्यै radice, quae *ire* significare dicitur, explicantur participia शीत *frigidus*, शीन *congelatus* et forma regularis श्यान *lentus*. क्षै *interire* format क्षाम pro क्षाण, et a radice स्त्यै *circumvelare* descendit स्तीत vel स्त्याम vel ad regulam स्त्यान.

613. Quae in consonantem desinunt radices, quod attinet ad intermedium इ, maximam partem regulas 467. et 468. sequuntur, quarum radicum nonnullae ad arbitrium utrâque utuntur formâ. Anomaliae, quas radices in aliis formis puris subeunt, maximam partem etiam ad hoc participium extenduntur; e. c. उशित a वश् *), इष्ट a यज् **), विद्ध a व्यध् ***), शिष्ट a शास् †).

---

*) v. r. 361. et 455. **) v. r. 456. ***) v. r. 331. †) v. r. 363.

614. Multae radices, quarum consonanti finali उ vocalis antecedit, si vocalem intermediam इ adjungunt, ad arbitrium *Gunum* assumere possunt, e. c. तोषित sive तुषित a तुष् *laedere, occidere*. Plures radices, quarum consonanti finali ऋ vocalis antecedit, si intermediam vocalem इ adjungunt, *Gunam* assumant necesse est; e. c. मर्षित a मृष् *tolerare*.

615. Quae desinunt radices in duas conjunctas consonantes, quarum prior nasalis est, ante suffixa त et न proxime adjuncta nasalem ejiciunt; e. c. बद्ध *ligatus* a बन्ध्, इद्ध *incensus* ab इन्ध्, भग्न *fractus* a भञ्ज्. E duabus consonantibus, quarum prior non est nasalis, posterior abjicitur; e. c. तूर्ण *occisus* a तुर्व् (v. *r.* 607.). Attamen चक्ष् *dicere* format चष्ट (cf. *r.* 362.). Ante intermediam vocalem इ utraque consonans finalis retinetur; nonnullae tamen radices penultimam nasalem ejiciunt, e. c. मथित *commotus* a मन्थ्.

616. म् finale ante त abjicitur, e. c. गत a गम् *ire*. Plures tamen radices in अम् exeuntes vocalem अ producunt et म् litteram sicut in aliis formis a u c t i s in न् convertunt (v. *r.* 95.); e. c. कान्त *amatus* a कम्. — न् finale ex euphoniae lege 92. abjicitur; e. c. हत *occisus* a हन्. — जन् *generare* et खन *fodere* vocalem अ producunt, unde जात, खात.

617. य् finale ante त vel न abjicitur; e. c. स्फात sive anomale स्फीत *cretus, turgidus* a स्फाय् *tumescere*. प्याय् *crescere* format पीन, पीत et प्यान. क्ष्माय् *concutere* format क्ष्मीत. — Etiam ण् finale abjicitur, ubi त proxime ei adjungendum est, id quod rarissime accidit; e. c. क्षित *offensus* a क्षिण्.

618. Radix सह् *tolerare* anomalum format सोढ (cf. *r.* 468. *n.* 14.).

619. Radices decimae classis et Causalia intermediam vocalem इ recipiunt, syllabam अय् abjiciunt, vocalis incrementum autem retinent;

e.c. चोरित *surreptus* a चुर्, वेदित *certior factus* a विद्, श्रावित *factus, ut audiat* a श्रु.

620. Sequuntur jam ordine alphabetico usitatissima participia, quae vel suffixa त aut न proxime radici adjungunt, vel quandam anomaliam exhibent. Adscripti iis sunt regularum numeri, quarum praeter *r.* 613. ratio est habita:

इष्ट a यज् 456, 89 b).
उक्त a वच् 455, 86.
ऊढ a वह् 455, 102. *a*)
ऊत a वे 451.
उदित a वद् 455.
उप्त a वप् 455.
उशित a वश् 364.
उषित vel उष्ट a वस् 455, 481.
कान्त a कम् 616.
खात pro खत a खन् 92, 616.
गत a गम् 616.
गाढ a गाह् 102. *a*)
गीत a गै 612.
गूढ a गुह् 102. *a*)
गृहीत a ग्रह् 386, 486.
ग्लान a ग्लै 611.
छन्न a छद् 607.
छिन्न a छिद् 607.
जात pro जत a जन् 92, 616.
जीन a ज्या 386, 608.
जीर्ण a जॄ 609.
दत्त a दा 608.
दृढ a दृह् 102. *a*)
द्यूत a दिव्.
नद्ध a नह् 468 *n.* 14.
नुन्न a नुद् 607.
पन्न a पद् 607.
पूर्ण a पॄ 609.
पृष्ट a प्रछ् 336, 87.
बद्ध a बन्ध् 615.
भग्न a भञ्ज् 615.
भिन्न a भिद् 607.
भृष्ट a भ्रस्ज् 336 et 89. *b*.
भ्रष्ट a भ्रंश् 615, 98.
मग्न a मस्ज् 110 b).
मूर्ण a मॄ 609.
मृष्ट a मृज् 89. *b*.
यत a यम् 616.
रुग्ण a रुज् 94 a).
रूढ a रुह् 102.
लग्न a लज्ज् 110 b).
लून a लू.
विद्ध a व्यध् 331.
विन्न a विद् (cl. 6.) 607.
वीत a व्ये 610.
वृक्ण a व्रश्च् 615, 454.

श्रयित a श्री 348. | सोढ a सह् 618.
शीर्ण a शॄ 609. | स्निग्ध a स्निह् 103. *a.* not.
श्रान्त a श्रम् 616. | स्थित a स्था 608.
सक्त a सञ्ज् 615. | हित a धा 608.
सन्न a सद् 607. | हीन a हा 608.
सुप्त pro स्वप्त a स्वप् 455. *b.* | हूत a ह्वे 610.

621. तवत्. Hoc suffixo composito formatur part. praet. act. e. c. कृतवत् *qui fecit* a कृ. Derivatae sunt hujusmodi voces a part. pass. in त, adhibito suffixo वत्, quod *habentem, praeditum* indicat (v. *r.* 552.); itaque कृतवत् a कृत *factus* proprie significat *factum habens* i. e. *qui fecit.* Omnes igitur anomaliae participii in त desinentis, etiam ad hoc derivativum participium extenduntur, et ubi illud secundum *r.* 607. न suffixo formatur, part. praet. act. exit in नवत्. E. c. इष्टवत् *qui sacrificavit* a यज्, भग्नवत्*) *qui fregit* a भञ्ज् (v. *r.* 615.). Declinatur hoc participium secundum *r.* 218. et femininum ई adjungit, itaque कृतवती.

622. तव्य, अनीय, य. Haec suffixa, quorum feminina sunt तव्या, अनीया, या, formant participia fut. pass., respondentia Romanorum participio in *dus*, e radicibus et transitivis et intransitivis; e. c. त्यक्तव्य, त्यजनीय, त्याज्य *relinquendus*, गन्तव्य, गमनीय, गम्य *eundus*, भवितव्य, भवनीय, भव्य *esse debens, futurus.*

623. Suffixum तव्य vel proxime cum radice vel intermediâ इ vocali conjungitur, ratione habita *r.* 462. sqq. Vocalis radicalis *Gunâ* augetur; e. c. स्तवितव्य sive स्तोतव्य a स्तु (v. *r.* 464.), हर्तव्य a हृ (v. *r.* 465.), नद्धव्य a नह् (v. *r.* 468. *n.* 14.). — जागृ *vigilare* contra regulam format जागर्तव्य pro जागरितव्य (Hidimbi caedes I. 51.).

624. Suffixum अनीय semper proxime cum radice conjungitur,

*) Participia in नवत् desinentia raro reperiuntur, exemplum est छिन्नवत् in Hitopadêso.

euphoniae legum ratione habita. Consonantes finales secundum *r.* 83. nullam subeunt mutationem; vocalis radicalis *Gunam* assumit, paucissimis tantum radicibus exceptis. E. c. भवनीय a भू, करणीय (*r.* 94 a).) a कृ, बोधनीय a बुध्, द्वेषणीय a द्विष्, भरणीय a भृ. — Diphthongi ए, ऐ, ओ in fine radicis in आ transeunt, e. c. धानीय a धे, गानीय a गै, सानीय a सो.

625. Suffixum य non solum part. fut. pass., sed etiam substantiva et adjectiva varii generis format.

626. Quae in vocales desinunt radices, has sequuntur leges: 1) आ et diphthongi ए, ऐ et ओ in ए transeunt,*) e. c. देय a दा, दे, दै et दो. 2) इ, ई, उ et ऊ *Gunâ* augentur, ओ vero ante suffixum य, quasi littera य् esset vocalis (cf. *r.* 650.), in अव् transit; e. c. चेय a चि, नेय a नी, स्तव्य a स्तु, भव्य a भू. Emphasis causa उ et ऊ vocales etiam *Vriddhim* recipiunt, cujus औ vero ante suffixum य in आव् transit; e. c. स्ताव्य *necessario celebrandus*, भाव्य *necessario esse debens*. 3) ऋ et ॠ vocales *Vriddhi* utuntur, e. c. कार्य a कृ, तार्य a तॄ; कृ *facere* etiam कृत्य format (cf. *r.* 635.).

627. Vocales radicum in consonantem desinentium has sequuntur leges: 1) Penultimum अ *Vriddhi* augetur e. c. तान्य a तन्, त्याज्य a त्यज्. Excipitur अ ante labiales positum una cum radicibus शक् *posse*, वध् *interficere* nonnullisque aliis; e. c. तप्य a तप्, नम्य a नम्, शक्य a शक्, वध्य a वध्. Attamen वप्, त्रप् nonnullaeque aliae radices in labialem desinentes *Vriddhim* adhibent, itaque वाप्य, त्राप्य. Radix खन् *fodere* anomale format खेय. 2) Penultimum इ et उ in plerisque radicibus *Gunam* assumit, e. c. क्षेप्य a क्षिप्. 3) ऋ plerumque nullam subit mutationem, e. c. दृश्य a दृश्; in paucis tamen radicibus penultima ऋ vocalis *Gunâ* augetur, e. c. अर्च्य a ऋच्.

---

*) I. e. Finales diphthongi in hac sicut multis in aliis formis, analogiam sequuntur आ vocalis, quae vi euphonica sequentis य् in ए mutatur.

628. च् interdum ante suffixum य् in क्, et simili modo ज् in gutturalem respondentem ग् transit, quae mutatio tamen fere solum in Substantivis locum habet, quae maximam partem sunt generis neutrius; e. c. वाक्य *n.* *sermo* a वच् *dicere*, भोग्य *n.* *frumentum*, *opes*, भोग्या *f.* *meretrix* a भुज् *edere*, *frui*; ab eadem radice descendit etiam भोज्य *n.* *cibus*.

629. Voces in य desinentes, quae non part. fut. pass. significant, a praecedentibus regulis varium in modum recedunt, e. c. विनेय *mores* a नी, चय्य *caducus* a चि, क्रय्य *quod venale est* a क्री, ad analogiam formarum स्तव्य, भव्य (v. *r.* 626. *n.* 2.), चित्य *rogus* a चि *colligere* (cf. *r.* 635.).

630. त्वा. त्वा proprie Instrumentalis est suffixi feminini तु, cujus Accusativus तुम् cum Romanorum Accusativo supini conveniens, Infinitivum exprimit. Per Instrumentalem त्वा autem Gerundium formatur, quod notiones *post*, *per* et *cum* indicat, quippe quae huic casui respondeant*). Usitatissime hoc Gerundium notionem praepositionis *post* indicat, quam ob rem plerumque per participium Praeteriti reddi potest, nam e. c. एतावदुक्त्वा *post hoc dicendi actionem* idem valet atque *hoc fatus*. Quare ii, qui ante me de hac re scripserunt, Gerundium illud perperam tanquam Participium Praeteriti, sive indeclinabile, sive adverbiale proposuerunt. Ubi notionem *cum* Gerundium in त्वा desinens indicat, id apte per participium Praesentis verti possit; ubi consuetam Instrumentalis rationem *per* designat, Latini Gerundii Ablativus ei respondet. Notetur etiam hujus formae constructio cum अलम् et खलु, quâ, quia Instrumentalem

---

*) Hanc sententiam primo expositam in libro meo « *Conjugations-System* etc. (Francofurti ad M. 1816.) » acutâ hujus rei investigatione confirmavit Guilelmus ab Humboldt in Schlegelii Bibliothecae Indicae Tom. I. pag. 432. sqq. Tom. II. pag. 71-134.

illa postulant, natura et propria significatio Gerundii nostri dilucide demonstratur.

ANNOT. Pâninis (VII. 1. 47, 48, 49.) nonnullas Vêdis proprias Gerundii hujus formas affert. Pro त्वा inveniri त्वी docet in radice स्ना similibusque (स्नात्व्यादयश्च), et scholiastes praeter स्नात्वी solum पीत्वी exemplum laudat. Corruptas esse censeo has formas, si quidem Instrumentalis significant notionem, mutatâ vocali आ graviore in leviorem ई (cf. *rr.* 308. *a.*, 370 et 425. *a.*). Sin autem Locativi inesset notio formis स्नात्वी, पीत्वी, tum a स्नात्, पीत् derivandae essent, addito Locativi suffixo, et इ producto in ई *), ceterum cum Locativo Zendico तन्वि *in corpore* convenientes, quae forma Locativorum legi magis quam Sanscritum तनौ respondet. — Ex त्वी adjectâ encliticâ vel pronominali syllabâ नम्, ortum esse videtur त्वीनम्, eundem in modum, quo न in Vêdis annexum invenitur consuetis, cum Graeco τε convenientibus secundae personae plur. terminationibus थ et त, e. c. दधातन pro धत्त e दधात correpto (Pan. l. c. 45.). Ita pro इष्ट्वा a यज् invenitur इष्ट्वीनम्. Etiam य syllaba in nonnullis radicibus terminationi त्वा annexum invenitur; «क्त्वो यक्» dicit Pâninis (47), et scholiastes affert exempla गत्वाय a गम् et दत्वाय (दत्त्वाय *r.* 633.) a दा, quae Dativi prae se ferunt speciem, sicuti इष्ट्वानम् terminatione cum Accusativo convenit. Sin autem, quod equidem dubito, prioribus Dativi, posteriori Accusativi esset significatio, id quod exemplis a schol. propositis intelligi nequit, tum nihil esset commune istis formis cum nostro Gerundio, quod instrumentalis tam formâ est quam significatione. Respiciatur praeterea, non omnes Vêdorum proprias formas magis genuinas esse quam eae quibus posteriora scripta ab iis differunt; non paucae enim ibi occurunt formae manifesto corruptae, quas alia scripta Sanscrita nonnisi plenas et integras exhibent.

631. त्वा suffixum vel intermediâ vocali इ interpositâ vel ipsâ cum radice conjungitur, quod si alterum fit, *Guna* nunquam adhibetur; si vero intermedia vocalis interponitur, in plerisque radicibus ad arbitrium *Guna* et poni et omitti potest, et in radicibus quibusdam, quae ऋ habent vocalem penultimam, *Guna* ponatur necesse

*) Cf. Vêdorum Locativum सरसी pro सरसि in schol. ad Pân. VII. 1. 39.

est. E.c. लिखित्वा sive लेखित्वा a लिख् *scribere,* रुदित्वा sive रोदित्वा a रुद् *flere,* मृषित्वा sive मर्षित्वा a मृष् *tolerare,* अर्त्तित्वा a ऋत् *ire.*

632. Quod attinet ad vocalem intermediam aut ponendam aut omittendam, hoc Gerundium in plerisque radicibus analogiam sequitur participii in त vel न desinentis, cujus aliae mutationes et regulares et irregulares etiam ad hoc pertinent Gerundium; e.c. इष्ट्वा, इष्ट a यज्, उक्त्वा, उक्त a वच्, ऊढ्वा, ऊढ a वह्, उदित्वा, उदित a वद्, गृहीत्वा, गृहीत a ग्रह्, नद्ध्वा, नद्ध a नह्, विद्ध्वा, विद्ध a व्यध् (v. *r.* 620.), स्थित्वा, स्थित a स्था, हित्वा, हित a धा (v. *r.* 608.). — Exempla, ubi vocalis intermedia ante त्वा ponitur ante त omittitur sunt haec: जुषित्वा sive जोषित्वा, जुष्ट a जुष् *amare,* लज्जित्वा, लग्न a लज्ज् *pudore affici.* — Ubi participium suffixo न formatur, Gerundium vocali intermedia plerumque caret. Interdum Gerundium utramque admittit formam, ubi part. pass. unam tantum habet, e.c. सहित्वा sive सोढ्वा, सोढ a सह्.

633. Radices स्यन्द् et स्कन्द् contra regulam 615. nasalem suam retinent et finalem consonantem abjiciunt, unde स्यन्त्वा, स्कन्त्वा. Etiam द् simplex ante त्वा suffixum in codicibus manuscriptis hac in re non imitandis plerumque omissum est; e.c. छित्वा pro छित्त्वा a छिद्, दत्वा pro दत्त्वा a दा (v. *r.* 608.).

634. Radices decimae classis et Causalia, servatis et syllabâ characteristicâ अय् et *Gunâ,* intermediam vocalem इ assumunt; e.c. चोरयित्वा, दीपयित्वा (cf. *r.* 619.).

GERUNDIUM SUFFIXO य FORMATUM.

635. Gerundium in त्वा desinens fere solum in simplicibus radicibus admittitur (cf. *r.* 638.); radices compositae (v. *r.* 653.) alio ejusdem significationis utuntur Gerundio, quod suffixo य, radici semper proxime adjuncto, formatur, et rarissime in radicibus simplicibus

invenitur. Ceterum in efficiendo isto Gerundio leges valent hae: 1) Brevibus vocalibus finalibus त् adjungitur, e.c. विशित्य a शि, प्रस्तुत्य a स्तु, विकृत्य a कृ. 2) ॠ vocalis finalis in ईर् et post labiales in ऊर् transit, e.c. अवतीर्य a तॄ, सम्पूर्य a पॄ. 3) Diphthongi finales in आ commutantur, e.c. संव्याय a व्ये, प्रगाय a गै. 4) Quae in aliam consonantem quam gutturalem desinunt radices, penultimam nasalem ejiciunt, radicibus decimae classis paucisque aliis exceptis; e.c. निबध्य a बन्ध्, संस्तभ्य a स्तम्भ्, परिभ्रश्य a भ्रंश्; sed परिशङ्क्य a शङ्क्, अवलङ्घ्य a लङ्घ्. 5) इ et उ vocales ante र् et व् semivocales producuntur, e.c. विस्फूर्य a स्फुर् (cf. *r.* 495 et 331[a]).).

636. ह्वे et सो anomala formant हूय (v. *r.* 620.), स्य (v. *r.* 330.); e.c. आहूय, व्यवस्य.

637. Nonnullae radices in अम् et अन् desinentes litteram finalem suam abjicere possunt, ita ut त् sibi adjungant ad analogiam radicum in brevem vocalem desinentium. Hae radices sunt: गम्, नम्, रम्, मन् Cl. 4. et 8., et तन् Cl. 8. E.c. आगम्य sive आगत्य, प्रणम्य sive प्रणत्य (v. *r.* 94[b]).), अवमन्य sive अवमत्य. Radix हन् solum हत्य admittit; radices जन् et खन्, si nasalem abjiciunt, vocalem suam producunt, quam ob rem त् litteram non addunt; e.c. सञ्जाय sive सञ्जन्य. Ceterum anomaliae aliarum formarum p u r a r u m etiam heic inveniuntur; e.c. प्रविध्य a व्यध् (cf. *r.* 456[a]).), व्युष्य a वस् praef. वि (cf. *r.* 455.).

638. Radices decimae classis et Causalia interdum, quanquam compositae, in Gerundio in त्वा inveniuntur; e.c. निवर्तयित्वा a Causali निवर्तय् e वृत् (Savitr. V. 60.). Ante suffixum य Causalia et decimae classis radices characterem अय् abjiciunt, vocalis radicalis incrementum autem retinent; e.c. विकार्य a कारय् e कृ. Ubi penultimum अ radicale non producitur, अय् syllabam retineri dicitur; e.c. विगणय्य a गण् (Cl. 10.) *numerare*.

ANNOT. Hoc Gerundium cum Participio futuri pass. in य desinente cognatum esse,

sicut Latinum Gerundium cum Part. ejusdem significationis convenit, recte monuit illustrissimus Guil. ab Humboldt in praeclara dissertatione quam supra laudavimus (*Indische Bibliothek* Vol. II. p. 130 et 131. Eodem enim suffixo in utraque lingua originem trahunt Gerundium et participium illud, quod in Sanscrito nonnisi eo differt a Gerundio, quod hoc — ut equidem puto, quia fere semper praefixâ praepositione est aggravatum — ad p u r a m radicis formam intendit*), quum e contrario participium, tam simplex quam compositum usitatum, formam radicis auctam prae se ferat. Eadem plane ratione Gerundium in त्वा et Infinitivus in तुम् desinens inter se differunt; Accusativus तुम्, propter levius suum pondus, radicis auctam formam sibi adjungit, quum gravior Instrumentalis त्वा terminatio puram vel correptam radicis formam praeferat (cf. *r.* 127. *b.*). — Quod ad casus instrumentalis terminationem in hoc Gerundio omissam attinet, hac in re miram cum lingua Zendica deprehendi similitudinem. Non enim admittit lingua Zendica in casu Instrumentali *n* litteram euphonicam, quam Sanscrita themata masc. et neut. in vocalem desinentia inserunt, antiquior *Vêdorum* dialectus autem nonnumquam omittit (v. addenda ad *r.* 125.), ex quo apparet, non ad primaevam linguae structuram insertum illud न् pertinere. Primae declinationis, omisso न् euphonico, et अ finali non in ए mutato, Instrumentalis in आ exiret, quâ vocali contineretur tam अ finale thematis quam आ terminationis; ita ut e. c. thema निर्गम्य *actio exeundi* formaret निर्गम्या, quod tempore quo origo hujus formae non clare sentiebatur, ad diminuendum terminationis pondus — propter vocem in initio praepositione aggravatam — facile in निर्गम्य corripi potuit.**) Cum eâ, quam primitivam putamus, Gerundii nostri formâ निर्गम्या in lingua Zendica accurate illi conveniunt Instrumentales, qui a monosyllabo in *a* desinente themate descendunt. Ita legimus in Vend. Sad. (in codice a BURNOUFIO edito p. 46.) *khâ qôg'angha vaśô csathrô ahi, tuâ potestate pollens rex es****), ubi *khâ* venit a themate *kha*, quod ortum est e Sanscrito स्व, id quod primus E. BURNOUFIUS de litteris

---

*) Conferantur feminina abstracta veluti भृत्या *sustentatio* विद्या *scientia* cum Gerundiis भृत्य, विद्य.

**) Respiciatur Latinae vocalis *a* mutatio in leviorem *i*, in compositis vel reduplicatis formis (*contingo, tetigi*), vel in priori compositorum membro (*lâniger* pro *lana-ger*).

***) Anquetilius vertit »*Vous êtes le maître d'obtenir ce que vous désirez de grand.*«

Zendicis optime meritus, observavit. Cum corruptâ vero nostri Gerundii formâ निगम्य conveniunt Zendici Instrumentales earum vocum in *a* desinentium, quae e pluribus syllabis sunt compositae, quia *â* in fine polysyllabarum vocum fere semper corripitur.*) Exempla sint *zaôsa* et *azaôsa voluntate* et *non-voluntate***) (l. c. p. 12.), quae a themate ipso non differunt, quod e Sanscrita radice जुष् *amare*, suffixo अ ortum est. Praeterea hujusmodi Instrumentales saepe occurrunt in locutionibus veluti: *ana barĕsmanu*, vel *barĕsmana paiti bĕrĕta*, quas Anquetilius reddit per «*Avec le Barsom, avec le Barsom élevé.*» Heic *ana* quod diu pro praepositione habui, quum a consueta Sanscriti Instrumentalis forma satis differat, significatione respondet nostro अनेन, et formâ cum stirpe pronominali अन ipsâ convenit. *Bĕrĕta* respondet Sanscrito भृत, ad cujus Instrumentalem भृतेन eandem habet rationem atque Gerundium निगम्य ad formam, quam ex praevalente linguae usu exspectaveris, निगम्येन.

639. अम्. Hoc suffixo cum Accusativi charactere, ut mihi videtur, adverbialiter posito (cf. r. 683. 2.) formatur Participium adverbiale; e. c. उरांसि प्रतिपेषं युध्यते «*ratione pectora conterente pugnatur*». Plerumque repetitur hoc participium adverbiale, ita ut repetitionem actionis significet; e. c. चेतं चेतम् *saepius meditabunde****). — Vocales finales *Vriddhim* assumunt, penultimae *Gunam*, exceptâ penultimâ अ vocali, quae *Vriddhi* producitur. आ finali et diphthongis finalibus, quae omnes in आ transeunt, य् euphonicum adjungitur. E. c. चायम् a चि, भावम् a भू, कारम् a कृ, पेषम् a पिष्, योजम् a युज्, नाशम् a नश्, दायम् a दा, दे, दै vel दो.

640. तुम्. तुम्, quo Infinitivus formatur, Accusativus est suffixi तु, quam ob rem cum Gerundio in त्वा desinente Infinitivus est cog-

*) In nonnullis tamen *Izeschnis* capitibus nonnisi *a* longum in fine vocum invenitur, ita ut etiam *a* quod naturâ suâ breve est, productum sit scriptum; e. c. चा pro च.

**) Anquetilius vertit «*entrainé ou non entrainé par ses passions*».

***) In antiquioribus scriptis rarissime, vel nunquam, hoc participium invenitur; ita ut in toto Mahâbhârato ne unum quidem exemplum me invenire meminerim.

natus. Ambo enim eodem suffixo a radice deducta abstracta sunt Substantiva, quorum utrumque in uno casu solum est servatum, et sicuti omnia Substantiva neque tempora neque verbi genera distinguit; eundem tamen casum ac respondens verbum postulat utrumque*). Infinitivus propter leviorem ipsius terminationem *Gunae* incremento auctâ radicis formâ utitur. In vocali intermediâ इ (interdum ई) adhibendâ vel omittendâ eaedem atque ante suffixum futuri primi valent leges (v. *r.* 462-469.); e. c. भवितुम् a भू, हर्तुम् a हृ, यष्टुम् a यज्, योक्तुम् a युज्, गन्तुम् a गम्, सोढुम् a सह् (*r.* 468. 14.), ग्रहितुम् vel ग्रहीतुम् a ग्रह्. Radices decimae classis et Causalia retinent अय् syllabam, cui vocalem intermediam इ adjungunt; e. c. चोरयितुम् a चुर्, क्षेपयितुम् a क्षेपय् ex क्षिप्.

Annot. 1. Terminatio तवम् quae teste Panini III. 4. 14. in *Vêdorum* Infinitivis adhiberi potest, ad causam exprimendam, quâ aliquid agitur, item a suffixo तु, non a त्व (cf. *r.* 652.) mihi descendere videtur, Accusativi signo अम् posito pro म्, ad analogiam formae भुवम् a भू (*r.* 123. 2.). Exemplum «कर्त्वं हविः» offert scholiastes.

Annot. 2. Non tantum in Accusativo et Instrumentali, quos abstractum Substantivum suffixo तु formatum in vulgari Sanscrito solos reliquit, sed etiam in nonnullis aliis casibus, ad analogiam Infinitivi formatis, antiqua *Vêdorum* dialectus, teste *Panini***), suffixum तु exhibet. 1) Dativus occurrit sub formis तवे et तवै***), quae posterior femininum hujus suffixi genus confirmat, quod jam dudum ex Gerundii forma त्वा conjeci. Exempla scholiastes offert haec: सूतवे a सू omissâ *Gunâ*, गन्तवे a गम्, कर्तवे a कृ, हर्तवे a हृ; यातवै a या; अन्वेतवै ab इ. 2) Ablativus (तोस्), qui in omnibus a scholiasta commemoratis exemplis a praepositione पुरा vel आ est postulatus, et cum Genitivo, in modum aliorum substan-

---

*) De infinitivi variis constructionibus disserui in annot. ad Indr. I. 16. *b.* vide etiam annott. ad Nal. III. 20. *b.* X. 14. *a.*

**) III. 4. 9, 13, 14.

***) Servatâ Gunâ ante ऐ terminationem graviorem contra regulam 127. *b.*

tivorum, est constructus, vel sine alio nomine ei apposito. Radices quae hanc Ablativi formam in *Vêdis* conservarunt sunt octo hae: स्था, इ, कृ, हु, वद्, जन्, तम्, चर्; unde स्थातोस्, एतोस्, कर्तोस्, होतोस्, वदितोस्, जनितोस्, तमितोस्, चरितोस्; e. c. पुरा सूर्यस्यो ऽदेतोर् आधेयः। *ante solis ortum tradendus* (vel ponendus etc. v. Gloss. धा c. आ). Eundem in modum, sed cum antiquiore, in Sanscrito perditâ, femininâ Ablativi terminatione *ât**) in lingua Zendica Infinitivum constructum deprehendi in Vend. Sad. (ed. BURNOUFII) p. 83.: *para avanghê as̊nô dâonghaot***) *para apô para zĕmô para urvar(a)yâo para geus ćathvarĕpaitistanyâo dâonghaot para nars bipaitistanahê as̊aônô zanthoât.* I. e. *ante hujus coeli creationem, ante aquae, ante terrae, ante arboris, ante vaccae quadrimammae creationem, ante hominis bimammi puri generationem.* — Heic *zanthoât* respondet Vêdico Ablativo जनितोस्, omisso intermedio इ, et formatum ex themate *zantu generare* a radice *zan* (in tempore praes. *zazâmi* V. S. p. 182. cf. *r.* 375.); ita ut ante *ât* terminationem *u* finale transierit in *v*, ante quam semivocalem *t* in *th* mutatur***). 3) Genitivus Infinitivi item in तोस् desinens conservatum videmus nonnisi in constructione cum ईश्वर *dominus*, hac in locutione significans *potis, capax*. Scholiastes tradit exemplum: ईश्वरो ऽभिचरितोः। *capax aggrediendi.*

ANNOT. 3. Nonnullae aliae *Vêdorum* propriae Infinitivi, vel si velis Gerundii, formae sunt hae: 1) cum Dativi terminatione ए vel ऐ, ad causam exprimendam quâ aliquid agitur, occurrunt formae in ए, ऐ, से, असे, अध्यै et स्यै (Pân. III. 4. 9, 10, 11, 14, 15.) desinentes. Duae priores sunt Dativi vocum radicalium (v. *r.* 641.); exempla a Panini vel scholiasta ejus exhibita sunt haec: दृशे a दृश् (दृशे विश्वाय सूर्यम्), विख्ये a ख्या v. *r.* 160. (विख्ये ऽन्वाहरामि), अवगाहे a गाह्, अवचक्षे a चक्ष्, प्रयै a प्री adjectâ *Gunâ*. — Quae in से vel असे exeunt formae, radicem verbi substantivi, ut equidem puto, continent aut integram aut abjectâ vocali अ (cf. *r.* 365.), ita ut Dativi character ए huic auxiliari radici sit adjunctus, qua in re

*) Ad analogiam femininorum Genitivorum in आस् desinentium (v. *r.* 130. *b.*). Pro *t* vel in fine vocum vel in medio ante consonantes posito, lingua Zendica propriam quandam habet litteram, quam nullo signo heic distinguimus.

**) Ablat. a themate *dâonghu.*

***) Ex generali euphoniae lege, quam primus E. BURNOUFIUS ingeniose observavit.

illi Infinitivi mirandam analogiam exhibent cum Graecis in σαι (τύψαι, λῦσαι) et iis respondentibus Latinis in *se* vel *re* (*pos-se, es-se* vel *ed-ere*).*) Exempla vel auctâ vel purâ radicis formâ laudantur haec: वक्षे a वह्, मेषे a मी (वक्षे रायस् ता वा मेषे रथानाम्), जीवसे a जीव् (क्रत्वे दक्षाय जीवसे), प्रेषे a प्री, श्रियसे a श्रि (v. r. 51.). — Quae in अध्यै desinunt formae, ut equidem puto, Dativi sunt feminini suffixi धि interjectâ vocali अ (v. r. 127. b. et cf. वसति *nox* a rad. वस् *habitare* suffixo ति et interjecto अ); धि autem variatio esse videtur suffixi fem. ति, quo abstracta formantur Substantiva, quibus cognati sunt Lithuanici et Slavici Infinitivi in *ti* desinentes; e. c. Lith. *buti* Slav. *byti* esse (cf. भूति *existentia*). Ceterum haec *Védorum* suffixo धि terminata Abstracta ad illa in ति desinentia eandem habent rationem atque अधर अधम *inferior infimus* **) ad consuetas Comparativi et Superl. formas per तर et तम effectas. Exempla in schol. ad *Panin.* exhibita sunt haec: उपचरध्यै a चर् (कामम् उपचरध्यै), आहुवध्यै a हु ex euph. *r.* 51. (इन्द्राग्नी आहुवध्यै), श्रियध्यै a श्रि (*r.* 51.), पिवध्यै a पिव्, मादयध्यै a मादय् e मद्. — Forma in स्यै desinens, formâ radicis auctâ, nonnisi in duabus a Pânini propositis occurit exemplis, interpositâ auxiliari vocali इ, quâ स् ex euphon. lege 101[a]). transit in ष्; unde रोहिष्यै a रुह् et अव्यथिष्यै a व्यथ् praefixo अ privativo. Cum Desiderativis quandam similitudinem offerunt hae formae, ita ut repetita syllaba sit abjecta et desiderativo characteri स् suffixum इ vel ई sit additum (v. haec suffixa in *r.* 645.); यै enim in Dativo femin. tam ab इ quam ab ई derivatur.

2) Cum Accusativi vel Genitivi terminationibus radici ipsi, tanquam Substantivo abstracto, adjunctis; ita ut Accusativus cum verbo शक् *posse*, Genitivus cum ईश्वर *potis, capax* sit constructus. Exempla traduntur haec: विभाजम् a भज्, formâ radicis auctâ (अग्निं वै देवा विभाजं ना 'शक्नुवन्); अपलुपम् a लुप् cum formâ radicis purâ (अपलुपं ना 'शक्नुवन्); विलिखस् a लिख् (ईश्वरो विलिखः).

3) Cum terminatione एन्य ad causam quâ aliquid agatur exprimendam (III. 4.

*) V. librum meum *Conjugations-System* p. 94. et 107. et *Analytical comparison of the Sanscrit etc.* in libro *Annals of oriental litterature* p. 53, 54.

**) Haec vocabula una cum अधस् *subter* jam alibi deduxi a stirpe demonstrativâ अ (v. *r.* 270.).

14.). Exemplum दद्वोषस्: fortasse mendosum est pro दिदृक्षोपाय a Desiderativo दिदृक्ष् e दृश्.

FORMATIO VARIORUM SUBSTANTIVORUM ET ADJECTIVORUM.

641. Complures radices sine ullo adjecto suffixo abstractorum Substantivorum generis feminini significationem assumunt, sive simplices, sive cum praepositionibus conjunctae; e.c. आज्ञा et अनुज्ञा *jussum,* प्रतिज्ञा *promissum,* प्रतिष्ठा *gloria* (v. r. 109.), आभा *splendor,* प्रतिभा *mens,* धी *cogitatio,* irregulariter formatum a radice ध्यै *cogitare,* भी *metus,* ह्री *pudor,* युध् *certamen,* क्षुध् *fames,* मुद् *gaudium,* सम्पद् *fortuna, perfectio,* आपद् et विपद् *infortunium,* भास् *lux,* वाच् *vox.* Rarius nudae radices appellativorum substantivorum significationem habent, veluti पद् *m. pes* (*iens*).

642. Omnes radices, e Grammaticorum sententia, nullo suffixo adjecto, in fine compositarum vocum collocari possunt, ita ut significatione cum participio praesentis conveniant, semper tamen perpetuam qualitatem vel actionem exprimant. Harum compositionum prior pars Accusativi vice fungitur a posteriore, voce radicali, quasi a participio, postulati;*) e.c. जलपी *aquam bibens* (v. r. 170.), धर्मविद् *officiorum gnarus.* Neque tamen multa hujusmodi composita usu sunt frequentia, et maximam partem sunt Substantiva appellativa; e.c. क्रव्याद् *m.* (a क्रव्य et अद्) *fera* vel *gigas daemonicus,* proprie *carnem edens.* Etiam cum Adjectivis et Praepositionibus hujusmodi voces radicales compositae inveniuntur; e.c. मन्दभाज् *infelix,* proprie *pauca partiens* a भज् *partiri,* परिव्राज् *mendicus ex voto,* proprie *circumiens* a व्रज् *ire* (v. r. 643.).

643. Radicibus in brevem vocalem desinentibus littera त् ad-

---

*) Cf. Latina hujusmodi composita veluti *artifex* (-*fec*-*s*) *fidicen.*

ditur, ut majoris ponderis fiant; e.c. कर्मकृत् *facinus faciens* a कृ, सर्वजित् *omnia vincens* a जि *). Nonnullae radices quarum finalem litteram अ vocalis praecedit, hanc vocalem producunt; e.c. भारवाह् *onus ferens* a वह् *ferre;* nonnullae anomalam mutationem subeunt radices; e.c. हू a radice ह्वे *vocare.*

644. Radices गम्, यम्, मन्, तन् consonantem finalem abjiciunt atque त् addunt, iis similes quae in brevem vocalem desinunt; e.c. अरण्यगत् *in silvam iens.*

645. Iam sequuntur, ordine alphabetico disposita, omnia suffixa *Kridantorum*, cum usitatissimis *Unâdibus:* अ, अक, अण्ड (*Unâdi*), अत् (v. *r.* 593-598.), अथु, अन् (*Unâdi*), अन, अनि, अनीय (*r.* 622.), अन्त, अम् (*r.* 639.), अल (*Unâdi*), अस्, आ, आक, आन (v. *r.* 598, 602.), आय्य, आरु, आलु, इ, इक, इत् (*Unâdi*), इत्नु, इन्, इर (*Unâdi*), इल (*Unâdi*), इष (*Unâdi*), इस्, ई, उ (*Krit* et *Unâdi*), उक, उत्र (*Unâdi*), उर, उल (*Unâdi*), उस्, ऊ (*Unâdi*), ऊक, ऊथ, एन्य (*Unâdi*), एर (*Unâdi*), एलिम, ओर (*Unâdi*), त (*r.* 606. sqq.), तव्य (*r.* 622.), ति, तु (*Unâdi*), तुम् (*r.* 640.), तृ, त्र, त्रिम, त्वर, त्वा (*r.* 630. sqq.), थ (*Unâdi*), थक, था, न, नङ्, नु, म (*Unâdi*), मन्, मर, मान (v. *r.* 598. sqq.), य (*r.* 625. sqq. et *r.* 635. sqq.), या, र, रु, रुक, लुक, वन्, वर, वस् (v. *r.* 603.), वि, स्नु.

अ suffixo formantur *a*) Substantiva vel Adjectiva quibus significatur aut praeditum esse aliquem qualitate eâ, aut facere eum id, quod radix exprimit. Hujusmodi voces saepe per participia praesentis temporis verti possunt, a quibus eo tamen valde discrepant, quod actionem vel qualitatem perpetuam, non intra fines praesentis temporis coërcitam exprimunt. — Haec adjectiva sive nomina agentis, nisi appellativorum significationem habent ut प्लव *navis* (proprie *natans*) a प्लु, सर्प *serpens* (proprie: *iens*) a सृप्, plerumque aut in fine compositorum inveniuntur aut conjuncta cum praepositione quadam vel particula inseparabili; e.c. धर्मज्ञ *officiorum*

---

*) Cf; Latina *comes, com-it-is, eques, equ-it-is,* etc. ubi radicem *i* ire eadem ratione adjecto *t* auctam video; sic etiam *stit* pro *stat* in *superstes, stit-is* etc.

gnarus, प्रज्ञ *sapiens, prudens* a ज्ञा *novisse*. Adjectivorum hujus generis, quae simplicia inveniuntur, exempla sunt शुभ *nitidus, pulcher* et जीव *vivus*. — Vocales finales plerumque *Gunâ*, nonnunquam *Vriddhi* augentur, aut eas tantum mutationes subeunt quae legibus euphonicis praescribuntur. आ finale abjicitur, diphthongi aut abjiciuntur aut mutantur secundum leges euphonicas. Vocales quae finalem consonantem praecedunt plerumque non mutantur, raro *Gunam* admittunt; अ tamen vocalis in eo loco posita nonnunquam *Vriddhi* augetur. E.c. जय *vincens* a जि, स्तव *collaudans* a स्तु, धर *tenens* a धृ, प्रिय *amans, amicus, carus* a प्री (v.r.51.), द *dans* a दा, गाय sive ग *cantans* a गै, भिद् *findens* a भिद्, तुद *vexans* a तुद्, पच *coquens* a पच्. Omnia quae attulimus exempla, non inveniuntur nisi in fine compositorum, प्रिय adjectivo excepto.

Nonnullis hujusmodi nominibus quaedam substantiva praemittuntur in accusativo casu, cujus sensum exprimunt; e.c. ex अरि *hostis* et दम *domans* formatur अरिन्दम; e पुर *urbs* et दर *findens* (a radice दॄ) formatur पुरन्दर *qui urbes exscindit*, quod Indri cognomen est; e भय *metus* et कर *faciens* formatur भयङ्कर *metum faciens, terribilis*. Sunt substantiva quae in ejusmodi compositione irregularem Accusativi formam assumunt; e.c. ex उरस् *n. pectus* et गम *iens* formandum fuisset उरोगम, formatur vero उरङ्गम *anguis*, proprie *pectore iens*, quod derivandum est a themate ceterum inusitato उर *pectus*, unde etiam deducuntur उरग et उरङ्ग eodem sensu. Ne significationem quidem propriam in his exemplis retinet Accusativus.*) — Ex वसु *res, opes*, quamvis neutrius generis sit, et धर *tenens* formatur वसुन्धरा *f. terra* (proprie *quae divitias continet*); ex मही autem, omissa Accusativi nota, formatur महीधर *mons* (proprie: *qui terram tenet*), et ex illo ipso वसु, cum ध composito (quod deducendum est a radice धा *tenere*), formatur वसुधा *f. terra*, non वसुन्धा. हन् *occidere* per suffixum अ irregulariter format घ्न (v.r.357.), etiamque, अन् syllabâ dejectâ, ह. Eandem analogiam sequitur radix जन् *nasci*, unde formatur ज *natus*.**) — E radice हन् regularis quoque formatio

*) Ex his minus regulariter formatis vocibus omnino non conjiciendum est, nasalem consonantem horum compositorum diversae ab Accusativi nota originis esse. In plurimis enim formis et sensus et forma plane eadem est atque Accusativi, et recte FORSTERUS eâ quam diximus ratione, rem explicavit.

**) अ finale vocabulorum ह et ज jure a grammaticis suffixum dicitur. Nam si न् radicalis consonans esset dejecta, formandum fuisset ex regula 643. हत् et जत्.

हन efficitur. — Quaedam formae Causales retinent characteristicam syllabam अय् ante अ suffixum, e. c. वेदय *certiorem faciens* a विद्. Nonnulla adjectiva in अ desinentia post particulas सु et दुर् passivam habent significationem; e. c. सुकर *facilis*, दुष्कर *difficilis* (v. r. 73.), दुर्लभ *difficilis adeptu*, दुर्धर्ष *qui difficile domatur*, दुस्तर *difficilis transgressu*.

b) Formantur per अ suffixum etiam Substantiva abstracta plerumque masculini generis. Vocalis radicalis *Gunâ*, nonnunquam *Vriddhi* augetur; अ vocalis ante consonantem finalem posita, *Vriddhim* assumere solet; palatinae च् et ज् ante suffixum अ in sibi respondentes gutturales क् et ग् transeunt. Exempla sunt: जय *m. victoria* a जि, लय *m. solutio* a ली, भय *n. metus* a भी, पाक *m. coctura* a पच्, वेग *m. celeritas* a विज्, भेद *m. fissio* a भिद्, त्याग *m. desertio* a त्यज्, योग *m. conjunctio* a युज्, रोक *n. lumen* a रुच्, हर्ष *m. gaudium* a हृष्.

अक format nomina agentis masculini generis et adjectiva quaedam. Vocales finales *Vriddhim*, penultimae *Gunam* assumunt; penultimum अ vero plerumque *Vriddhi* augetur; e. c. नायक *dux* a नी, पाचक *coquus* a पच्, नर्तक *saltator* a नृत्, साधक *utilis* (*fem.* साधका) a साध् *perficere.* Feminina Substantivorum in अकी desinunt, Adjectivorum, in अका; e. c. नर्तकी *saltatrix*, खनका *quae fodit*.

अण्ड (*Unâdi*) format भरण्ड *m. dominus, maritus* a भृ, adjectâ *Gunâ*, et fortasse सरण्ड *m. avis* a सृ.

अथु cum *Gunâ* abstracta format substantiva masc. e. c. क्षयथु *tabes* a क्षि, वेपथु *tremor* a वेप्, वमथु *vomitus* a वम्.

अन् (*Unâdi*) format nomina agentis et appellativa; e. c. राजन् *dominus, rex* a राज् *regere*, तक्षन् *m. faber tignarius* a तक्ष् *tenuem facere, frangere*, वृषन् *m.* cognomen Indri: *pluvius* a वृष् *pluere*; स्नेहन् *m. amicus* a स्निह्. Fortasse huc referenda sunt etiam haec: पूषन् *m. sol* (*quia nutrit terram*) a पूष् *nutrire*; द्युवन् *m. sol*, quod vulgo derivant a द्यु *ire*; verisimilius est autem, id positum esse pro द्युत्वन् a radice द्युत् *splendere* suffixo वन्; क्लेदन् *m. luna* a क्लिद् *madere, plorare*.

अन cum *Gunâ* admodum frequens est, et format 1) substantiva generis neutrius, plerumque abstracta, sed nonnulla quoque appellativa; e. c. चयन *collectio* a चि, भवन *existentia* a भू *esse*, भरण (v. r. 94[a].) *servatio, nutritio* a भृ, भेदन *fissio* a भिद्, शोचन *lustratio* a शुच्, हर्षण *delectatio* a हृष्, नयन *oculus* a नी *ducere* (cf. suffixum त्र), शयन *lectus* a शी *dormire*, वदन *os* a वद् *loqui*, भूषण *ornamentum* a भूष् *ornare*. — 2) Nomina agentis generis masculini, praesertim ex formis

causalibus radicibusque decimae classis. Utraeque characterem अय् ante hoc suffixum, dejiciunt e.c. नन्दन *qui delectat* a नन्दय् quod est causale a radice नन्द्; निषूदन *occisor, necans* a सूद् cl. 10. (v. r. 109.), नर्तन *saltator* a नृत् cl. 4. — Femininum hujnsmodi vocabulorum in अनी desinit, e.c. जननी *genitrix* a जन्. In अना *f.* desinentia quaedam abstracta substantiva iuveniuntur, praecipue e Causalibus radicibusque decimae classis orta; e.c. कारणा *causa* a कारय् *Caus.* e कृ.

अनि Rarissimum hoc suffixum abstracta substantiva format generis feminini, quae cum negativis particulis conjuncta sunt, neque inveniuntur nisi in imprecationibus. Vocalis radicum *Guná* augetur; e.c. अचेतनि *amissio cogitationis* a चित्, अजीवनि *amissio vitae, mors* a जीव्.

अन्त adjectiva et appellativa substantiva format, praesertim ex formis causalibus quarum finalis syllaba अय् retinetur; e.c. नन्दयन्त *delectans* a नन्दय्. — Derivatum mihi videtur hoc suffixum a fortiori themate participii praesentis *Par.* adjecto अ.

अल (*Unâdi*) format चपल *tremens* a चप् *ire, movere,* atque in fine multorum vocabulorum incertae originis invenitur.

अस् cum *Guná* format substantiva neutra variae significationis, e.c. चेतस् *mens* a चिन्त् *cogitare,* वचस् *sermo* a वच् *loqui,* पयस् *lac* a पी *bibere,* वासस् *vestis* a वस् *vestire,* अ radicali per *Vriddhim* productâ. — Complura substantiva in अस् desinentia originis incertae sunt, vel perspicuam non habent rationem ad radices ex quibus grammatici ea explicant; e.c. शिरस् *caput* et अम्भस् *aqua* a radicibus शृ et आप् descendere dicuntur. — Nonnullae voces in अस् desinentes masculini generis sunt; अप्सरस् *Apsarasis, nympha,* quod derivatur ab अप् *aqua* et सृ *ire,* feminini generis est (cf. r. 230.).

आ femininum suffixi अ, de quo supra dictum est, format nomina actionis feminini generis aliaque substantiva abstracta, nonnullaque appellativa, partim cum *Guná;* e.c. क्षिपा *jactatio,* स्पृहा *desiderium,* क्षुधा *fames,* जरा *senectus* a जॄ *senescere,* गुहा *specus* a गुह् *abscondere,* लेखा *linea* a लिख् *scribere.* Saepissime आ suffixum formis desiderativis additum invenitur e.c. दिदृक्षा *cupiditas videndi* a दृश्, पिपासा *cupiditas bibendi, sitis* a पा, चिकीर्षा *cupiditas faciendi* a कृ (v. r. 539.).

आक usu non satis frequentatum, format nomina agentis masculini generis, quorum feminina in आकी desinunt; e.c. भिक्षाक *mendicus,* भिक्षाकी *mendica.*

आय्य usu non frequentatum, format adjectiva vel nomina agentis adjecto *Gunae* incre-

mento; e. c. श्रवाय्य *audiens, auditor* a श्रु. — Causalium et decimae classis character अय् retinetur.

आरु rarissimum est formatque adjectiva, *additâ Gunâ;* e. c. शरारु *nocens* a शृ, वन्दारु *urbanus, elegans* a वन्द्.

आलु rarissimum, assumtâ *Gunâ* format adjectiva veluti शयालु *dormiendi cupidus* a शी. Syllaba अय् Causalium et radicum decimae classis retinetur; e. c. स्पृहयालु *avidus* a स्पृह् (v. *r.* 342.).

इ tantum cum radiee धा *tenere* conjunctum usu frequentatur formatque ex illâ, cum praepositionibus compositâ, substantiva masc. variae significationis. आ finale radicis abjicitur, e. c. सन्धि *conjunctio, pax* etc., अन्तर्धि *interitus,* विधि *lex, praeceptum, fatum,* निधि *thesaurus.* Deinde इ nomina actionis generis feminini format, quae fere solum in interrogationibus responsisque, et quidem rarissime inveniuntur. Vocales finales *Vriddhim,* penultimae *Gunam* assumunt, अ tamen semper *Vriddhi* afficitur; e. c. जायि *victoria* a जि, कारि *actio* a कृ, बोधि *cognitio* a बुध्, गादि *sermo* a गद्. — Tum इ format nomina agentis, appellativa et adjectiva, quae assumunt syllabam reduplicativam; e. c. चक्रि *m. qui facit* a कृ, जग्मि *m. ventus* a गम् *ire,* जघ्नि *m. genus quoddam armorum* ab हन् *necare* (v. *r.* 453.), दधि *m. f. n. tenens* a धा. — Etiam adjectiva format suffixum इ ex formis intensivis, e. c. सासहि *qui multa perpetitur.* Denique, vocali radicali per Gunam auctâ hoc suffixum in quibusdam compositis appellativis et adjectivis ejusdem significationis est atque अ suffixum; e. c. शकृत्करि *m. vitulus* (proprie *qui stercus facit*), उदरम्भरि *m. f. n. vorax* (*qui nutrit ventrem*) ab उदर *n. venter* et भृ *nutrire, conservare.*

इक usu non frequentatum, format nomina agentis et adjectiva; e. c. खनिक *m. qui fodit* a खन्. Femininum hujus suffixi est इका quod interdum idem significat ac si femininum esset suffixi अक; e. c. पाचक *coquus,* पाचिका *coqua.*

इत् (*Unâdi*) format सरित् *f. fluvius* a सृ *ire,* terminatque nonnulla alia vocabula quorum origo minus est perspicua.

इत्नु usu non frequentatum format adjectiva, nomina agentis, et appellativa e radicibus decimae classis, quae retinent syllabam characteristicam अय्; e. c. गदयित्नु *m. f. n. loquax* a गद् *loqui,* स्तनयित्नु *m. nubes, tonitru* a स्तन् *tonare.*

इन् usitatissimum est formatque adjectiva et nomina agentis aeque ac suffixum अ; ita tamen, ut इन् suffixo terminatae voces saepe etiam ad praesens tempus referantur

et significatione cum participio praesentis conveniant, non tamen cum Accusativo construantur (v. Nalum XI. 21. Indralôk. V. 13.). Praecipue, nisi semper, in fine compositorum hae voces inveniuntur. Vocales finales *Vriddhim*, penultimae *Gunam* assumunt, penultimum अ tamen semper *Vriddhi* afficitur, et आ finali euphonicum य् apponitur. Causalia radicesque decimae classis अय् characteristicum abjiciunt. Exempla sunt: मनोहारिन् *animum rapiens* a हृ, प्रासादशायिन् *qui solet in palatio dormire* a शी, वधैषिन् (वध + एषिन्) *caedis cupidus* ab इष्, अमर्षिन् *intolerans* a मृष्, पुरवासिन् *oppidanus* a वस्, रिपुनिपातिन् *hostes caedens* a पातय्, शतयोजनयायिन् *centum Yôdschana iens* (Nal. XXII. 9.) a या. V. *r.* 222.

इर (*Unâdi*) format मुदिर *voluptarius, veneri deditus* a मुद् *gaudere*, स्थिर *stabilis* a स्था *stare*, छिदिर *m. ensis* a छिद् *findere*, भिदिर *n. fulmen* a भिद् *findere*. Femininum इरा format मदिरा *potus inebrians* a मद् *inebriare*.

इल (*Unâdi*) format पथिल *m. via* a पथ् *ire*, अनिल *m. aër, ventus* ab अन् *spiritum ducere*, गुहिल *n. silva* a गुह् *tegere, abscondere*, वपिल *pater* a वप्.

इष (*Unâdi*) Hoc suffixo fortasse formatum est अविष *m. mare* ab अव् *movere*, महिष *m. bubulus* a मह् *crescere*.

इस् cum *Guna* format nonnulla substantiva generis neutrius; e. c. ज्योतिस् *stella* a द्युत् *splendere* (v. *r.* 232.).

ई format abstracta substantiva feminina quae communem multorum ejusdem actionis functionem indicant. Radix semper conjuncta est cum वि + आ. Vocales ante finalem consonantem positae *Gunam* assumunt, अ tamen *Vriddhi* afficitur; e. c. व्याक्रोशी *mutuus clamor* a क्रुश्, व्याहासी *mutuus risus* ab हस्.

उ ex Desiderativis adjectiva format, quae participii praesentis significationem habent; e. c. चिकीर्षु *faciendi cupidus* a चिकीर्ष् a radice कृ, पिपासु *bibendi cupidus* a पिपास् a radice पा. Sunt quoque radices primitivae, ex quibus per उ suffixum adjectiva et nomina agentis formantur; e. c. इच्छु *optans* ab इष् (v. *r.* 337.). Feminina a masculinis non distinguuntur nisi declinatione. — उ suffixo *Unâdi* formantur असु *m. vita* ab अस् *esse*, वायु *m. ventus* a वा *flare* inserto य् euphonico, भिदु *m. belemnites* a भिद् *findere*, बन्धु *m. affinis* a बन्ध् *ligare*, तनु *tenuis* a तन् *expandere*.

उक adjectiva format ex radicibus in consonantem desinentibus. Vocalis quae finalem consonantem praecedit *Gunam* assumit, अ tamen *Vriddhi* afficitur; e. c. कामुक

avidus, voluptarius a कम् *cupere, amare,* गामुक *iens, mobilis* a गम्, वर्षुक *pluviosus* a वृष् *adspergere, pluere.*

उत्र (*Unâdi*) format वरुत्र *n. amiculum* a वृ *tegere.*

उर usu non frequentatum, format adjectiva quaedam et appellativa; e. c. भिदुर 1) *findens,* 2) *m. fulmen* a भिद् *findere.*

उल (*Unâdi*) format हर्षुल *m.* 1) *amator,* 2) *caprea,* a हृष् *gaudere.*

उस् format substantiva quaedam generis neutrius e. c. वपुस् *corpus* a वप् *seminare,* चक्षुस् *oculus* a चक्ष् *loqui**), quae substantiva secundum *r.* 232. flectuntur.

ऊ (*Unâdi*) format नृतू *m. saltator* a नृत् *saltare,* तनू *f. corpus* a तन् *expandere.*

ऊक usu non frequentatum, format adjectiva et nomina agentis ex formis intensivis et e radice reduplicata जागृ *vigilare;* e. c. वावदूक *loquax* a वावद् e वद् *loqui* (vid. *r.* 560.); यायजूक *m. qui saepe sacrificat* a यायज् e यज् *sacrificare,* जागरूक *vigilans* a जागृ *vigilare.*

ऊथ (*Unâdi*) format वरूथ *n. cutis, corium* a वृ *tegere,* जरूथ *n. caro* a जॄ *senescere.*

एन्य (*Unâdi*) format वरेण्य *praecipuus* a वृ *eligere* (v. *r.* 94[a].).

एर (*Unâdi*) format दशेर *m. bestia quaedam venenata* a दंश् *mordere,* मुहेर *m. stultus* a मुह् *dementem, stultum fieri.*

एलिम usu non frequentatum format adjectiva quae significationem participiorum praesentis vel futuri et quidem reflexivam habent, sed etiam pro appellativis posita inveniuntur, assumptâ transitivâ significatione pro reflexivâ; e. c. भिदेलिम *qui se findit, sive finditur,* पचेलिम *qui coquitur sive maturescit,* quod vocabulum, teste Wilsono, substantive positum significat *solem, ignem.*

ओर (*Unâdi*) format सहोर *m. homo pius, sanctus* a सह् *pati.*

ति admodum usitatum est et format abstracta substantiva generis feminini; e. c. शक्ति *robur, facultas* a शक्, त्यक्ति *desertio* a त्यज्, दृष्टि *visus* a दृश्, मति *cogitatio, mens* a मन्. Radices ante hoc suffixum easdem subeunt mutationes tam regulares quam anomalas atque ante suffixum त (*r.* 606.), ita tamen, ut ante ति vocalis intermedia इ nunquam inseratur; e. c. इष्ट, इष्टि a यज्; उक्त, उक्ति a वच्; ऊढ, ऊढि a वह्; उषित, उष्टि a वस्; उशित, उष्टि a वश् (*r.* 98.); गत, गति a गम्; कान्त, कान्ति a कम्; नद्ध, नद्धि a नह्. Quaedam radices in vocalem desinentes

---

*) Wilson huic radici etiam videndi significationem tribuit, nec tamen illa invenitur hoc sensu apud scriptores.

assumunt नि **pro** ति **ad analogiam participiorum passiv., pleraeque tamen radices quae** न **pro** त **in participio assumunt, in hoc substantivo abstracto, si quidem omnino usitatum est,** ति **terminatione utuntur; e.c.** ग्लान, ग्लानि **a** ग्लै; शीर्ण, शीर्णि **a** शॄ; छिन्न, छिन्नि **a** छिद्; पन्न, पन्नि **a** पद्; मग्न, मग्नि **a** मस्ज्. — **Nonnulla etiam masculina, quae personam significant, suffixo** ति **formantur; e.c.** ज्ञाति *cognatus* **a** ज्ञा *novisse.*

तु (*Unâdi*) quod masculinum est ejusdem suffixi, cujus Feminino utuntur Infinitivus et Gerundium (v. *r.* 630 et 640.), format गन्तु *m.* et यातु *m. viator* a गम् *ire* et या *ire*, भातु *m. sol* a भा *splendere*, जन्तु *m. animal* a जन् *generare, parere*, तन्तु *filum ex metallo factum* a तन् *expandere.*

तृ Hoc suffixo formantur nomina agentis secundum *r.* 460. sqq. quae iis quas ibidem diximus conditionibus, significationem participiorum futuri habent; e.c. दातृ *dator* a दा, स्रष्टृ *creator* a सृज् (v. *r.* 468. 4.).

त्र Hoc suffixum, ante quod interdum vocalis इ inseritur, *Gunam* requirit formatque neutra et feminina quaedam, quae plerumque instrumentum aut vas quoddam exprimere solent; e.c. पात्र *poculum* a पा *potare*, श्रोत्र *auris* a श्रु *audire*, नेत्र *oculus* a नी *ducere*, वक्त्र *os* a वच् *loqui*, वस्त्र *vestis* a वस् *vestire*, वादित्र *organum musicum* a वादय् Causali e वद् *loqui*, खनित्र *pala* a खन् *fodere*, चरित्र *vita, mores* a चर् *ire*, दंष्ट्रा *f. dens* a दंश् *mordere*, यात्रा *f. iter* a या *ire*. त् eaeque consonantes quae ante त्र in त् mutandae fuissent, dejiciuntur, unde: तोत्र pro तोत्त्र *stimulus* a तुद् *vexare*, पत्र *folium* a पत् *cadere*. — Sunt quoque Adjectiva quaedam quae per त्र vel इत्र formantur; e.c. पवित्र *purus* a पू *purgare*, चित्र *pictus, varius*, fortasse derivandum est a चि *colligere* omissâ *Gunâ*.

त्रिम usu non frequentatum format adjectiva quaedam; e.c. कृत्रिम *artificiosus* a कृ *facere.*

त्वर v. वर.

थ (*Unâdi*) format नीथ *m. dux* a नी *ducere*, तुत्थ *ignis* a तुद् *vexare.*

थक usu non frequentatum, et, ut mihi videtur, ortum ex थ adjecto क, format quaedam nomina agentis; e.c. गाथक *m. cantor* a गै *canere.*

न praeter participia *r.* 607. sqq. descripta, format abstracta substantiva generis masculini, et feminina quaedam in आ desinentia; e.c. स्वप्न *somnus* a स्वप् *dormire*, रक्ष्णा *servatio* a रक्ष् (v. *r.* 94[a].), प्रश्न *quaestio* a प्रछ् (v. *r.* 87. *e.*), यज्ञ *sacrificium* a यज्, याच्ञा *f. precatio* a याच् (v. *r.* 93.).

नस्‌ format adjectiva quaedam generis communis*); e. c. तृष्णास्‌ (Nominativus *m. f. n.* तृष्णाक्) a तृष्‌ *sitire* (v. *r.* 94[a]).).

नु adjectiva format quae femininum a masculino et neutro non distinguunt nisi declinatione (v. *r.* 244.); e. c. त्रस्नु *timidus* a त्रस्‌, गृध्नु *avidus* a गृध्‌.

म (*Unâdi*) format भाम *m. lux, sol* a भा *splendere,* युध्म *m. certamen, arcus, sagitta* a युध्‌ *pugnare,* युग्म *n. par* a युज्‌ *jungere,* भीम *terribilis* a भी *timere,* तिग्म *acutus* a तिज्‌ *acuere.*

मन्‌ ut mihi videtur, cum suffixo मान *r.* 598. cognatum, eundem in modum ac respondens Romanorum *men* (*legumen, foramen, praefamen* etc.) cum obsoleto *minus* unde *mini* (e. c. *amamini* v. annot. ad *r.* 460.) et *turus* cum *tor* (cf. तृ). *Gunam* requirit hoc suffixum formatque substantiva et adjectiva. Substantiva plerumque generis neutrius sunt; e. c. छद्मन्‌ *dissimulatio* a छद्‌ *abscondere,* वर्मन्‌ *lorica* a वृ *tegere,* जन्मन्‌ *partus* a जन्‌ *gignere,* वेश्मन्‌ *domus* a विश्‌ *intrare,* सद्मन्‌ *domus* a सद्‌ *ire,* प्रेमन्‌ *amor* a प्री *amare.* Nonnullae voces in मन्‌ desinentes nulla verisimili ratione explicari possunt, aut cum radice a qua deducendae videntur cómmunem significationem non habent; e. c. चर्मन्‌ *corium* (चर्‌ *ire*), शर्मन्‌ *fortuna, voluptas* (शॄ *offendere*), नामन्‌ *nomen.* — Adjectiva in मन्‌ desinentia parum usitata sunt; exemplum est शर्मन्‌. — Flectitur hoc suffixum secundum *r.* 224.

मर ortum esse videtur e radice मृ *mori* suffixo अ; raro usurpatur, formatque adjectiva; e. c. अद्मर *vorax* ab अद्‌ *edere.*

या suffixum quae forma feminina est suffixi य (v. *r.* 625.) format abstracta substantiva feminini generis; e. c. विद्या *scientia* a विद्‌ *scire,* व्रज्या *peregrinatio* a व्रज्‌ *ire,* परिसर्या *ambulatio* a सृ *ire.* Brevibus vocalibus in fine radicum interdum त्‌ additur; e. c. भृत्या *conservatio* a भृ (cf. *r.* 635.).

र, रु, रुक, लुक His suffixis adjectiva quaedam formantur; e. c. दीप्र *lucidus,* हिंस्र *nocens, terribilis, caedis cupidus* a हिंस्‌ *offendere, necare;* भीरु (*fem.* भीरु vel भीरू), भीरुक, भीलुक *timidus* a भी *timere,* सद्रु *m. f. n. iens* a सद्‌ *ire.* — Suffixo र *Unâdi* formantur voces खिद्र *m. morbus* a खिद्‌ *luctu afficere,* दह्र *m. ignis* a दह्‌ *urere,* क्षिप्र *velox.*

---

*) Dicere possemus generis omnis si Nominativum singularis tantum spectaremus. Quod tamen minus aptum credo; neutrum enim semper a masculino et feminino quibusdam in casibus differt, quamvis interdum eundem Nominativum habeat.

वन् format adjectiva, praesertim in fine compositorum usurpata; e. c. भूरिदावन् *multa dans;* tum etiam nomina agentis ex quibus unum tantum usu frequentatur यज्वन् *sacrificator.* Femininum hujus suffixi aut a masculino non differt aut वरी sonat, quod proprie femininum est suffixi वर; e. c. दृश्वन् *videns, fem.* दृश्वन् aut दृश्वरी.

वर format adjectiva et nomina agentis ex parvo radicum numero. Post breves vocales त् additur (cf. *r.* 635.); e. c. नश्वर *caducus,* ईश्वर *dominus,* जित्वर *victor* a जि, गत्वर *iens, mobilis* a गम् (cf. *r.* 637.). Femininum plerumque in ई desinit.

वि usu non frequentatum, format adjectiva et appellativa quaedam; e. c. कीर्वि *dispergens* a कॄ, जागृवि *vigilans,* tanquam substantivum masc. *ignis,* a जागृ.

स्नु secundum regulas 101[a]. et 94[a]. saepe mutatur in ष्णु formatque adjectiva et nomina agentis. Radix क्षि Gunam, मृज् Vriddhim assumit, unde क्षेष्णु *caducus* et मार्ष्णु *purgans.* ऐ finale in आ transit, e. c. म्लास्नु *evanescens* a म्लै. Reliquae vocales non mutantur, e. c. स्थास्नु *stabilis,* जिष्णु *vincens, victor,* भूष्णु *qui est.* Sed si suffixum radici insertâ vocali इ additur, vocalis radicis *Gunâ* afficitur, e. c. भविष्णु *qui est,* रोचिष्णु *fulgens.* Formae causales syllabam अय् retinent, e. c. कारयिष्णु qui faciendum curat. Femininum a masculino non distinguitur nisi declinatione (v. *r.* 244.).

646. Suffixis *Unâdibus* annumerantur etiam haec: अङ्ग*), अद्, अनि, अन्, अन्थ, आल, इवी, उत्, ऊर, एन्, ओल, ख, ड, ढ, व innumeraque alia. Plurima tamen vocabula per *Unâdia* explicata aut minus perspicuae aut plane obscurae sunt originis, et ratio quâ Grammatici Indici ea derivant non raro est prorsus inepta et absurda; ita जानु *genu* descendere dicitur a जन् *generare,* नेम *dimidius* a नी *ducere,* यत् (य) *qui* a यज् *adorare,* किम् (क, कि) *quis* a कै *sonare.*

---

*) Huc referuntur तरङ्ग *m. unda* a तॄ, पतङ्ग *m. avis* a पत् similiaque, quae mihi composita esse videntur e ग *iens* (a गा suffixo अ v. p. 257.) et antecedente Accusativo, ad analogiam vocis उरङ्ग (p. 257.). पतङ्ग igitur proprie significat *volando iens,* id quod dilucide ex eo apparet, quod eadem significatio etiam exprimitur per पतङ्गम a गम् *ire,* et पतग sine Accusativi signo. — Per suffixum अद् ortum esse dicitur शरद् *f. autumnus* vel *annuum pluviosum tempus,* quod tamen apte e शर *aqua* (v. Wils.) et दा vel द *dans,* anomale suppressâ vocali finali (cf. *r.* 371. et 608.) explicari potest.

NOMINA DERIVATIVA.

647. Nomina propria sine ullo adjuncto suffixo derivativo, per solum pluralem suum progeniem significare possunt ejus, quem nomen designat; itemque per nudum suum thema, ubi hoc in initio compositorum pluralem significat; e. c. वसिष्ठास्, भृगवस्, अत्रयस्, *descendentes* vel *filii Vasischthi, Bhriguis, Atris;* कुरुश्रेष्ठ *optimus Kuruidarum.* Reliquae omnes derivativae voces suffixis formantur *Taddhita* (तद्धित) dictis, nunquam vero internâ solâ Primitivi mutatione, quamquam e.c. शैव per *Vriddhim* tantum e शिव ortum esse videtur (cf. *r.* 650.).

648. Multa suffixa *Taddhita,* imprimis omnia quibus Patronymica formantur, *Vriddhim* primae in voce primitivâ vocalis requirunt, licet haec vox composita sit; e. c. सौहृद *n. amicitia* a सुहृद् *amicus* (e सु *bonus* et हृद् *cor*). Interdum, ubi vocabulum ex quo derivativum formatur, est compositum, utrumque conjunctum elementum *Vriddhim* assumit; e. c. सौहार्द *n. amicitia,* सौभाग्य *n. felicitas* a सुभग *felix.*

649. Praefixa वि, नि et सु in derivatis formant वै, नै et सौ, quanquam in voce primitiva propter sequentem vocalem in व्य्, न्य् et स्व् sint transformatae; semivocalis autem nihilo minus retinetur. Quare e.c. वैयास venit a व्यास e वि + आस, नैयायिक a न्याय e नि + आय, सौवश्व a स्वश्व e सु + अश्व. In quibusdam etiam anomalis Derivativis inveniuntur ऐय् et औव् ex इ et उ formata, quanquam hae vocales non ad praefixa नि, वि et सु pertineant; e.c. शौवापद a श्वापद *quaedam bestia rapax,* नैयग्रोध a न्यग्रोध *ficus.* E contrario autem a ज्योतिस् descendit ज्यौतिषिक non जैयोतिषिक, a द्वीप venit द्वैप non दैद्विप etc.; ex quo apparet Wilkinsium, p. 493., regulam nimis latam proposuisse.

650. Vocales finales vocum primitivarum ante vocales vel य् semivocalem suffixorum *Taddhitorum* has sequuntur leges: 1) अ, आ, इ, ई abjiciuntur; 2) उ et ऊ *Guná* augentur, ita ut ओ quod iis substituitur, ex euphoniae lege 55. transeat in अव्; 3) ओ, औ et ऋ ex generalibus euphoniae legibus convertuntur in अव्, आव्, र्; in quibusdam tamen Derivatis ऋ abjicitur. E. e. शिव cum अ format शैव; cum इ, शैवि; cum य, शैव्य. मनु cum अ format मानव; cum य, मानव्य; गो cum य format गव्य; नौ cum य format नाव्य; भ्रातृ cum ईय format भ्रात्रीय; पितृष्वसृ cum एय format पैतृष्वसेय.

651. न् finale ante vocales et य् semivocalem suffixorum *Taddhitorum* abjicitur una cum penultima vocali; ante consonantes solum न् supprimitur; in quibusdam tamen Derivatis, न् vocis primitivae una cum praecedente vocali ante vocales vel य् litteram retinetur. E. c. यौवन *juventus* a युवन् *juvenis* cum अ; हस्तिन् cum एयक format हास्तेयक; अश्मन् cum र format आश्मर.

652. Jam sequuntur ordine alphabetico omnia suffixa *Taddhita*, quorum nonnulla sunt vocabula quae separatim quoque inveniuntur, atque hanc ob causam jure a suffixis excludi possint. Nonnulla, uti अ, इन्, य, आलु, etiam ad voces primitivas e radicibus formandas usurpantur, ubi eadem *Kridantorum* suffixis annumerantur (vid. r. 645.). Magna *Taddhitorum* pars primitivarum vocum significationes tam varium in modum commutare potest — praesertim in adjectivis aut appellativis formandis — ut frustra leges quaesiveris generales, quibus Derivatorum ad Primitiva sua rationem definire possis. Usitatissima snffixa *Taddhita* sunt haec: अ, इन्, इष्ठ, ईयस्, तम, तर, तस्, ता, त्व, मत्, य, वत् et शस्. Ea quibus asterisci signum est praepositum, *Vriddhim* requirunt:

*अ	*अकि *a.*	अस् *c.*	आट *d.*	*आयनि *f.*	आल *d.*
*अक	अय *b.*	आ	*आयन *e.*	*आयन्य *f.*	आलु *g.*

आहि	ईर	कि *p.*	तर	दानीम्	ल
*इ	ईल	किन्	तराम्	देशीय	व
*इक	*उक *i.*	कीय	तस्	देश्य	वत्
*इका	उर	कुण *q.*	ता	द्वयस	वल
इत	ऊ	कृत्वस् *r.*	ति *v.*	ध *z.*	विन्
इन्	उल *k.*	गोयुग	तिथ	धा *z.*	व्य
इन	एत्य *l.*	गोष्ठ	तीय *w.*	ध्य *z.*	श
*इनेय	एद्युस्	चण *s.*	तैल	म	शस्
इभ	एन्य	चन	त्न	मत्	शाकट
इम	*एय	चर	त्य	मय	शाकिन
इमन्	*एयक	चित् *t.*	त्यका *x.*	मात्र	षड्व
इय	एयिन् *m.*	चुञ्चु *s.*	त्र	मिन्	स् *r.*
इर	*एर *n.*	जातीय	त्रा	मीय	स
इल	*ऐर *n.*	जाह	त्व	य	सात्
इष्ठ	*क	ठ *u.*	थ	या	स्तात्
*ईक *h.*	कट	*तन	था	र	स्य
ईन	कड्या	तम	थ्य *y.*	रूप	
ईय	कल्प	तमाम्	दघ्न	र्हि	
ईयस्	*काम्य *o.*	तय	दा	ल	

a) Rarissimum est formatque Patronymica, e. c. वैयासकि *filius, prognatus Vyâsi* (*r.* 650.).

b) Hoc suffixo Grammatici deducunt द्वय *n. par*, cujus Femin. द्वयी ejusdem est significationis, a द्वि *duo.*

c) Hoc suffixo anomale formari dicuntur पुरस् *ante* e पूर्व *anterior* et अधस् *infra* ex अधर *inferior.*

d) आट atque आल formant वाचाट ac वाचाल *loquax* e वाच् *loquela.*

e) Format nonnulla Patronymica, e. c. नाडायन *Nadi proles;* item रामायण (*r.* 94[a].), carmen Râmum celebrans.

f) Format Patronymica.

g) E substantivis nonnulla format adjectiva, e. c. दयालु *misericors* e दया *misericordia,* निद्रालु *somnolentus* e निद्रा *somnus.*

h) Rarissimum est et format e.c. sine ulla significationis mutatione द्वैतीयीक *secundus* e द्वितीय.

i) Rarissimum est formatque e.c. कार्मुक *habilis*, tanquam Subst. neut. *arcus*, e कर्मन् *factum* (v. *r.* 651.).

k) Rarissimum est ac format e.c. वातूल *m. turbo*, tanquam Adj. *rheumaticus* e वात *ventus*.

l) Hoc suffixo explicant दूरेत्य *remotus* e दूर *remotus*, et nonnulla alia adjectiva. Fortasse दूरेत्य constat e दूर et इत्य, ab इ *ire*.

m) Nonnullis nominibus propriis adjungitur.

n) एर atque ऐर nonnulla formant Patronymica.

o) Perraro invenitur et Patronymica tantum format.

p) Nonnulla format Patronymica.

q) Rarissimum est et monente FORSTERO primitivi significationem non commutat.

r) V. *r.* 261.

s) चण et चञ्चु sunt adjectiva (quae significant famosum), quae in compositis tantum inveniuntur atque hac de causa suffixis annumerantur; e.c. विद्याचण, विद्याचञ्चु *scientiâ famosus* (v. WILSON).

t) V. *r.* 284.

u) Format कर्मठ *diligenter perficiens* e कर्मन् *factum*.

v) V. *r.* 286.

w) Format द्वितीय *secundus* ac तृतीय *tertius*.

x) Hoc suffixo formari dicuntur अधित्यका atque उपत्यका e praepositionibus अधि et उप. Ut mihi videtur ex his praepositionibus primo orta sunt obsoleta Adjectiva अधित्य, उपत्य, per suffixum त्य (q. v.), unde, suffixo क vel अक in fem. addito, descenderint अधित्यका, उपत्यका.

y) Format nonnulla adjectiva usu non frequentia; e.c. अविष्य *ovi conveniens* ab अवि *ovis*.

z) V. *r.* 262.

*अ format 1) Patronymica, quorum feminina in ई desinunt, e.c. वासिष्ठ, दाक्ष, भार्गव, वैवस्वत e वसिष्ठ, दक्ष, भृगु, विवस्वत् (v. *r.* 83[a]).); द्रौपदी *filia Drupadi* a द्रुपद; दौहित्र *filius filiae*, दौहित्री *filia filiae*, a दुहितृ. Proxime cum Patronymicis conveniunt denominationes fructuum a nominibus arborum ac

r. 308.) sequitur analogiam; in prima et quarta Conjugatione valent *rr.* 304 et 305. Radices in *r.* 324. commemoratae formant igitur: बोधत् a बुध्, मुच्यत् a मुच्, तुदत् a तुद्, चोरयत् a चुर्, द्विषत् a द्विष्, बिभ्रत् a भृ, युञ्जत् a युज्, चिन्वत् a चि, (शक्नुवत् a शक्र ad *r.* 381.), तन्वत् a तन्, युनत् a यु.

594. Omnes anomaliae, quibus prima Conjugatio in temporibus specialibus, et reliquae Conjugationes in formis p u r i s horum temporum sunt obnoxiae, ad participium praesentis etiam extenduntur, tum in *Par.* quam in *Âtmanêpado.* Imprimis cum tertia persona pluralis, quia terminatio ejus, pariter ut अत् et आन suffixa, a vocali incipit, utriusque Vocis part. praes. semper convenit, ita ut peculiares hujus personae anomaliae etiam ante अत् et आन suffixa locum habeant. Exempla part. *Par.* sint: तिष्ठत् a स्था (*r.* 326.), विध्यत् a व्यध् (*r.* 331.), उशत् a वश् (*r.* 361.), सत् ab अस् (*r.* 365.), घ्नत् ab हन् (*r.* 357.). Declinatur hoc part. ad *r.* 218. et 219. — Radix शास् ut videtur propter initialem et finalem sibilantem, radicum reduplicatarum sequitur analogiam (cf. *r.* 363.), unde format in Nominativo masc. trium numerorum शासत्, शासतौ, शासतस्; quod conferatur cum जाग्रत्, जाग्रतौ, जाग्रतस्, बिभ्रत्, बिभ्रतौ, बिभ्रतस् (cf. *r.* 307.).

595. Femininum, addito feminini charactere ई, format अती sive अन्ती. Radices primae Conjugationis multo frequentins अन्ती ponunt quam अती, et trium reliquarum Conjugationum usitatior forma est अती. In radicibus reduplicatis et शास्, nasalis nunquam admittitur, unde जाग्रती, बिभ्रती, शासती; non जाग्रन्ती etc. Exempla formae minus usitatae sunt: विचरती *ambulans* a चर् Cl. 1. (Nalus XII. 10.), वसती *habitans* a वस् Cl. 1. (N. XIII. 66.), धारयती *faciens ut sustineatur* a धृ caus. (N. XVI. 18.), रुदन्ती *flens* a रुद् Cl. 2. (N. XVI. 33. et XVII. 12.), contra रुदती N. XI. 13, 15. multisque aliis locis; कुर्वन्ती *faciens* a कृ Cl. 8. v. *r.* 383. (N. XVI. 11.).

596. Futurum secundum *Parasmaipadi* suffixum अत् syllabae स्य adjungit, ratione habita regulae 304., ex qua स्य cum अत् format स्यत्, quod secundum *r.* 218. declinatur. Femininum est स्यन्ती. E. c. भेष्यत्, भेष्यन्ती a भी; भोत्स्यत्, भोत्स्यन्ती a बुध् (*r.* 484.); चोरयिष्यत्, चोरयिष्यन्ती a चुर् (*r.* 485.).

597. Passivum etiam participium praes. formare potest suffixo अत्, adjuncto syllabae य, ratione habita *r.* 304.; desinit igitur hoc passivum participium in यत्, quod secundum *r.* 218. declinatur et in feminino अन्ती format. Exempla sunt: धूयत् *quod agitatur (coumotus)**) a धु secundum *r.* 495. vel a radice synonyma धू; दृश्यत् *quod cernitur* a दृश्**); चीयत् *quod colligitur* a चि secundum *r.* 495.; कृष्यत् *quod trahitur,* in Mah. Drona-Parvan: गृहीतम् अतिवीर्येण पञ्चास्येने 'व भोगिना । तथा 'पि परिकृष्यन्तम् दृष्ट्वा etc. *hunc sicut a praevalido, quinque oribus praedito, serpente, captum sic etiam circumtractum postquam viderat;* आस्यत् *quod sedetur,* in Mah. episodio रामोपाख्यानम्, ubi legitur: राक्षसीभिर् उपास्यन्तीं समासीनां शिलातले । रावणः कामबाणार्तो ददर्शो 'पससर्प च ॥ «*a Râcschasidibus circumsessam, sedentem in saxi tergo Ravanus, Cami sagittâ vexatus, vidit eamque accessit*» (Nilacanthus explicat उपास्यन्तीम् voce उपास्यमानाम्); विशीर्यत् *quod frangitur, defringitur* (v. pag. 23. sl. 16. *a.*).

Annot. Participium passivum in यत् desinens minus est usitatum et grammaticos prorsus fugisse videtur. Primum quum ederem Mahâbhârati episodia «*Ardschuni iter ad Indri coelum*» etc. (Berolini 1824 apud Logier) illud deprehendi, atque in annotatione ad *Sundum et Upasundum* II. 19. id commemoravi. Quod ibi dixi, deinde multis aliis exemplis satis comprobatum reperi. Ceterum conferatur *r.* 493.

598. मान, आन. Part. praes. *Atm.* suffixis मान vel आन formatur (fem. माना, आना); ante quae characteres decem classium reti-

---

*) Indr. II. 17.

**) Sund. II. 10.

nentur et in posterioribus tribus Conjugationibus formarum purarum, praesertim tertiae pers. pluralis, ratio observatur (cf. *r.* 593.). Classes prima, quarta et sexta suffixo मान utuntur, decima et ei respondens Causale saepius आन assumunt quam मान*). Tres posteriores Conjugationes nonnisi suffixum आन admittunt, quod corruptione ex मान ortum esse videtur. Radices decem classium in *r.* 324. memoratae formant igitur: बोधमान a बुध्, मुच्यमान a मुच्, तुदमान a तुद्, चोरयाण rarius चोरयमाण a चुर्; द्विषाण a द्विष्, बिभ्राण a भृ (*r.* 94[a]), युञ्जान a युज्, चिन्वान a चि, तन्वान a तन्, युनान (*r.* 306.) a यु. Anomalorum exempla sint (v. *r.* 594.) शीयमान a शद् (*r.* 327.), शयान a शी (*r.* 348.), कुर्वाण a कृ (*r.* 383. et 94[a]).

599. Radix आस् *sedere* format आसीन pro आसान.

600. Participium praes. Pass. suffixum मान addit passivo characteri य cum radice conjuncto secundum *r.* 492. sqq.; e. c. दीयमान a दा (*r.* 494.), स्मर्यमाण a स्मृ (*r.* 495.), क्रियमाण a कृ. Cf. *r.* 597.

601. Part. futuri secundi *Atm.* suffixum मान adjungit syllabae characteristicae स्य; e. c. छेत्स्यमान a छिद्, शेष्यमान a शि, तनिष्यमान a तन् (v. *r.* 483. sqq.).

602. Praeteritum reduplic. *Atm.* suffixum आन addit radici, quae ante hoc suffixum easdem vel regulares vel anomalas subit mutationes atque ante vocales terminationum personalium hujus temporis in *Atmanêpado* Indicativi; conferantur e. c. चिच्यान, तुतुदान, तेनान cum चिच्ये etc. (*r.* 442.); जघ्नान cum जघ्ने ab हन् (*r.* 453.); ईजान cum ईजे a यज् (*r.* 456[a]). Part. pass. hoc in tempore ab *Atm.* nihil differt, sed nescio, an unquam occurrat.

603. वस्. Hoc suffixo formatur part. praet. redupl. *Parasmaipadi*

---

*) Wilkinsius classis decimae sic recedentis a tribus reliquis primae conjugationis mentionem non facit.

et radicibus, quae in duali et plurali hujus temporis unam tantum continent syllabam, intermediâ vocali इ adjungitur; ceterum radix ante hoc suffixum easdem subit et regulares et anomalas mutationes atque ante personarum terminationes *graves;* e.c. चिचित्वस्, ततृदस्, तेनिवस् (*r.* 442.); ईषिवस् ab इष् (*r.* 432.), ऊशिवस् a वश् (*r.* 455.); ददिवस् a दा (*r.* 438a.), जगिवस् a गै (*r.* 438. *b.*). Declinatur hoc suffixum secundum *r.* 235 - 238., et femininum e debilissimo themate format उषी, ante quod intermedia vocalis इ abjicitur (cf. *r.* 236.); e.c. तेनुषी a तेनिवस् (v. *r.* 236.), चिच्युषी a चिच्यिवस् (v. *r.* 237.), ततृदुषी a ततृदस्.

604. Radices विश् et विद् quanquam in duali et plurali Indicativi non monosyllabae sint, tamen intermediam vocalem इ assumere possunt, unde विविशिवस्, विविदिवस् sive विविश्वस्, विविद्वस्. — Radices मिह्, सह् et दाश् anomalas formas efficiunt has: मीढ्वस्, साढ्वस्, दाश्वस्. Verba derivativa et radices in *r.* 459. descriptae participium Praeteriti redupl. utriusque Vocis circumscribunt, ratione habita *r.* 458.; e. c. *Par.* चोरयामासिवस् sive बभूवस् sive चकृवस्, *Atm.* चोरयाञ्चक्राण vel चोरयामासिवस् vel चोरयाम्बभूवस्.

605. Radix विद् *scire,* reduplicatione omissa, cum वस् conjuncta format विद्वस्, cum significatione part. praes. (cf. *r.* 356.).

606. त, न. Suffixum त (fem. ता), sive intermediâ vocali इ sive proxime cum radice conjunctum, format part. praet. pass., et significatione et forma respondens Latinorum participio in *tus* desinenti (comparentur Nominativi तस्, ता, तम् cum *tus, ta, tum*). In verbis neutris hoc participium vulgo praeteritum tempus Activi significat, respondens tum participio in *tus* desinenti verborum deponentium; e.c. आगत (a गम् cum आ) *aggressus,* etsi etiam passive usurpari potest; e.c. आगतं त्वया *ventum est a te.* In nonnullis verbis neutris hoc participium praesentis habet significationem e. c. भीत *timens*

a भी, ह्रीत *pudibundus* ab ह्री, स्थित *stans* a स्था *stare*, शक्त *potens* a radice शक्, quae etiam शकित format, quod participium rarius et nonnisi significatione passiva occurrit (e.c. Hidimb. IV. 33.). Exempla usitatioris significationis sunt: चित *collectus* a चि, पीत *bibitus* a पी, श्रुत *auditus* a श्रु, धूत *agitatus* a धू, हृत *captus* a हृ, त्यक्त *relictus* a त्यज् (*r.* 89.), लब्ध *impetratus* a लभ् (*r.* 83. *d*[a]).), पतित *lapsus* a पत्, विदित *scitus* a विद्, श्लिषित *qui amplexur tenetur* a श्लिष्, दृहित *cretus* a दृह्.

607. Suffixum न (fem. ना) in iis tantummodo radicibus loco suffixi त ponitur, quae in vocales vel in ग्, च्, ज्, द्, य्, र् et व् desinunt, et semper proxime cum radice conjungitur. ज् finale in ग् transit et द् in न्; e.c. विग्न *perturbatus* a विज्, रुग्ण *fractus* (vid. *r.* 94[a]).) a रुज्, भिन्न *perforatus* a भिद्. Conditionibus in regula 94[a]). dictis pro न्न ponitur ण्ण (cf. annot. ad *r.* 94[b]).); e.c. विषण्ण *perturbatus, afflictus* pro विषन्न a सद् (v. *r.* 80.). Vocales इ et उ in fine radicum et ante र् semivocalem producuntur; e.c. क्षीण *perditus* a क्षि, गूर्ण *adnisus* a गुर्.

SPECIALES REGULAE.

608. Radices in आ desinentes intermediam vocalem इ non admittunt, sed nonnullae earum, et quidem स्था, मा, धा et श्रा, vocalem suam ipsam in leviorem इ corripiunt (cf. *r.* 308. *a.* et annot. ad *r.* 539.); e.c. ख्यात *dictus* a ख्या, स्थित*) *stans* a स्था. Radix दा (cl. 3.) servatâ, contra regulam, specialium temporum repetitâ syllabâ, et abjectâ vocali आ, format दत्त (cf. *r.* 371.). In quibusdam tamen compositis

*) Contra id quod in germanica editione supposui, vocalem इ formarum स्थित, मित, हित, श्रित (a श्रा) nunc pro radicali habeo, quia स्था et मा etiam ante suffixum ति (v. *r.* 652.), quod semper auxiliari इ caret, in स्थि et मि corripiuntur (स्थिति, सम्मिति). Radices धा et श्रा cum suffixo ति conjuncta non inveniuntur.

formis haec radix syllabam reduplicativam simul cum आ finali abjicit, unde e. c. आत्त (आ-त्त pro आ-दत्त ex आ-दात) *sumptus*, व्यात्त (e वि + आ + त्त) *diductus*, प्रत्त (ex प्र + त्त) *datus* (v. ann. ad Nal. XII. 20. ed. 2.). Radix धा formast हित, ita ut radicalis ध् litterae nonnisi aspiratio sit servata; हा *relinquere* suffixo न utitur, ante quod आ finale in leviorem ई sonum convertitur, unde हीन. — Quae in ओ desinunt radices partim hanc diphthongum in आ partim in इ convertunt; e. c. दात, छित *abscissus* a दो, छो.

609. Quae in ॠ desinunt radices plerumque suffixum न assumunt, mutatâ vocali ॠ in ईर् et post labiales in ऊर्; e. c. स्तीर्ण *expansus* (v. r. 94ᵃ⁾.) a स्तॄ, दीर्ण *laceratus* a दॄ, पूर्ण *impletus* a पॄ.

610. Radices धे et मे diphthongum suam in ई corripiunt, unde धीत, मीत. Reliquae radices in ए desinentes anomala formant haec: दत्त a दे, उत a वे, वीत a व्ये, हूत a ह्वे (cf. r. 449 - 452.).

611. ऐ finale plerumque in आ commutatur, cui si duae antecedunt consonantes, paucis radicibus exceptis, suffixum न additur; e. c. दात a दै, पात a पै, म्लान a म्लै, श्राण a श्रै.

612. गै *canere* et सै *interire, perire* formant गीत, सीत. Ex श्यै radice, quae *ire* significare dicitur, explicantur participia शीत *frigidus*, शीन *congelatus* et forma regularis श्यान *lentus*. क्षै *interire* format क्षाम pro क्षाण, et a radice स्त्यै *circumvelare* descendit स्तीत vel स्त्याम vel ad regulam स्त्यान.

613. Quae in consonantem desinunt radices, quod attinet ad intermedium इ, maximam partem regulas 467. et 468. sequuntur, quarum radicum nonnullae ad arbitrium utrâque utuntur formâ. Anomaliae, quas radices in aliis formis puris subeunt, maximam partem etiam ad hoc participium extenduntur; e. c. उशित a वश् *), इष्ट a यज् **), विद्ध a व्यध् ***), शिष्ट a शास् †).

---

*) v. r. 361. et 455. **) v. r. 456. ***) v. r. 331. †) v. r. 363.

614. Multae radices, quarum consonanti finali उ vocalis antecedit, si vocalem intermediam इ adjungunt, ad arbitrium *Gunum* assumere possunt, e.c. तोपित sive तुपित a तुप् *laedere, occidere.* Plures radices, quarum consonanti finali ऋ vocalis antecedit, si intermediam vocalem इ adjungunt, *Gunam* assumant necesse est; e.c. मर्षित a मृष् *tolerare.*

615. Quae desinunt radices in duas conjunctas consonantes, quarum prior nasalis est, ante suffixa त et न proxime adjuncta nasalem ejiciunt; e.c. बद्ध *ligatus* a बन्ध्, इद्ध *incensus* ab इन्ध्, भग्न *fractus* a भञ्ज्. E duabus consonantibus, quarum prior non est nasalis, posterior abjicitur; e.c. तूर्ण *occisus* a तुर्व् (v. *r.* 607.). Attamen चक्ष् *dicere* format चष्ट (cf. *r.* 362.). Ante intermediam vocalem इ utraque consonans finalis retinetur; nonnullae tamen radices penultimam nasalem ejiciunt, e.c. मथित *commotus* a मन्थ्.

616. म् finale ante त abjicitur, e.c. गत a गम् *ire.* Plures tamen radices in अम् exeuntes vocalem अ producunt et म् litteram sicut in aliis formis auctis in न् convertunt (v. *r.* 95.); e.c. कान्त *amatus* a कम्. — न् finale ex euphoniae lege 92. abjicitur; e.c. हत *occisus* a हन्. — जन् *generare* et खन *fodere* vocalem अ producunt, unde जात, खात.

617. य् finale ante त vel न abjicitur; e.c. स्फात sive anomale स्फीत *cretus, turgidus* a स्फाय् *tumescere.* प्याय् *crescere* format पीन, पीत et प्यान. क्ष्माय् *concutere* format क्ष्मीत. — Etiam ण् finale abjicitur, ubi त proxime ei adjungendum est, id quod rarissime accidit; e.c. क्षित *offensus* a क्षिण्.

618. Radix सह् *tolerare* anomalum format सोढ (cf. *r.* 468. *n.* 14.).

619. Radices decimae classis et Causalia intermediam vocalem इ recipiunt, syllabam अय् abjiciunt, vocalis incrementum autem retinent;

e.c. चोरित *surreptus* a चुर्, वेदित *certior factus* a विद्, श्रावित *factus, ut audiat* a श्रु.

620. Sequuntur jam ordine alphabetico usitatissima participia, quae vel suffixa त aut न proxime radici adjungunt, vel quandam anomaliam exhibent. Adscripti iis sunt regularum numeri, quarum praeter *r.* 613. ratio est habita:

इष्ट a यज् 456, 89 b).
उक्त a वच् 455, 86.
ऊढ a वह् 455, 102. *a*)
उत a वे 454.
उदित a वद् 455.
उप्त a वप् 455.
उशित a वश् 364.
उषित vel उष्ट a वस् 455, 481.
कान्त a कम् 616.
खात pro खत a खन् 92, 616.
गत a गम् 616.
गाढ a गाह् 102. *a*)
गीत a गै 612.
गूढ a गुह् 102. *a*)
गृहीत a ग्रह् 386, 486.
ग्लान a ग्लै 614.
छन्न a छद् 607.
छिन्न a छिद् 607.
जात pro जत a जन् 92, 616.
जीन a ज्या 386, 608.
जीर्ण a जॄ 609.
दत्त a दा 608.
दृढ a दृह् 102. *a*)

द्यून a दिव्.
नद्ध a नह् 468 *n.* 14.
नुन्न a नुद् 607.
पन्न a पद् 607.
पूर्ण a पॄ 609.
पृष्ट a प्रछ् 336, 87.
बद्ध a बन्ध् 615.
भग्न a भञ्ज् 615.
भिन्न a भिद् 607.
भृष्ट a भ्रस्ज् 336 et 89. *b*.
भ्रष्ट a भ्रंश् 615, 98.
मग्न a मस्ज् 110 b).
मूर्ण a मॄ 609.
मृष्ट a मृज् 89. *b*.
यत a यम् 616.
रुग्ण a रुज् 94 a).
रूढ a रुह् 102.
लग्न a लस्ज् 110 b).
लून a लू.
विद्ध a व्यध् 331.
विन्न a विद् (cl. 6.) 607.
वीत a व्ये 610.
वृक्ण a व्रश्च् 615, 454.

श्रयित a श्री 348.
शीर्ण a शॄ 609.
श्रान्त a श्रम् 616.
सक्त a सञ्ज् 615.
सन्न a सद् 607.
सुप्त pro स्वप्त a स्वप् 455. *b.*
सोढ a सह् 618.
स्निग्ध a स्निह् 103. *a.* not.
स्थित a स्था 608.
हित a धा 608.
हीन a हा 608.
हूत a ह्वे 610.

621. तवत्. Hoc suffixo composito formatur part. praet. act. e. c. कृतवत् *qui fecit* a कृ. Derivatae sunt hujusmodi voces a part. pass. in त, adhibito suffixo वत्, quod *habentem, praeditum* indicat (v. *r.* 652.); itaque कृतवत् a कृत *factus* proprie significat *factum habens* i. e. *qui fecit.* Omnes igitur anomaliae participii in त desinentis, etiam ad hoc derivativum participium extenduntur, et ubi illud secundum *r.* 607. न suffixo formatur, part. praet. act. exit in नवत्. E. c. इष्टवत् *qui sacrificavit* a यज्, भग्नवत्*) *qui fregit* a भञ्ज् (v. *r.* 615.). Declinatur hoc participium secundum *r.* 218. et femininum ई adjungit, itaque कृतवती.

622. तव्य, अनीय, य. Haec suffixa, quorum feminina sunt तव्या, अनीया, या, formant participia fut. pass., respondentia Romanorum participio in *dus,* e radicibus et transitivis et intransitivis; e. c. त्यक्तव्य, त्यजनीय, त्यज्य *relinquendus,* गन्तव्य, गमनीय, गम्य *eundus,* भवितव्य, भवनीय, भव्य *esse debens, futurus.*

623. Suffixum तव्य vel proxime cum radice vel intermediâ इ vocali conjungitur, ratione habita *r.* 462. sqq. Vocalis radicalis *Gunâ* augetur; e. c. स्तवितव्य sive स्तोतव्य a स्तु (v. *r.* 464.), हर्तव्य a हृ (v. *r.* 465.), नद्धव्य a नह् (v. *r.* 468. *n.* 14.). — जागृ *vigilare* contra regulam format जागर्तव्य pro जागरितव्य (Hidimbi caedes I. 51.).

624. Suffixum अनीय semper proxime cum radice conjungitur,

*) Participia in नवत् desinentia raro reperiuntur, exemplum est छिन्नवत् in Hitopadêso.

euphoniae legum ratione habita. Consonantes finales secundum *r.* 83. nullam subeunt mutationem; vocalis radicalis *Gunam* assumit, paucissimis tantum radicibus exceptis. E.c. भवनीय a भू, कारणीय (*r.* 94*a*.) a कृ; बोधनीय a बुध्, द्वेषणीय a द्विष्, भरणीय a भृ. — Diphthongi ए, ऐ, ओ in fine radicis in आ transeunt, e.c. धानीय a धे, गानीय a गै, सानीय a सो.

625. Suffixum य non solum part. fut. pass., sed etiam substantiva et adjectiva varii generis format.

626. Quae in vocales desinunt radices, has sequuntur leges: 1) आ et diphthongi ए, ऐ et ओ in ए transeunt,*) e.c. देय a दा, दे, दै et दो. 2) इ, ई, उ et ऊ *Gunâ* augentur, ओ vero ante suffixum य, quasi littera य् esset vocalis (cf. *r.* 650.), in अव् transit; e.c. चेय a चि, नेय a नी, स्तव्य a स्तु, भव्य a भू. Emphasis causa उ et ऊ vocales etiam *Vriddhim* recipiunt, cujus औ vero ante suffixum य in आव् transit; e.c. स्ताव्य *necessario celebrandus*, भाव्य *necessario esse debens*. 3) ऋ et ॠ vocales *Vriddhi* utuntur, e.c. कार्य a कृ, तार्य a तॄ; कृ *facere* etiam कृत्य format (cf. *r.* 635.).

627. Vocales radicum in consonantem desinentium has sequuntur leges: 1) Penultimum अ *Vriddhi* augetur e.c. तान्य a तन्, त्याज्य a त्यज्. Excipitur अ ante labiales positum una cum radicibus शक् *posse*, वध् *interficere* nonnullisque aliis; e.c. तप्य a तप्, नम्य a नम्, शक्य a शक्, वध्य a वध्. Attamen वप्, त्रप् nonnullaeque aliae radices in labialem desinentes *Vriddhim* adhibent, itaque वाप्य, त्राप्य. Radix खन् *fodere* anomale format खेय. 2) Penultimum इ et उ in plerisque radicibus *Gunam* assumit, e.c. क्षेप्य a क्षिप्. 3) ऋ plerumque nullam subit mutationem, e.c. दृश्य a दृश्; in paucis tamen radicibus penultima ऋ vocalis *Gunâ* augetur, e.c. अर्च्य a ऋच्.

---

*) I.e. Finales diphthongi in hac sicut multis in aliis formis, analogiam sequuntur आ vocalis, quae vi euphonica sequentis य् in ए mutatur.

628. च् interdum ante suffixum य् in क्, et simili modo ज् in gutturalem respondentem ग् transit, quae mutatio tamen fere solum in Substantivis locum habet, quae maximam partem sunt generis neutrius; e. c. वाक्य *n. sermo* a वच् *dicere*, भोग्य *n. frumentum*, *opes*, भोग्या *f. meretrix* a भुज् *edere*, *frui;* ab eadem radice descendit etiam भोज्य *n. cibus.*

629. Voces in य desinentes, quae non part. fut. pass. significant, a praecedentibus regulis varium in modum recedunt, e. c. विनीय *mores* a नी, क्षय्य *caducus* a क्षि, क्रय्य *quod venale est* a क्री, ad analogiam formarum स्तव्य, भव्य (v. *r.* 626. *n.* 2.), चित्य *rogus* a चि *colligere* (cf. *r.* 635.).

630. त्वा. त्वा proprie Instrumentalis est suffixi feminini तु, cujus Accusativus तुम् cum Romanorum Accusativo supini conveniens, Infinitivum exprimit. Per Instrumentalem त्वा autem Gerundium formatur, quod notiones *post, per* et *cum* indicat, quippe quae huic casui respondeant*). Usitatissime hoc Gerundium notionem praepositionis *post* indicat, quam ob rem plerumque per participium Praeteriti reddi potest, nam e. c. एतावद् उक्त्वा *post hoc dicendi actionem* idem valet atque *hoc fatus.* Quare ii, qui ante me de hac re scripserunt, Gerundium illud perperum tanquam Participium Praeteriti, sive indeclinabile sive adverbiale proposuerunt. Ubi notionem *cum* Gerundium in त्वा desinens indicat, id apte per participium Praesentis verti possit; ubi consuetam Instrumentalis rationem *per* designat, Latini Gerundii Ablativus ei respondet. Notetur etiam hujus formae constructio cum अलम् et खलु, quâ, quia Instrumentalem

---

*) Hanc sententiam primo expositam in libro meo « *Conjugations-System* etc. (Francofurti ad M. 1816.) » acutâ hujus rei investigatione confirmavit Guilelmus ab Humboldt in Schlegelii Bibliothecae Indicae Tom. I. pag. 432. sqq. Tom. II. pag. 71-134.

illā postulant, natura et propria significatio Gerundii nostri dilucide demonstratur.

ANNOT. Pâninis (VII. 1. 47, 48, 49.) nonnullas Vêdis proprias Gerundii hujus formas affert. Pro त्वा inveniri त्वी docet in radice स्ना similibusque (स्नात्व्यादयश्च), et scholiastes praeter स्नात्वी solum पीत्वी exemplum laudat. Corruptas esse censeo has formas, si quidem Instrumentalis significant notionem, mutatâ vocali आ graviore in leviorem ई (cf. *rr.* 308. *a.*, 370 et 425. *a.*). Sin autem Locativi inesset notio formis स्नात्वी, पीत्वी, tum a स्नातु, पीतु derivandae essent, addito Locativi suffixo, et इ producto in ई *), ceterum cum Locativo Zendico तन्वि *in corpore* convenientes, quae forma Locativorum legi magis quam Sanscritum तनौ respondet. — Ex त्वी adjectâ enclitica vel pronominali syllabâ नम्, ortum esse videtur त्वीनम्, eundem in modum, quo न in Vêdis annexum invenitur consuetis, cum Graeco τε convenientibus secundae personae plur. terminationibus थ et त, e. c. दधातन pro धत्त e दधात correpto (Pan. l. c. 45.). Ita pro इष्ट्वा a यज् invenitur इष्ट्वीनम्. Etiam य syllaba in nonnullis radicibus terminationi त्वा annexum invenitur; «क्त्वो यक्» dicit Pâninis (47), et scholiastes affert exempla गत्वाय a गम् et दत्वाय (दत्त्वाय *r.* 633.) a दा, quae Dativi prae se ferunt speciem, sicuti इष्ट्वानम् terminatione cum Accusativo convenit. Sin autem, quod equidem dubito, prioribus Dativi, posteriori Accusativi esset significatio, id quod exemplis a schol. propositis intelligi nequit, tum nihil esset commune istis formis cum nostro Gerundio, quod instrumentalis tam formâ est quam significatione. Respiciatur praeterea, non omnes Vêdorum proprias formas magis genuinas esse quam eae quibus posteriora scripta ab iis differunt; non paucae enim ibi occurunt formae manifesto corruptae, quas alia scripta Sanscrita nonnisi plenas et integras exhibent.

631. त्वा suffixum vel intermediâ vocali इ interpositâ vel ipsâ cum radice conjungitur, quod si alterum fit, *Guna* nunquam adhibetur; si vero intermedia vocalis interponitur, in plerisque radicibus ad arbitrium *Guna* et poni et omitti potest, et in radicibus quibusdam, quae ऋ habent vocalem penultimam, *Guna* ponatur necesse

*) Cf. Vêdorum Locativum सरसी pro सरसि in schol. ad Pân. VII. 1. 39.

est. E.c. लिखित्वा sive लेखित्वा a लिख् *scribere,* रुदित्वा sive रोदित्वा a रुद् *flere,* मृषित्वा sive मर्षित्वा a मृष् *tolerare,* अर्जित्वा a ऋज् *ire.*

632. Quod attinet ad vocalem intermediam aut ponendam aut omittendam, hoc Gerundium in plerisque radicibus analogiam sequitur participii in त vel न desinentis, cujus aliae mutationes et regulares et irregulares etiam ad hoc pertinent Gerundium; e.c. इष्ट्वा, इष्ट a यज्, उक्त्वा, उक्त a वच्, ऊढ्वा, ऊढ a वह्, उदित्वा, उदित a वद्, गृहीत्वा, गृहीत a ग्रह्, नद्ध्वा, नद्ध a नह्, विद्ध्वा, विद्ध a व्यध् (v. *r.* 620.), स्थित्वा, स्थित a स्था, हित्वा, हित a धा (v. *r.* 608.). — Exempla, ubi vocalis intermedia ante त्वा ponitur ante त omittitur sunt haec: जुषित्वा sive जोषित्वा, जुष्ट a जुष् *amare,* लज्जित्वा, लग्न a लज्ज् *pudore affici.* — Ubi participium suffixo न formatur, Gerundium vocali intermedia plerumque caret. Interdum Gerundium utramque admittit formam, ubi part. pass. unam tantum habet, e.c. सहित्वा sive सोढ्वा, सोढ a सह्.

633. Radices स्यन्द् et स्कन्द् contra regulam 615. nasalem suam retinent et finalem consonantem abjiciunt, unde स्यन्त्वा, स्कन्त्वा. Etiam द् simplex ante त्वा suffixum in codicibus manuscriptis hac in re non imitandis plerumque omissum est; e.c. छित्वा pro छित्त्वा a छिद्, दत्वा pro दत्त्वा a दा (v. *r.* 608.).

634. Radices decimae classis et Causalia, servatis et syllabâ characteristicâ अय् et *Gunâ*, intermediam vocalem इ assumunt; e.c. चोरयित्वा, ज्ञापयित्वा (cf. *r.* 619.).

GERUNDIUM SUFFIXO य FORMATUM.

635. Gerundium in त्वा desinens fere solum in simplicibus radicibus admittitur (cf. *r.* 638.); radices compositae (v. *r.* 653.) alio ejusdem significationis utuntur Gerundio, quod suffixo य, radici semper proxime adjuncto, formatur, et rarissime in radicibus simplicibus

invenitur. Ceterum in efficiendo isto Gerundio leges valent hae: 1) Brevibus vocalibus finalibus त् adjungitur, e.c. विजित्य a जि, प्रस्तुत्य a स्तु, विकृत्य a कृ. 2) ॠ vocalis finalis in ईर् et post labiales in ऊर् transit, e.c. अवतीर्य a तॄ, सम्पूर्य a पॄ. 3) Diphthongi finales in आ commutantur, e.c. संव्याय a व्ये, प्रगाय a गै. 4) Quae in aliam consonantem quam gutturalem desinunt radices, penultimam nasalem ejiciunt, radicibus decimae classis paucisque aliis exceptis; e.c. निबध्य a बन्ध्, संस्तभ्य a स्तम्भ्, परिभ्रश्य a भ्रंश्; sed परिशङ्क्य a शङ्क्, अवलङ्घ्य a लङ्घ्. 5) इ et उ vocales ante र् et व् semivocales producuntur, e.c. विस्फूर्य a स्फुर् (cf. *r.* 495 et 331[a]).).

636. ह्वे et सो anomala formant हूय (v. *r.* 620.), स्य (v. *r.* 330.); e.c. आहूय, व्यवस्य.

637. Nonnullae radices in अम् et अन् desinentes litteram finalem suam abjicere possunt, ita ut त् sibi adjungant ad analogiam radicum in brevem vocalem desinentium. Hae radices sunt: गम्, नम्, रम्, मन् Cl. 4. et 8., et तन् Cl. 8. E.c. आगम्य sive आगत्य, प्रणम्य sive प्रणत्य (v. *r.* 94[b]).), अवमन्य sive अवमत्य. Radix हन् solum हत्य admittit; radices जन् et खन्, si nasalem abjiciunt, vocalem suam producunt, quam ob rem त् litteram non addunt; e.c. सञ्जाय sive सञ्जन्य. Ceterum anomaliae aliarum formarum purarum etiam heic inveniuntur; e.c. प्रविध्य a व्यध् (cf. *r.* 456[a]).), व्युष्य a वस् praef. वि (cf. *r.* 455.).

638. Radices decimae classis et Causalia interdum, quanquam compositae, in Gerundio in त्वा inveniuntur; e.c. निवर्तयित्वा a Causali निवर्तय् e वृत् (Savitr. V. 60.). Ante suffixum य Causalia et decimae classis radices characterem अय् abjiciunt, vocalis radicalis incrementum autem retinent; e.c. विकार्य a कारय् e कृ. Ubi penultimum अ radicale non producitur, अय् syllabam retineri dicitur; e.c. विगणय्य a गण् (Cl. 10.) *numerare*.

Annot. Hoc Gerundium cum Participio futuri pass. in य desinente cognatum esse,

sicut Latinum Gerundium cum Part. ejusdem significationis convenit, recte monuit illustrissimus Guil. ab Humboldt in praeclara dissertatione quam supra laudavimus (*Indische Bibliothek* Vol. II. p. 130 et 131. Eodem enim suffixo in utraque lingua originem trahunt Gerundium et participium illud, quod in Sanscrito nonnisi eo differt a Gerundio, quod hoc — ut equidem puto, quia fere semper praefixâ praepositione est aggravatum — ad **p u r a m** radicis formam intendit*), quum e contrario participium, tam simplex quam compositum usitatum, formam radicis auctam prae se ferat. Eadem plane ratione Gerundium in त्वा et Infinitivus in तुम् desinens inter se differunt; Accusativus तुम्, propter levius suum pondus, radicis auctam formam sibi adjungit, quum gravior Instrumentalis त्वा terminatio puram vel correptam radicis formam praeferat (cf. *r.* 127. *b.*). — Quod ad casus instrumentalis terminationem in hoc Gerundio omissam attinet, hac in re miram cum lingua Zendica deprehendi similitudinem. Non enim admittit lingua Zendica in casu Instrumentali *n* litteram euphonicam, quam Sanscrita themata masc. et neut. in vocalem desinentia inserunt, antiquior *Vedorum* dialectus autem nonnumquam omittit (v. addenda ad *r.* 125.), ex quo apparet, non ad primaevam linguae structuram insertum illud न् pertinere. Primae declinationis, omisso न् euphonico, et अ finali non in ए mutato, Instrumentalis in आ exiret, quâ vocali contineretur tam अ finale thematis quam आ terminationis; ita ut e. c. thema निर्गम्य, *actio exeundi* formaret निर्गम्या, quod tempore quo origo hujus formae non clare sentiebatur, ad diminuendum terminationis pondus — propter vocem in initio praepositione aggravatam — facile in निर्गम्य corripi potuit.**) Cum eâ, quam primitivam putamus, Gerundii nostri formâ निर्गम्या in lingua Zendica accurate illi conveniunt Instrumentales, qui a monosyllabo in *a* desinente themate descendunt. Ita legimus in Vend. Sad. (in codice a Burnoufio edito p. 46.) *k h â q ô g' a n g h a v a s' ô c s a t h r ô a h i, tuâ potestate pollens rex es,****) ubi *k h â* venit a themate *k h a*, quod ortum est e Sanscrito स्व, id quod primus E. Burnoufius de litteris

---

*) Conferantur feminina abstracta veluti भृत्या *sustentatio* विद्या *scientia* cum Gerundiis भृत्य, विद्य.

**) Respiciatur Latinae vocalis a mutatio in leviorem *i*, in compositis vel reduplicatis formis (*contingo, tetigi*), vel in priori compositorum membro (*laniger* pro *lana-ger*).

***) Anquetilius vertit „*Vous êtes le maître d'obtenir ce que vous désirez de grand.*"

Zendicis optime meritus, observavit. Cum corruptâ vero nostri Gerundii formâ निगम्य conveniunt Zendici Instrumentales earum vocum in *a* desinentium, quae e pluribus syllabis sunt compositae, quia *â* in fine polysyllabarum vocum fere semper corripitur.*) Exempla sint *zaôsa* et *azaôsa voluntate* et *non-voluntate***) (l. c. p. 12.), quae a themate ipso non differunt, quod e Sanscrita radice जुष् *amare*, suffixo अ ortum est. Praeterea hujusmodi Instrumentales saepe occurrunt in locutionibus veluti: *ana bâresmanu*, vel *bâresmanâ paiti bĕrĕta*, quas Anquetilius reddit per «*Avec le Barsom, avec le Barsom élevé.*» Heic *ana* quod diu pro praepositione habui, quum a consueta Sanscriti Instrumentalis forma satis differat, significatione respondet nostro अनेन, et formâ cum stirpe pronominali अन ipsâ convenit. *Bĕrĕta* respondet Sanscrito भृत, ad cujus Instrumentalem भृतेन eandem habet rationem atque Gerundium निगम्य ad formam, quam ex praevalente linguae usu exspectaveris, निगम्येन.

639. अम्. Hoc suffixo cum Accusativi charactere, ut mihi videtur, adverbialiter posito (cf. r. 683. 2.) formatur Participium adverbiale; e. c. उरांसि प्रतिपेषं युध्यते «*ratione pectora conterente pugnatur*». Plerumque repetitur hoc participium adverbiale, ita ut repetitionem actionis significet; e. c. चेतं चेतम् *saepius meditabunde****). — Vocales finales *Vriddhim* assumunt, penultimae *Gunam*, exceptâ penultimâ अ vocali, quae *Vriddhi* producitur. आ finali et diphthongis finalibus, quae omnes in आ transeunt, य् euphonicum adjungitur. E. c. चायम् a चि, भावम् a भू, कारम् a कृ, पेषम् a पिष्, योजम् a युज्, नाशम् a नश्, दायम् a दा, दे, दै vel दो.

640. तुम्. तुम्, quo Infinitivus formatur, Accusativus est suffixi तु, quam ob rem cum Gerundio in त्वा desinente Infinitivus est cog-

*) In nonnullis tamen *Izeschnis* capitibus nonnisi *a* longum in fine vocum invenitur, ita ut etiam *a* quod naturâ suâ breve est, productum sit scriptum; e. c. चा pro च.

**) Anquetilius vertit «*entrainé ou non entrainé par ses passions*».

***) In antiquioribus scriptis rarissime, vel nunquam, hoc participium invenitur; ita ut in toto Mahâbhârato ne unum quidem exemplum me invenire meminerim.

natus. Ambo enim eodem suffixo a radice deducta abstracta sunt Substantiva, quorum utrumque in **uno** casu solum est servatum, et sicuti omnia Substantiva neque tempora neque verbi genera distinguit; eundem tamen casum ac respondens verbum postulat utrumque*). Infinitivus propter leviorem ipsius terminationem *Gunae* incremento auctâ radicis formâ utitur. In vocali intermediâ इ (interdum ई) adhibendâ vel omittendâ eaedem atque ante suffixum futuri primi valent leges (v. *r.* 462-469.); e. c. भवितुम् a भू, हर्तुम् a हृ, यष्टुम् a यज्, योक्तुम् a युज्, गन्तुम् a गम्, सोढुम् a सह् (*r.* 468. 14.), ग्रहितुम् vel ग्रहीतुम् a ग्रह्. Radices decimae classis et Causalia retinent अय् syllabam, cui vocalem intermediam इ adjungunt; e. c. चोरयितुम् a चुर्, क्षेपयितुम् a क्षेपय् ex क्षिप्.

Annot. 1. Terminatio त्वम् quae teste Panini III. 4. 14. in *Vêdorum* Infinitivis adhiberi potest, ad causam exprimendam, quâ aliquid agitur, item a suffixo तु, non a त्व (cf. *r.* 652.) mihi descendere videtur, Accusativi signo अम् posito pro म्, ad analogiam formae भुवम् a भू (*r.* 123. 2.). Exemplum «कर्त्वं हविः» offert scholiastes.

Annot. 2. Non tantum in Accusativo et Instrumentali, quos abstractum Substantivum suffixo तु formatum in vulgari Sanscrito solos reliquit, sed etiam in nonnullis aliis casibus, ad analogiam Infinitivi formatis, antiqua *Vêdorum* dialectus, teste *Panini***), suffixum तु exhibet. 1) Dativus occurrit sub formis तवे et तवै***), quae posterior femininum hujus suffixi genus confirmat, quod jam dudum ex Gerundii forma त्वा conjeci. Exempla scholiastes offert haec: सूतवे a सू omissâ *Gunâ*, गन्तवे a गम्, कर्तवे a कृ, हर्तवे a हृ; यातवै a या; अन्वेतवै ab इ. 2) Ablativus (तोस्), qui in omnibus a scholiasta commemoratis exemplis a praepositione पुरा vel आ est postulatus, et cum Genitivo, in modum aliorum substan-

---

*) De infinitivi variis constructionibus disserui in annot. ad Indr. I. 16. *b.* vide etiam annott. ad Nal. III. 20. *b.* X. 14. *a.*

**) III. 4. 9, 13, 14.

***) Servatâ Gunâ ante ऐ terminationem graviorem contra regulam 127. *b.*

tivorum, est constructus, vel sine alio nomine ei apposito. Radices quae hanc Ablativi formam in *Vêdis* conservarunt sunt octo hae: स्था, इ, कृ, हु, वद्, जन्, तम्, चर्; unde स्थातोस्, एतोस्, कर्तोस्, होतोस्, वदितोस्, जनितोस्, तमितोस्, चरितोस्; e. c. पुरा सूर्यस्यो ऽदेतोर् आधेयः। *ante solis ortum tradendus* (vel ponendus etc. v. Gloss. धा c. आ). Eundem in modum, sed cum antiquiore, in Sanscrito perditâ, femininâ Ablativi terminatione *ât**) in lingua Zendica Infinitivum constructum deprehendi in Vend. Sad. (ed. Burnoufii) p. 83.: *para avanghê asnô dâonghaot***) *para apô para zĕmô para urvar(a)yâo para geus cathvarĕpaitistanyâo dâonghaot para nars bipaitistanahê asaônô zanthoât.* I. e. *ante hujus coeli creationem, ante aquae, ante terrae, ante arboris, ante vaccae quadrimammae creationem, ante hominis bimammi puri generationem.* — Heic *zanthoât* respondet Vêdico Ablativo जनितोस्, omisso intermedio इ, et formatum ex themate *zantu generare* a radice *zan* (in tempore praes. *zazâmi* V. S. p. 182. cf. *r.* 375.); ita ut ante *ât* terminationem *u* finale transierit in *v*, ante quam semivocalem *t* in *th* mutatur***). 3) Genitivus Infinitivi item in तोस् desinens conservatum videmus nonnisi in constructione cum ईश्वर *dominus*, hac in locutione significans *potis, capax*. Scholiastes tradit exemplum: ईश्वरो ऽभिचरितोः। *capax aggrediendi.*

Annot. 3. Nonnullae aliae *Vêdorum* propriae Infinitivi, vel si velis Gerundii, formae sunt hae: 1) cum Dativi terminatione ए vel ऐ, ad causam exprimendam quâ aliquid agitur, occurrunt formae in ए, ऐ, से, असे, अध्यै et स्यै (Pân. III. 4. 9, 10, 11, 14, 15.) desinentes. Duae priores sunt Dativi vocum radicalium (v. *r.* 641.); exempla a Panini vel scholiasta ejus exhibita sunt haec: दृशे a दृश् (दृशे विश्वाय सूर्यम्), विख्ये a ख्या v. *r.* 160. (विख्ये ऽन्वाहरामि), अवगाहे a गाह्, अवचक्षे a चक्ष्, प्रयै a प्री adjectâ *Gunâ*. — Quae in से vel असे exeunt formae, radicem verbi substantivi, ut equidem puto, continent aut integram aut abjectâ vocali अ (cf. *r.* 365.), ita ut Dativi character ए huic auxiliari radici sit adjunctus, qua in re

---

*) Ad analogiam femininorum Genitivorum in आस् desinentium (v. *r.* 130. *b.*). Pro *t* vel in fine vocum vel in medio ante consonantes posito, lingua Zendica propriam quandam habet litteram, quam nullo signo heic distinguimus.

**) Ablat. a themate *dâonghu.*

***) Ex generali euphoniae lege, quam primus E. Burnoufius ingeniose observavit.

illi Infinitivi mirandam analogiam exhibent cum Graecis in σαι (τύψαι, λῦσαι) et iis respondentibus Latinis in *se* vel *re* (*pos-se, es-se* vel *ed-ere*).*) Exempla vel auctâ vel purâ radicis formâ laudantur haec: वक्षे a वह्, मेषे a मी (वक्षे रायस्ता वा मेषे रथानाम्), जीवसे a जीव् (क्रत्वे दक्षाय जीवसे), प्रेषे a प्री, श्रियसे a श्रि (v. *r.* 51.). — Quae in अध्यै desinunt formae, ut equidem puto, Dativi sunt feminini suffixi धि interjectâ vocali अ (v. *r.* 127. *b.* et cf. वसति *nox* a rad. वस् *habitare* suffixo ति et interjecto अ); धि autem variatio esse videtur suffixi fem. ति, quo abstracta formantur Substantiva, quibus cognati sunt Lithuanici et Slavici Infinitivi in *ti* desinentes; e. c. Lith. *buti* Slav. *byti* esse (cf. भूति *existentia*). Ceterum haec *Vêdorum* suffixo धि terminata Abstracta ad illa in ति desinentia eandem habent rationem atque अधर अधम *inferior infimus***) ad consuetas Comparativi et Superl. formas per तर et तम effectas. Exempla in schol. ad *Panin.* exhibita sunt haec: उपचरध्यै a चर् (कामम् उपचरध्यै), आहुवध्यै a हु ex euph. *r.* 51. (इन्द्राग्नी आहुवध्यै), श्रियध्यै a श्रि (*r.* 51.), पिबध्यै a पिब्, मादयध्यै a मादय् e मद्. — Forma in स्यै desinens, formâ radicis auctâ, nonnisi in duabus a Pânini propositis occurit exemplis, interpositâ auxiliari vocali इ, quâ स् ex euphon. lege 101[a]. transit in ष्; unde रोहिष्यै a रुह् et अव्यथिष्यै a व्यथ् praefixo अ privativo. Cum Desiderativis quandam similitudinem offerunt hae formae, ita ut repetita syllaba sit abjecta et desiderativo characteri स् suffixum इ vel ई sit additum (v. haec suffixa in *r.* 645.); यै enim in Dativo femin. tam ab इ quam ab ई derivatur.

2) Cum Accusativi vel Genitivi terminationibus radici ipsi, tanquam Substantivo abstracto, adjunctis; ita ut Accusativus cum verbo शक् *posse*, Genitivus cum ईश्वर *potis, capax* sit constructus. Exempla traduntur haec: विभाजम् a भज्, formâ radicis auctâ (अग्निं वै देवा विभाजं ना 'शक्नुवन्), अपलुपम् a लुप् cum formâ radicis purâ (अपलुपं ना 'शक्नुवन्); विलिखस् a लिख् (ईश्वरो विलिखः).

3) Cum terminatione एन्य ad causam quâ aliquid agatur exprimendam (III. 4.

---

*) V. librum meum *Conjugations-System* p. 94. et 107. et *Analytical comparison of the Sanscrit etc.* in libro *Annals of oriental litterature* p. 53, 54.

**) Haec vocabula una cum अधस् *subter* jam alibi deduxi a stirpe demonstrativâ अ (v. *r.* 270.).

14.). Exemplum ददृक्षोपथः fortasse mendosum est pro दिदृक्षोपथ a Desiderativo दिदृक्ष e दृश्.

FORMATIO VARIORUM SUBSTANTIVORUM ET ADJECTIVORUM.

641. Complures radices sine ullo adjecto suffixo abstraetorum Substantivorum generis feminini significationem assumunt, sive simplices, sive cum praepositionibus conjunctae; e. c. आज्ञा et अनुज्ञा *jussum,* प्रतिज्ञा *promissum,* प्रतिष्ठा *gloria* (v. r. 109.), आभा *splendor,* प्रतिभा *mens,* धी *cogitatio,* irregulariter formatum a radice ध्यै *cogitare,* भी *metus,* ह्री *pudor,* युध् *certamen,* क्षुध् *fames,* मुद् *gaudium,* सम्पद् *fortuna, perfectio,* आपद् et विपद् *infortunium,* भास् *lux,* वाच् *vox.* Rarius nudae radices appellativorum substantivorum significationem habent, veluti पद् *m. pes* (*iens*).

642. Omnes radices, e Grammaticorum sententia, nullo suffixo adjecto, in fine compositarum vocum collocari possunt, ita ut significatione cum participio praesentis conveniant, semper tamen perpetuam qualitatem vel actionem exprimant. Harum compositionum prior pars Accusativi vice fungitur a posteriore, voce radicali, quasi a participio, postulati;*) e. c. सलपो *aquam bibens* (v. r. 170.), धर्मविद् *officiorum gnarus.* Neque tamen multa hujusmodi composita usu sunt frequentia, et maximam partem sunt Substantiva appellativa; e. c. क्रव्याद् *m.* (a क्रव्य et अद्) *fera* vel *gigas daemonicus,* proprie *carnem edens.* Etiam cum Adjectivis et Praepositionibus hujusmodi voces radicales compositae inveniuntur; e. c. मन्दभाज् *infelix,* proprie *pauca partiens* a भज् *partiri,* परिव्राज् *mendicus ex voto,* proprie *circumiens* a व्रज् *ire* (v. r. 643.).

643. Radicibus in brevem vocalem desinentibus littera त् ad-

*) Cf. Latina hujusmodi composita velati *artifex* (-*fec-s*) *fidicen.*

ditur, ut majoris ponderis fiant; e.c. कर्मकृत् *facinus faciens* a कृ, सर्वजित् *omnia vincens* a जि *). Nonnullae radices quarum finalem litteram अ vocalis praecedit, hanc vocalem producunt; e.c. भारवाह् *onus ferens* a वह् *ferre;* nonnullae anomalam mutationem subeunt radices; e.c. हू a radice ह्वे *vocare.*

644. Radices गम्, यम्, मन्, तन् consonantem finalem abjiciunt atque त् addunt, iis similes quae in brevem vocalem desinunt; e.c. अरण्यगत् *in silvam iens.*

645. Iam sequuntur, ordine alphabetico disposita, omnia suffixa *Kridantorum*, cum usitatissimis *Unâdibus:* अ, अक, आण्ड (*Unâdi*), अत् (v. *r.* 593-598.), अथु, अन् (*Unâdi*), अन, अनि, अनीय (*r.* 622.), अन्त, अम् (*r.* 639.), अल (*Unâdi*), अस्, आ, आक, आन (v. *r.* 598, 602.), आय्य, आरु, आलु, इ, इक, इत् (*Unâdi*), इत्नु, इन्, इर (*Unâdi*), इल (*Unâdi*), इष (*Unâdi*), इस्, ई, उ (*Krit* et *Unâdi*), उक, उत्र (*Unâdi*), उर, उल (*Unâdi*), उस्, ऊ (*Unâdi*), ऊक, ऊथ, एन्य (*Unâdi*), एर (*Unâdi*), एलिम, ओर (*Unâdi*), त (*r.* 606. sqq.), तव्य (*r.* 622.), ति, तु (*Unâdi*), तुम् (*r.* 640.), तृ, त्र, त्रिम, त्वर, त्वा (*r.* 630. sqq.), थ (*Unâdi*), थक, था, न, नङ्, नु, म (*Unâdi*), मन्, मर, मान (v. *r.* 598. sqq.), य (*r.* 625. sqq. et *r.* 635. sqq.), या, र, रु, रुक, लुक, वन्, वर, वस् (v. *r.* 603.), वि, स्नु.

अ suffixo formantur *a*) Substantiva vel Adjectiva quibus significatur aut praeditum esse aliquem qualitate eâ, aut facere eum id, quod radix exprimit. Hujusmodi voces saepe per participia praesentis temporis verti possunt, a quibus eo tamen valde discrepant, quod actionem vel qualitatem perpetuam, non intra fines praesentis temporis coërcitam exprimunt. — Haec adjectiva sive nomina agentis, nisi appellativorum significationem habent ut प्लव *navis* (proprie *natans*) a प्लु, सर्प *serpens* (proprie: *iens*) a सृप्, plerumque aut in fine compositorum inveniuntur aut conjuncta cum praepositione quadam vel particula inseparabili; e.c. धर्मज्ञ *officiorum*

*) Cf; Latina *comes, com-it-is, eques, equ-it-is,* etc. ubi radicem *i* ire eadem ratione adjecto *t* auctam video; sic etiam *stit* pro *stat* in *superstes, stit-is* etc.

gnarus, प्रज्ञ *sapiens, prudens* a ज्ञा *novisse.* Adjectivorum hujus generis, quae simplicia inveniuntur, exempla sunt शुभ *nitidus, pulcher* et जीव *vivus.* — Vocales finales plerumque *Guna*, nonnunquam *Vriddhi* augentur, aut eas tantum mutationes subeunt quae legibus euphonicis praescribuntur. आ finale abjicitur, diphthongi aut abjiciuntur aut mutantur secundum leges euphonicas. Vocales quae finalem consonantem praecedunt plerumque non mutantur, raro *Gunam* admittunt; अ tamen vocalis in eo loco posita nonnunquam *Vriddhi* augetur. E.c. जय *vincens* a जि, स्तव *collaudans* a स्तु, धर *tenens* a धृ, प्रिय *amans, amicus, carus* a प्री (v.r.51.), द *dans* a दा, गाय sive ग *cantans* a गै, भिद् *findens* a भिद्, तुद *vexans* a तुद्, पच *coquens* a पच्. Omnia quae attulimus exempla, non inveniuntur nisi in fine compositorum, प्रिय adjectivo excepto.

Nonnullis hujusmodi nominibus quaedam substantiva praemittuntur in accusativo casu, cujus sensum exprimunt; e.c. ex अरि *hostis* et दम *domans* formatur अरिन्दम; e पुर *urbs* et दर *findens* (a radice दृ) formatur पुरन्दर *qui urbes exscindit,* quod Indri cognomen est; e भय *metus* et कर *faciens* formatur भयङ्कर *metum faciens, terribilis.* Sunt substantiva quae in ejusmodi compositione irregularem Accusativi formam assumunt; e.c. ex उरस् *n. pectus* et गम *iens* formandum fuisset उरोगम, formatur vero उरङ्गम *anguis,* proprie *pectore iens,* quod derivandum est a themate ceterum inusitato उर *pectus,* unde etiam deducuntur उरग et उरङ्ग eodem sensu. Ne significationem quidem propriam in his exemplis retinet Accusativus.*) — Ex वसु *res, opes,* quamvis neutrius generis sit, et धर *tenens* formatur वसुन्धरा *f. terra* (proprie *quae divitias continet*); ex मही autem, omissa Accusativi nota, formatur महीधर *mons* (proprie: *qui terram tenet*), et ex illo ipso वसु, cum ध composito (quod deducendum est a radice धा *tenere*), formatur वसुधा *f. terra,* non वसुन्धा. हन् *occidere* per suffixum अ irregulariter format घ्न (v.r.357.), etiamque, अन् syllabâ dejectâ, ह. Eandem analogiam sequitur radix जन् *nasci,* unde formatur ज *natus.***) — E radice हन् regularis quoque formatio

*) Ex his minus regulariter formatis vocibus omnino non conjiciendum est, nasalem consonantem horum compositorum diversae ab Accusativi nota originis esse. In plurimis enim formis et sensus et forma plane eadem est atque Accusativi, et recte FORSTERUS eâ quam diximus ratione, rem explicavit.

**) अ finale vocabulorum ह et ज jure a grammaticis suffixum dicitur. Nam si न् radicalis consonans esset dejecta, formandum fuisset ex regula 643. हत् et जत्.

हन् efficitur. — Quaedam formae Causales retinent characteristicam syllabam अय् ante अ suffixum, e.c. वेदय *certiorem faciens* a विद्. Nonnulla adjectiva in अ desinentia post particulas सु et दुर् passivam habent significationem; e.c. सुकर *facilis*, दुष्कर *difficilis* (v. r. 73.), दुर्लभ *difficilis adeptu*, दुर्धर्ष *qui difficile domatur*, दुस्तर *difficilis transgressu*.

b) Formantur per अ suffixum etiam Substantiva abstracta plerumque masculini generis. Vocalis radicalis *Gunâ*, nonnunquam *Vriddhi* augetur; अ vocalis ante consonantem finalem posita, *Vriddhim* assumere solet; palatinae च् et ज् ante suffixum अ in sibi respondentes gutturales क् et ग् transeunt. Exempla sunt: जय *m. victoria* a जि, लय *m. solutio* a ली, भय *n. metus* a भी, पाक *m. coctura* a पच्, वेग *m. celeritas* a विज्, भेद *m. fissio* a भिद्, त्याग *m. desertio* a त्यज्, योग *m. conjunctio* a युज्, रोक *n. lumen* a रुच्, हर्ष *m. gaudium* a हृष्.

अक format nomina agentis masculini generis et adjectiva quaedam. Vocales finales *Vriddhim*, penultimae *Gunam* assumunt; penultimum अ vero plerumque *Vriddhi* augetur; e.c. नायक *dux* a नी, पाचक *coquus* a पच्, नर्तक *saltator* a नृत्, साधक *utilis* (*fem.* साधका) a साध् *perficere*. Feminina Substantivorum in अकी desinunt, Adjectivorum, in अका; e.c. नर्तकी *saltatrix*, खनका *quae fodit*.

आण्ड (*Unâdi*) format भराण्ड *m. dominus, maritus* a भृ, adjectâ *Gunâ*, et fortasse सराण्ड *m. avis* a सृ.

अथु cum *Gunâ* abstracta format substantiva masc. e.c. क्षयथु *tabes* a क्षि, वेपथु *tremor* a वेप्, वमथु *vomitus* a वम्.

अन् (*Unâdi*) format nomina agentis et appellativa; e.c. राजन् *dominus, rex* a राज् *regere*, तक्षन् *m. faber tignarius* a तक्ष् *tenuem facere, frangere*, वृषन् *m.* cognomen Indri: *pluvius* a वृष् *pluere*; स्नेहन् *m. amicus* a स्निह्. Fortasse huc referenda sunt etiam haec: पूषन् *m. sol* (*quia nutrit terram*) a पूष् *nutrire*; द्युवन् *m. sol*, quod vulgo derivant a द्यु *ire*; verisimilius est autem, id positum esse pro द्युत्वन् a radice द्युत् *splendere* suffixo वन्; क्लेदन् *m. luna* a क्लिद् *madere, plorare*.

अन cum *Gunâ* admodum frequens est, et format 1) substantiva generis neutrius, plerumque abstracta, sed nonnulla quoque appellativa; e.c. चयन *collectio* a चि, भवन *existentia* a भू *esse*, भरण (v. r. 94[a]).) *servatio, nutritio* a भृ, भेदन *fissio* a भिद्, शोचन *lustratio* a शुच्, हर्षण *delectatio* a हृष्, नयन *oculus* a नी *ducere* (cf. suffixum त्र), शयन *lectus* a शी *dormire*, वदन *os* a वद् *loqui*, भूषण *ornamentum* a भूष् *ornare*. — 2) Nomina agentis generis masculini, praesertim ex formis

causalibus radicibusque decimae classis. Utraeque characterem अय् ante hoc suffixum, dejiciunt e.c. नन्दन *qui delectat* a नन्दय् quod est causale a radice नन्द्; निषूदन *occisor, necans* a सूद् cl. 10. (*v. r.* 109.), नर्तन *saltator* a नृत् cl. 4. — Femininum hujnsmodi vocabulorum in अनी desinit, e.c. जननी *genitrix* a जन्. In अना *f.* desinentia quaedam abstracta substantiva iuveniuntur, praecipue e Causalibus radicibusque decimae classis orta; e.c. कारणा *causa* a कारय् *Caus.* e कृ.

अनि Rarissimum hoc suffixum abstracta substantiva format generis feminini, quae cum negativis particulis conjuncta sunt, neque inveniuntur nisi in imprecationibus. Vocalis radicum *Guṇâ* augetur; e.c. अचेतनि *amissio cogitationis* a चित्, अजीवनि *amissio vitae, mors* a जीव्.

अन्त adjectiva et appellativa substantiva format, praesertim ex formis causalibus quarum finalis syllaba अय् retinetur; e.c. नन्दयन्त *delectans* a नन्दय्. — Derivatum mihi videtur hoc suffixum a fortiori themate participii praesentis *Par.* adjecto अ.

अल (*Unâdi*) format चपल *tremens* a चप् *ire, movere,* atque in fine multorum vocabulorum incertae originis invenitur.

अस् cum *Guṇâ* format substantiva neutra variae significationis, e.c. चेतस् *mens* a चिन्त् *cogitare,* वचस् *sermo* a वच् *loqui,* पयस् *lac* a पी *bibere,* वासस् *vestis* a वस् *vestire,* अ radicali per *Vriddhim* productâ. — Complura substantiva in अस् desinentia originis incertae sunt, vel perspicuam non habent rationem ad radices ex quibus grammatici ea explicant; e.c. शिरस् *caput* et अम्भस् *aqua* a radicibus शॄ et आप् descendere dicuntur. — Nonnullae voces in अस् desinentes masculini generis sunt; अप्सरस् *Apsarasis, nympha,* quod derivatur ab अप् *aqua* et सृ *ire,* feminini generis est (cf. *r.* 230.).

आ femininum suffixi अ, de quo supra dictum est, format nomina actionis feminini generis aliaque substantiva abstracta, nonnullaque appellativa, partim cum *Guṇâ;* e.c. क्षिपा *jactatio,* स्पृहा *desiderium,* क्षुधा *fames,* जरा *senectus* a जॄ *senescere,* गुहा *specus* a गुह् *abscondere,* लेखा *linea* a लिख् *scribere.* Saepissime आ suffixum formis desiderativis additum invenitur e.c. दिदृक्षा *cupiditas videndi* a दृश्, पिपासा *cupiditas bibendi, sitis* a पा, चिकीर्षा *cupiditas faciendi* a कृ (v. *r.* 539.).

आक usu non satis frequentatum, format nomina agentis masculini generis, quorum feminina in आकी desinunt; e.c. भिक्षाक *mendicus,* भिक्षाकी *mendica.*

आय्य usu non frequentatum, format adjectiva vel nomina agentis adjecto *Gunae* incre-

mento; e. c. श्रवाय्य *audiens, auditor* a श्रु. — Causalium et decimae classis character अय् retinetur.

आरु rarissimum est formatque adjectiva, *additâ Gunâ;* e. c. शरारु *nocens* a शॄ, वन्दारु *urbanus, elegans* a वन्द्.

आलु rarissimum, assumtâ *Gunâ* format adjectiva veluti शयालु *dormiendi cupidus* a शी. Syllaba अय् Causalium et radicum decimae classis retinetur; e. c. स्पृहयालु *avidus* a स्पृह् (v. r. 342.).

इ tantum cum radice धा *tenere* conjunctum usu frequentatur formatque ex illâ, cum praepositionibus compositâ, substantiva masc. variae significationis. आ finale radicis abjicitur, e. c. सन्धि *conjunctio, pax* etc., अन्तर्धि *interitus,* विधि *lex, praeceptum, fatum,* निधि *thesaurus.* Deinde इ nomina actionis generis feminini format, quae fere solum in interrogationibus responsisque, et quidem rarissime inveniuntur. Vocales finales *Vriddhim,* penultimae *Gunam* assumunt, अ tamen semper *Vriddhi* afficitur; e. c. जायि *victoria* a जि, कारि *actio* a कृ, बोधि *cognitio* a बुध्, गादि *sermo* a गद्. — Tum इ format nomina agentis, appellativa et adjectiva, quae assumunt syllabam reduplicativam; e. c. चक्रि *m. qui facit* a कृ, जग्मि *m. ventus* a गम् *ire,* जघ्नि *m. genus quoddam armorum* ab हन् *necare* (v. r. 453.), दधि *m. f. n. tenens* a धा. — Etiam adjectiva format suffixum इ ex formis intensivis, e. c. सासहि *qui multa perpetitur.* Denique, vocali radicali per Gunam auctâ hoc suffixum in quibusdam compositis appellativis et adjectivis ejusdem significationis est atque अ suffixum; e. c. शकृत्करि *m. vitulus* (proprie *qui stercus facit*), उदरम्भरि *m. f. n. vorax* (*qui nutrit ventrem*) ab उदर *n. venter* et भृ *nutrire, conservare.*

इक usu non frequentatum, format nomina agentis et adjectiva; e. c. खनिक *m. qui fodit* a खन्. Femininum hujus suffixi est इका quod interdum idem significat ac si femininum esset suffixi अक; e. c. पाचक *coquus,* पाचिका *coqua.*

इत् (*Unâdi*) format सरित् *f. fluvius* a सृ *ire,* terminatque nonnulla alia vocabula quorum origo minus est perspicua.

इत्नु usu non frequentatum format adjectiva, nomina agentis, et appellativa e radicibus decimae classis, quae retinent syllabam characteristicam अय्; e. c. गदयित्नु *m. f. n. loquax* a गद् *loqui,* स्तनयित्नु *m. nubes, tonitru* a स्तन् *tonare.*

इन् usitatissimum est formatque adjectiva et nomina agentis aeque ac suffixum अ; ita tamen, ut इन् suffixo terminatae voces saepe etiam ad praesens tempus referantur

et significatione cum participio praesentis conveniant, non tamen cum Accusativo construantur (v. Nalum XI. 21. Indralôk. V. 13.). Praecipue, nisi semper, in fine compositorum hae voces inveniuntur. Vocales finales *Vriddhim*, penultimae *Gunam* assumunt, penultimum अ tamen semper *Vriddhi* afficitur, et आ finali euphonicum य् apponitur. Causalia radicesque decimae classis अय् characteristicum abjiciunt. Exempla sunt: मनोहारिन् *animum rapiens* a हृ, प्रासादशायिन् *qui solet in palatio dormire* a शी, वधैषिन् (वध + एषिन्) *caedis cupidus* ab इष्, अमर्षिन् *intolerans* a मृष्, पुरवासिन् *oppidanus* a वस्, रिपुनिपातिन् *hostes caedens* a पातय्, शतयोजनयायिन् *centum Yôdschana iens* (Nal. XXII. 9.) a या. V. r. 222.

इर (*Unâdi*) format मुदिर *voluptarius, veneri deditus* a मुद् *gaudere*, स्थिर *stabilis* a स्था *stare*, छिदिर *m. ensis* a छिद् *findere*, भिदिर *n. fulmen* a भिद् *findere*. Femininum इरा format मदिरा *potus inebrians* a मद् *inebriare*.

इल (*Unâdi*) format पथिल *m. via* a पथ् *ire*, अनिल *m. aër, ventus* ab अन् *spiritum ducere*, गुहिल *n. silva* a गुह् *tegere, abscondere*, वपिल *pater* a वप्.

इष (*Unâdi*) Hoc suffixo fortasse formatum est अविष *m. mare* ab अव् *movere*, महिष *m. bubulus* a मह् *crescere*.

इस् cum *Guna* format nonnulla substantiva generis neutrius; e. c. ज्योतिस् *stella* a ज्युत् *splendere* (v. r. 232.).

ई format abstracta substantiva feminina quae communem multorum ejusdem actionis functionem indicant. Radix semper conjuncta est cum वि + आ. Vocales ante finalem consonantem positae *Gunam* assumunt, अ tamen *Vriddhi* afficitur; e. c. व्याक्रोशी *mutuus clamor* a क्रुश्, व्याहासी *mutuus risus* ab हस्.

उ ex Desiderativis adjectiva format, quae participii praesentis significationem habent; e. c. चिकीर्षु *faciendi cupidus* a चिकीर्ष् a radice कृ, पिपासु *bibendi cupidus* a पिपास् a radice पा. Sunt quoque radices primitivae, ex quibus per उ suffixum adjectiva et nomina agentis formantur; e. c. इच्छु *optans* ab इष् (v. r. 337.). Feminina a masculinis non distinguuntur nisi declinatione. — उ suffixo *Unâdi* formantur असु *m. vita* ab अस् *esse*, वायु *m. ventus* a वा *flare* inserto य् euphonico, भिदु *m. belemnites* a भिद् *findere*, बन्धु *m. affinis* a बन्ध् *ligare*, तनु *tenuis* a तन् *expandere*.

उक adjectiva format ex radicibus in consonantem desinentibus. Vocalis quae finalem consonantem praecedit *Gunam* assumit, अ tamen *Vriddhi* afficitur; e. c. कामुक

avidus, voluptarius a कम् *cupere, amare,* गामुक *iens, mobilis* a गम्, वर्षुक *pluviosus* a वृष् *adspergere, pluere.*

उत्र (*Unâdi*) format वरुत्र *n. amiculum* a वृ *tegere.*

उर usu non frequentatum, format adjectiva quaedam et appellativa; e.c. भिदुर 1) *findens,* 2) *m. fulmen* a भिद् *findere.*

उल (*Unâdi*) format हर्षुल *m.* 1) *amator,* 2) *caprea,* a हृष् *gaudere.*

उस् format substantiva quaedam generis neutrius e.c. वपुस् *corpus* a वप् *seminare,* चक्षुस् *oculus* a चक्ष् *loqui**), quae substantiva secundum *r.* 232. flectuntur.

ऊ (*Unâdi*) format नृतू *m. saltator* a नृत् *saltare,* तनू *f. corpus* a तन् *expandere.*

ऊक usu non frequentatum, format adjectiva et nomina agentis ex formis intensivis et e radice reduplicata जागृ *vigilare;* e. c. वावदूक *loquax* a वावद् e वद् *loqui* (vid. *r.* 560.); यायजूक *m. qui saepe sacrificat* a यायज् e यज् *sacrificare,* जागरूक *vigilans* a जागृ *vigilare.*

ऊथ (*Unâdi*) format वरूथ *n. cutis, corium* a वृ *tegere,* जरूथ *n. caro* a जॄ *senescere.*

एन्य (*Unâdi*) format वरेण्य *praecipuus* a वृ *eligere* (v. *r.* 94[a]).).

एर (*Unâdi*) format दशेर *m. bestia quaedam venenata* a दंश् *mordere,* मुहेर *m. stultus* a मुह् *dementem, stultum fieri.*

एलिम usu non frequentatum format adjectiva quae significationem participiorum praesentis vel futuri et quidem reflexivam habent, sed etiam pro appellativis posita inveniuntur, assumptâ transitivâ significatione pro reflexivâ; e.c. भिदेलिम *qui se findit, sive finditur,* पचेलिम *qui coquitur sive maturescit,* quod vocabulum, teste Wilsono, substantive positum significat *solem, ignem.*

ओर (*Unâdi*) format सहोर *m. homo pius, sanctus* a सह् *pati.*

ति admodum usitatum est et format abstracta substantiva generis feminini; e.c. शक्ति *robur, facultas* a शक्, त्यक्ति *desertio* a त्यज्, दृष्टि *visus* a दृश्, मति *cogitatio, mens* a मन्. Radices ante hoc suffixum easdem subeunt mutationes tam regulares quam anomalas atque ante suffixum त (*r.* 606.), ita tamen, ut ante ति vocalis intermedia इ nunquam inseratur; e.c. इष्ट, इष्टि a यज्; उक्त, उक्ति a वच्; ऊढ, ऊढि a वह्; उषित, उष्टि a वस्; उशित, उष्टि a वश् (*r.* 98.); गत, गति a गम्; कान्त, कान्ति a कम्; नद्ध, नद्धि a नह्. Quaedam radices in vocalem desinentes

---

*) Wilson huic radici etiam videndi significationem tribuit, nec tamen illa invenitur hoc sensu apud scriptores.

assumunt नि pro ति ad analogiam participiorum passiv., pleraeque tamen radices quae न pro त in participio assumunt, in hoc substantivo abstracto, si quidem omnino usitatum est, ति terminatione utuntur; e. c. ग्लान, ग्लानि a ग्लै; शीर्ण, शीर्णि a शॄ; छिन्न, छित्ति a छिद्; पन्न, पत्ति a पद्; मग्न, मक्ति a मस्ज्. — Nonnulla etiam masculina, quae personam significant, suffixo ति formantur; e. c. ज्ञाति *cognatus* a ज्ञा *novisse*.

तु (*Unâdi*) quod masculinum est ejusdem suffixi, cujus Feminino utuntur Infinitivus et Gerundium (v. r. 630 et 640.), format गन्तु *m.* et यातु *m. viator* a गम् *ire* et या *ire*, भातु *m. sol* a भा *splendere*, जन्तु *m. animal* a जन् *generare, parere*, तन्तु *filum ex metallo factum* a तन् *expandere*.

तृ Hoc suffixo formantur nomina agentis secundum r. 460. sqq. quae iis quas ibidem diximus conditionibus, significationem participiorum futuri habent; e. c. दातृ *dator* a दा, स्रष्टृ *creator* a सृज् (v. r. 468. 4.).

त्र Hoc suffixum, ante quod interdum vocalis इ inseritur, *Gunam* requirit formatque neutra et feminina quaedam, quae plerumque instrumentum aut vas quoddam exprimere solent; e. c. पात्र *poculum* a पा *potare*, श्रोत्र *auris* a श्रु *audire*, नेत्र *oculus* a नी *ducere*, वक्त्र *os* a वच् *loqui*, वस्त्र *vestis* a वस् *vestire*, वादित्र *organum musicum* a वादय् Causali e वद् *loqui*, खनित्र *pala* a खन् *fodere*, चरित्र *vita, mores* a चर् *ire*, दंष्ट्रा *f. dens* a दंश् *mordere*, यात्रा *f. iter* a या *ire*. त् eaeque consonantes quae ante त्र in त् mutandae fuissent, dejiciuntur, unde: तोत्र pro तोत्त्र *stimulus* a तुद् *vexare*, पत्र *folium* a पत् *cadere*. — Sunt quoque Adjectiva quaedam quae per त्र vel इत्र formantur; e. c. पवित्र *purus* a पू *purgare*, चित्र *pictus, varius*, fortasse derivandum est a चि *colligere* omissâ *Gunâ*.

त्रिम usu non frequentatum format adjectiva quaedam; e. c. कृत्रिम *artificiosus* a कृ *facere*.

त्वर v. वर.

थ (*Unâdi*) format नीथ *m. dux* a नी *ducere*, तुत्थ *ignis* a तुद् *vexare*.

थक usu non frequentatum, et, ut mihi videtur, ortum ex थ adjecto क, format quaedam nomina agentis; e. c. गाथक *m. cantor* a गै *canere*.

न praeter participia r. 607. sqq. descripta, format abstracta substantiva generis masculini, et feminina quaedam in आ desinentia; e. c. स्वप्न *somnus* a स्वप् *dormire*, रक्ष्णा *servatio* a रक्ष् (v. r. 94[a].), प्रश्न *quaestio* a प्रछ् (v. r. 87. *c.*), यज्ञ *sacrificium* a यज्, याच्ञा *f. precatio* a याच् (v. r. 93.).

नज् format adjectiva quaedam generis communis*); e.c. तृष्णज् (Nominativus *m.f.n.* तृष्णक्) a तृष् *sitire* (v. *r.* 94[a]).

नु adjectiva format quae femininum a masculino et neutro non distinguunt nisi declinatione (v. *r.* 244.); e.c. त्रस्नु *timidus* a त्रस्, गृध्नु *avidus* a गृध्.

म (*Unâdi*) format भाम *m. lux, sol* a भा *splendere,* युध्म *m. certamen, arcus, sagitta* a युध् *pugnare,* युग्म *n. par* a युज् *jungere,* भीम *terribilis* a भी *timere,* तिग्म *acutus* a तिज् *acuere.*

मन् ut mihi videtur, cum suffixo मान *r.* 598. cognatum, eundem in modum ac respondens Romanorum *men* (*legumen, foramen, praefamen* etc.) cum obsoleto *minus* unde *mini* (e.c. *amamini* v. annot. ad *r.* 460.) et *turus* cum *tor* (cf. तृ). *Gunam* requirit hoc suffixum formatque substantiva et adjectiva. Substantiva plerumque generis neutrius sunt; e.c. छद्मन् *dissimulatio* a छद् *abscondere,* वर्मन् *lorica* a वृ *tegere,* जन्मन् *partus* a जन् *gignere,* वेश्मन् *domus* a विश् *intrare,* सद्मन् *domus* a सद् *ire,* प्रेमन् *amor* a प्री *amare.* Nonnullae voces in मन् desinentes nulla verisimili ratione explicari possunt, aut cum radice a qua deducendae videntur communem significationem non habent; e.c. चर्मन् *corium* (चर् *ire*), शर्मन् *fortuna, voluptas* (शॄ *offendere*), नामन् *nomen.* — Adjectiva in मन् desinentia parum usitata sunt; exemplum est शर्मन्. — Flectitur hoc suffixum secundum *r.* 224.

मर ortum esse videtur e radice मृ *mori* suffixo अ; raro usurpatur, formatque adjectiva; e.c. अद्मर *vorax* ab अद् *edere.*

या suffixum quae forma feminina est suffixi य (v. *r.* 625.) format abstracta substantiva feminini generis; e.c. विद्या *scientia* a विद् *scire,* व्रज्या *peregrinatio* a व्रज् *ire,* परिसर्या *ambulatio* a सृ *ire.* Brevibus vocalibus in fine radicum interdum त additur; e.c. भृत्या *conservatio* a भृ (cf. *r.* 635.).

र, रु, रुक, लुक His suffixis adjectiva quaedam formantur; e.c. दीप्र *lucidus,* हिंस्र *nocens, terribilis, caedis cupidus* a हिंस् *offendere, necare;* भीरु (*fem.* भीरु vel भीरू), भीरुक, भीलुक *timidus* a भी *timere,* सद्रु *m.f.n. iens* a सद् *ire.* — Suffixo र *Unâdi* formantur voces खिद्र *m. morbus* a खिद् *luctu afficere,* दह्र *m. ignis* a दह् *urere,* क्षिप्र *velox.*

---

*) Dicere possemus generis omnis si Nominativum singularis tantum spectaremus. Quod tamen minus aptum credo; neutrum enim semper a masculino et feminino quibusdam in casibus differt, quamvis interdum eundem Nominativum habeat.

वन् format adjectiva, praesertim in fine compositorum usurpata; e.c. भूरिदावन् *multa dans;* tum etiam nomina agentis ex quibus unum tantum usu frequentatur यज्वन् *sacrificator.* Femininum hujus suffixi aut a masculino non differt aut वरी sonat, quod proprie femininum est suffixi वर; e.c. दृश्वन् *videns, fem.* दृश्वन् aut दृश्वरी.

वर format adjectiva et nomina agentis ex parvo radicum numero. Post breves vocales त् additur (cf. *r.* 635.); e.c. नश्वर *caducus,* ईश्वर *dominus,* जित्वर *victor* a जि, गत्वर *iens, mobilis* a गम् (cf. *r.* 637.). Femininum plerumque in ई desinit.

वि usu non frequentatum, format adjectiva et appellativa quaedam; e.c. कीर्वि *dispergens* a कॄ, जागृवि *vigilans,* tanquam substantivum masc. *ignis,* a जागृ.

स्नु secundum regulas 101[a]. et 94[a]. saepe mutatur in ष्णु formatque adjectiva et nomina agentis. Radix च्यु Gunam, मृज् Vriddhim assumit, unde च्योष्णु *caducus* et मार्ष्णु *purgans.* ऐ finale in आ transit, e.c. म्लास्नु *evanescens* a म्लै. Reliquae vocales non mutantur, e.c. स्थास्नु *stabilis,* जिष्णु *vincens, victor,* भूष्णु *qui est.* Sed si suffixum radici insertâ vocali इ additur, vocalis radicis *Gunâ* afficitur, e.c. भविष्णु *qui est,* रोचिष्णु *fulgens.* Formae causales syllabam अय् retinent, e.c. कारयिष्णु qui faciendum curat. Femininum a masculino non distinguitur nisi declinatione (v. *r.* 244.).

646. Suffixis *Unâdibus* annumerantur etiam haec: अङ्ग*), अद्, अनि, अन्, अन्थ्, आल, इवी, उत्, ऊर, एन्, ओल, ख, ड, ठ, व innumeraque alia. Plurima tamen vocabula per *Unâdia* explicata aut minus perspicuae aut plane obscurae sunt originis, et ratio quâ Grammatici Indici ea derivant non raro est prorsus inepta et absurda; ita जानु *genu* descendere dicitur a जन् *generare,* नेम *dimidius* a नी *ducere,* यत् (य) *qui* a यज् *adorare,* किम् (क, कि) *quis* a कै *sonare.*

---

*) Huc referuntur तरङ्ग *m. unda* a तॄ, पतङ्ग *m. avis* a पत् similiaque, quae mihi composita esse videntur e ग *iens* (a गम् suffixo अ v. p. 257.) et antecedente Accusativo, ad analogiam vocis उरङ्ग (p. 257.). पतङ्ग igitur proprie significat *volando iens,* id quod dilucide ex eo apparet, quod eadem significatio etiam exprimitur per पतङ्गम a गम् *ire,* et पतग sine Accusativi signo. — Per suffixum अद् ortum esse dicitur शरद् *f. autumnus* vel *annuum pluviosum tempus,* quod tamen apte e शर *aqua* (v. WILS.) et दा vel द *dans,* anomale suppressâ vocali finali (cf. *r.* 371. et 608.) explicari potest.

NOMINA DERIVATIVA.

647. Nomina propria sine ullo adjuncto suffixo derivativo, per solum pluralem suum progeniem significare possunt ejus, quem nomen designat; itemque per nudum suum thema, ubi hoc in initio compositorum pluralem significat; e. c. वसिष्ठास्, भृगवस्, अत्रयस्, *descendentes* vel *filii Vasischthi, Bhriguis, Atris;* कुरुश्रेष्ठ *optimus Kuruidarum.* Reliquae omnes derivativae voces suffixis formantur *Taddhita* (तद्धित) dictis, nunquam vero internâ solâ Primitivi mutatione, quamquam e.c. शैव per *Vriddhim* tantum e शिव ortum esse videtur (cf. *r.* 650.).

648. Multa suffixa *Taddhita,* imprimis omnia quibus Patronymica formantur, *Vriddhim* primae in voce primitivâ vocalis requirunt, licet haec vox composita sit; e. c. सौहृद *n. amicitia* a सुहृद् *amicus* (e सु *bonus* et हृद् *cor*). Interdum, ubi vocabulum ex quo derivativum formatur, est compositum, utrumque conjunctum elementum *Vriddhim* assumit; e.c. सौहार्द *n. amicitia,* सौभाग्य *n. felicitas* a सुभग *felix.*

649. Praefixa वि, नि et सु in derivatis formant वै, नै et सौ, quanquam in voce primitiva propter sequentem vocalem in व्य्, न्य् et स्व् sint transformatae; semivocalis autem nihilo minus retinetur. Quare e.c. वैयास venit a व्यास e वि + आस, नैयायिक a न्याय e नि + आय, सौवश्व a स्वश्व e सु + अश्व. In quibusdam etiam anomalis Derivativis inveniuntur ऐय् et औव् ex इ et उ formata, quanquam hae vocales non ad praefixa नि, वि et सु pertineant; e.c. शौवापद a श्वापद *quaedam bestia rapax,* नैयग्रोध a न्यग्रोध *ficus.* E contrario autem a ज्योतिस् descendit ज्यौतिषिक non जैयोतिषिक, a द्वीप venit द्वैप non दैविप etc.; ex quo apparet Wilkinsium, p. 493., regulam nimis latam proposuisse.

650. Vocales finales vocum primitivarum ante vocales vel य् semivocalem suffixorum *Taddhitorum* has sequuntur leges: 1) अ, आ, इ, ई abjiciuntur; 2) उ et ऊ *Gunâ* augentur, ita ut ओ quod iis substituitur, ex euphoniae lege 55. transeat in अव्; 3) ओ, औ et ऋ ex generalibus euphoniae legibus convertuntur in अव्, आव्, र्; in quibusdam tamen Derivatis ऋ abjicitur. E. e. शिव cum अ format शैव; cum इ, शैवि; cum य, शैव्य. मनु cum अ format मानव; cum य, मानव्य; गो cum य format गव्य; नौ cum य format नाव्य; भ्रातृ cum ईय format भ्रात्रीय; पितृष्वसृ cum एय format पैतृष्वसेय.

651. न् finale ante vocales et य् semivocalem suffixorum *Taddhitorum* abjicitur una cum penultima vocali; ante consonantes solum न् supprimitur; in quibusdam tamen Derivatis, न् vocis primitivae una cum praecedente vocali ante vocales vel यू litteram retinetur. E. c. यौवन *juventus* a युवन् *juvenis* cum अ; हस्तिन् cum एयक format हास्तेयक; अश्मन् cum र format अश्मर.

652. Jam sequuntur ordine alphabetico omnia suffixa *Taddhita,* quorum nonnulla sunt vocabula quae separatim quoque inveniuntur, atque hanc ob causam jure a suffixis excludi possint. Nonnulla, uti अ, इन्, य, आलु, etiam ad voces primitivas e radicibus formandas usurpantur, ubi eadem *Kridantorum* suffixis annumerantur (vid. r. 645.). Magna *Taddhitorum* pars primitivarum vocum significationes tam varium in modum commutare potest — praesertim in adjectivis aut appellativis formandis — ut frustra leges quaesiveris generales, quibus Derivatorum ad Primitiva sua rationem definire possis. Usitatissima snffixa *Taddhita* sunt haec: अ, इन्, इष्ठ, ईयस्, तम, तर, तस्, ता, त्व, मत्, य, वत् et शस्. Ea quibus asterisci signum est praepositum, *Vriddhim* requirunt:

*अ	*आकि *a.*	अस् *c.*	आट *d.*	*आयनि *f.*	आल *d.*
*अक	अय *b.*	आ	*आयन *e.*	*आयन्य *f.*	आलु *g.*

आहि	ईर	कि *p.*	तर	दानीम्	लु
*इ	ईल	किन्	तराम्	देशीय	व
*इक	*उक *i.*	कीय	तस्	देश्य	वत्
*इका	उर	कुण *q.*	ता	द्वयस	वल
इत	ऊ	कृत्वस् *r.*	ति *v.*	ध *z.*	विन्
इन्	ऊल *k.*	गोयुग	तिथ	धा *z.*	व्य
इन	एत्य *l.*	गोष्ठ	तीय *w.*	ध्य *z.*	श
*इनेय	एधुस्	चण *s.*	तैल	म	शस्
इभ	एन्य	चन	त्न	मत्	शाकट
इम	*एय	चर	त्य	मय	शाकिन
इमन्	*एयक	चित् *t.*	त्यका *x.*	मात्र	षड्व
इय	एयिन् *m.*	चुञ्चु *s.*	त्र	मिन्	स् *r.*
इर	*एर *n.*	जातीय	त्रा	मीय	स
इल	*ऐर *n.*	जाह	त्व	य	सात्
इष्ठ	*क	ठ *u.*	थ	या	स्तात्
*ईक *h.*	कट	*तन	था	र	स्य
ईन	कड्या	तन	थ्य *y.*	रूप	
ईय	कल्प	तमाम्	दघ्न	र्हि	
ईयस्	*कायनि *o.*	तय	दा	ल	

a) Rarissimum est formatque Patronymica, e. c. वैयासकि *filius, prognatus Vyâsi* (*r.* 650.).

b) Hoc suffixo Grammatici deducunt द्वय *n. par,* cujus Femin. द्वयी ejusdem est significationis, a द्वि *duo.*

c) Hoc suffixo anomale formari dicuntur पुरस् *ante* e पूर्व *anterior* et अधस् *infra* ex अधर *inferior.*

d) आट atque आल formant वाचाट ac वाचाल *loquax* e वाच् *loquela.*

e) Format nonnulla Patronymica, e. c. नाडायन *Nadi proles;* item रामायण (*r.* 94[a].), carmen Râmum celebrans.

f) Format Patronymica.

g) E substantivis nonnulla format adjectiva, e. c. दयालु *misericors* e दया *misericordia,* निद्रालु *somnolentus* e निद्रा *somnus.*

h) Rarissimum est et format e.c. sine ulla significationis mutatione द्वैतीयीक *secundus* e द्वितीय.

i) Rarissimum est formatque e.c. कार्मुक *habilis*, tanquam Subst. neut. *arcus*, e कर्मन् *factum* (v. *r.* 651.).

k) Rarissimum est ac format e.c. वातूल *m. turbo*, tanquam Adj. *rheumaticus* e वात *ventus*.

l) Hoc suffixo explicant दूरेत्य *remotus* e दूर *remotus*, et nonnulla alia adjectiva. Fortasse दूरेत्य constat e दूर et इत्य, ab इ *ire*.

m) Nonnullis nominibus propriis adjungitur.

n) एर atque ऐर nonnulla formant Patronymica.

o) Perraro invenitur et Patronymica tantum format.

p) Nonnulla format Patronymica.

q) Rarissimum est et monente FORSTERO primitivi significationem non commutat.

r) V. *r.* 261.

s) चण et चुञ्चु sunt adjectiva (quae significant famosum), quae in compositis tantum inveniuntur atque hac de causa suffixis annumerantur; e.c. विद्याचण, विद्याचुञ्चु *scientiâ famosus* (v. WILSON).

t) V. *r.* 284.

u) Format कर्मठ *diligenter perficiens* e कर्मन् *factum*.

v) V. *r.* 286.

w) Format द्वितीय *secundus* ac तृतीय *tertius*.

x) Hoc suffixo formari dicuntur अधित्यका atque उपत्यका e praepositionibus अधि et उप. Ut mihi videtur ex his praepositionibus primo orta sunt obsoleta Adjectiva अधित्य, उपत्य, per suffixum त्य (q. v.), unde, suffixo क vel अक in fem. addito, descenderint अधित्यका, उपत्यका.

y) Format nonnulla adjectiva usu non frequentia; e.c. अविष्य *ovi conveniens* ab अवि *ovis*.

z) V. *r.* 262.

*अ format 1) Patronymica, quorum feminina in ई desinunt, e.c. वासिष्ठ, दाक्ष, भार्गव, वैवस्वत e वसिष्ठ, दक्ष, भृगु, विवस्वत् (v. *r.* 83[a].); द्रौपदी *filia Drupadi* a द्रुपद; दौहित्र *filius filiae*, दौहित्री *filia filiae*, a दुहितृ. Proxime cum Patronymicis conveniunt denominationes fructuum a nominibus arborum ac

plantarum sumptae, e quibus oriuntur; quae omnes gener. neutr. sunt. E. c. आश्वत्थ, वैणव, प्लाक्ष, नैयग्रोध (*r.* 649.), *fructus* अश्वत्थ, वेणु, प्लक्ष, न्यग्रोध *arborum.* A समुद्र *mare* descendit सामुद्र *n. sal marinus,* tanquam a mari productus. 2) Abstracta gen. neut.; e. c. सौहृद et सौहार्द (*r.* 648.) *amicitia* a सुहृद् *amicus,* यौवन *juventus* e युवन् *juvenis,* शौच *puritas* e शुचि *purus,* लाघव *levitas* e लघु *levis.* 3) Collectiva gen. neut.; e. c. कापोत *turba columbarum* a कपोत, आश्व *multitudo equorum* ab अश्व, क्षैत्र *multitudo agrorum* a क्षेत्र. 4) Adjectiva, quorum femin. maximam partem exeunt in ई, atque Appellativa, utraque diversissimae rationis; e. c. वैयुष्ट *Adj. quod mane fit* a व्युष्ट *prima lux,* राजत *argenteus* a रजत, सौवर्ण *aureus* a सुवर्ण, सांवत्सर *annuus* a संवत्सर, सौकर *more suum se habens* a सूकर, द्वैप *m. currus pellibus tigrinis obtectus* a द्वीप *pellis tigrina.* — मातृ in fine compositorum, quorum pars prior est vocabulum numerale vel una vocum सत्, भद्र *bonus,* ad Patronymica formanda, ante suffixum अ transit in मातुर्; e. c. भाद्रमातुर *filius bonae matris* a भद्रमातृ *bona, casta mater.;* ejusdem significationis est साम्मातुर*) a सम्मातृ, formâ anomalâ pro सन्मातृ e सत् + मातृ (v. *r.* 58.).

*अक, *क. In derivatis a primitivis in अ desinentibus, ambo haec suffixa, ob *r.* 650., non inter se distingui possunt. Usu non frequentata sunt, atque ne unum quidem exemplum me videre memini, quod non per क explicari possit; nam मैधक e मेधा et छान्दसक e छन्दस् quae WILKINSUS (p. 528.) affert, apud WILSONIUM non inveniuntur, neque a me unquam apud scriptores reperta sunt. Haec suffixa formant: 1) Collectiva gen. neut., e. c. राजन्यक *agmen Kschatriyorum* a राजन्य, वात्सक *multitudo vitulorum* a वत्स, औक्षक *grex bovum* ab उक्ष, कैदारक *multitudo agrorum* a केदार, धैनुक *grex vaccarum* a धेनु, हास्तिक *grex elephantorum* ab हस्तिन् (*r.* 651.). 2) Sine *Vriddhi,* adjectiva et substantiva variae rationis, nec non diminutiva; e. c. मद्रक, सिन्धुक *Madrensis, Sindhuensis,* शीतक *m.* 1. *tempestas frigida, tempus anni frigidum,* 2. *vir piger* a शीत *frigidus;* उष्णक *m.* 1. *tempus anni calidum,* 2. *Adj. habilis,* ab उष्ण *calidus;* अधिक *superior, major* ab अधि *super,* बालक *m. puer, parvulus* a बाल ejusdem significationis, वत्सक *quaedam arbuscula* (secundum WILSON. « *Wrightea antidysenterica* »). Dictae voces explicantur per suffixum क, e contrario वैदेहक *m. mercator,* a विदेह additâ *Vriddhi,* per अक.

---

*) WILSONUS scribit सम्मातुर omissâ *Vriddhi.*

आ, आहि formant adverbia cum sensu Locativi e दक्षिण *australis* atque उत्तर *septentrionalis*, quare दक्षिणाहि sive दक्षिणा *ad austrum*, उत्तराहि sive उत्तरा *ad septentrionem*.

***इ** raro invenitur formatque 1) Patronymica, praesertim e vocibus in अ desinentibus, e.c. दाशरथि *Dasarathida* a दशरथ. 2) Adjectiva cum femin. in ई desinentibus, quae tamen aptius a suffixo अ derivantur, quia इ in fem. pariter इ sonat. 3) Adverbia e Substantivis, quae cum semet ipsis conjunguntur, ad actionem reciprocam exprimendam. Prius hujusmodi compositorum membrum अ finale producit, atque aliae breves vocales vel item in आ vel in sibi respondentem longam vocalem transeunt; longae vocales aut non mutantur aut in आ transformantur. E.c. हस्ताहस्ति *manus contra manum* ab हस्त, मुष्टामुष्टि sive मुष्टीमुष्टि *pugnus contra pugnum* a मुष्टि, बाहाबाहवि sive बाहूबाहवि *brachium contra brachium* a बाहु (v.r. 650. 2.), नानावि sive नौनावि *navis contra navem* a नौ, धनुर्धनुषि *arcus contra arcum* a धनुस्.

***इक** format 1) Adjectiva, plerumque cum femin. in ई desinentibus; e.c. हैमन्तिक *hiemalis, frigidus* ex हेमन्त *hiems*, नैशिक *nocturnus* e निशा *nox*, धार्मिक *probus* e धर्म *officium, jus, virtus*. 2) Collectiva gen. neut., e.c. कैदारिक *multitudo agrorum* e केदार.

***इका**, femininum praecedentis इक, format Substantiva abstracta e Compositis ordinis *Dvandva* (v.r. 655.), abjectâ Dualis terminatione; e.c. पैतापुत्रिका *negotium patris ac filii* a पितापुत्रौ *pater filiusque*.

इत est suffixum participiale त (r. 606.) quod, inserto इ, etiam nonnullis Substantivis adjungitur, ad adjectiva possessiva formanda; e.c. फलित *fructu praeditus* a फल *fructus*. Eodem sensu इन quoque componitur cum फल *fructus*, मल *sordes, lutum*, रथ *currus* et शृङ्ग *cornu*; e.c. शृङ्गिण *cornutus* (v.r. 94[a]).).

इन् innumera format possessiva, tam adjectiva quam substantiva, e substantivis in अ vel आ desinentibus; e.c. बलिन् *robore praeditus, fortis*, a बल *robur*, धनिन् *dives* a धन *divitiae*, दन्तिन्, करिन्, हस्तिन् *elephantus* (verbo tenus *dentibus, proboscide praeditus*) a दन्त *dens*, हस्त et कर *manus, proboscis*; केशिन् *leo* (*crinitus*) a केश *crinis*, मायिन् *fraudulentus, magus* a माया *praestigiae, magia*. Femininum इनी etiam Collectiva format e पद्म aliisque vocibus lotum florem significantibus; item e खल *area*, हल *aratrum* atque उलूक *ulula*; e.c. पद्मिनी *lotorum multitudo, lotorum lacus*. — Suffixum वत् idem significat atque इन् et saepissime

conjungitur cum substantivis cujusvis modi, sine respectu litterae finalis; e. c. बलवत् *fortis*, धनवत् *dives*, विद्यावत् *scientia praeditus*, भास्वत् *splendidus, splendore praeditus* a भास् *splendor*, विद्युत्वत् *nubes*, (*fulgur habens*) a विद्युत् *fulgur*. वत् format etiam pronomina derivativa, secundum *r*.283. Femininum hujus suffixi est वती (v. *r*.218.). — मत्, मिन् et विन् idem significant ac इन् et वत्, sed rarioris sunt usus; मिन् rarissime adhibetur, exempla sunt गोमिन् *boves* aut *vaccas possidens*; स्वामिन् *dominus, possessor* a स्व *suus, proprius*, producto अ. — विन् format स्रग्विन् *sertum e floribus habens* a स्रज्, mutato ज् in ग् (v. annot. ad *r*.89.); ceterum hoc suffixum fere solum vocibus in आ vel स् desinentibus adjunctum invenitur; e. c. मेधाविन् *intellectu praeditus* a मेधा *intellectus*, तेजस्विन् *splendore* aut *robore praeditus* a तेजस् *splendor, robur* — मत् latioris est usus ac विन्, e.c. श्रीमत् *fortunatus* a श्री *fortuna*, मणिमत् *gemmas possidens* a मणि *gemma*, धनुष्मत् *arcitenens* a धनुस् *arcus* (*r*.101[a].). — Suffixa इन्, मिन् ac विन् flectuntur secundum *r*.222., मत् et वत् secundum *r*.218. In fem. horum suffixorum additur ई.

इन v. इत.

*इनेय format Patronymica e quibusdam femininis; e.c. सौभागिनेय *honestae matris filius* a सुभगा (v. *r*.648.), बान्धकिनेय *filius adulterae* a बन्धकी.

इभ adjectiva e nonnullis substantivis format, e.c. वलिभ *rugosus* e वलि *ruga*.

इम aliquot format adjectiva, e.c. पाकिम *maturus* a पाक *maturitas*, अग्रिम *praestantissimus* ab अग्र *cuspis*.

इमन् nomina abstracta gen. masc. e quibusdam adjectivis format. उ finale ante hoc suffixum contra *r*.650.*b*. abjicitur, ऋ medium ante unam consonantem transit in र, ante duas vero non mutatur; finales consonantes una cum praecedente vocali abjiciuntur. E.c. प्रथिमन् *latitudo* a पृथु *latus*, कृष्णिमन् *nigritia* a कृष्ण *niger*, ऋजिमन् *rectitudo* a ऋजु *rectus*, महिमन् *magnitudo* a महत् *magnus*. — गुरु *gravis* et बहु *multus* formant anomala गरिमन् *gravitas* ac भूमन् *multitudo* (cf. annot. ad *r*.251.).

इय format quaedam adjectiva et substantiva; e.c. यज्ञिय *sacrificio aptus* a यज्ञ *sacrificium*, अग्रिय 1. *praecipuus*. 2. *m. frater maximus natu*, ab अग्र *cuspis*.

इर, इल, ईर, ईल, ल formant aliquot adjectiva possessiva ex substantivis; e.c. मेधिर, मेधिल *intellectu praeditus* a मेधा *intellectus*, काण्डीर *arcitenens, sagittarius* a

काण्ड *sagitta,* धमनील *venosus* a धमनि *vena,* फेणाल *spumosus* a फेण *spuma,* पांसुल *pulverulentus* a पांसु *pulvis.*

इष्ठ v. r. 251, 252 et 253.

ईन formăt 1) adjectiva, maximam partem sine *Vriddhi;* e. c. कुलीन *nobilis, e generosa familia oriundus,* a कुल *familia;* समीन *annuus* a समा *annus,* प्रीण *vetus* a प्र *ante* (r. 94[a].); 2) aliquot appellativa gen. neutr. adjectâ *Vriddhi;* e. c. तैलीन *ager sesamum proferens* a तिल *sesamum.*

ईय format 1) cum *Vriddhi,* Patronymica e vocibus quae cognationem indicant; e. c. स्वास्रीय *sororis filius* a स्वसृ. 2) Sine *Vriddhi,* adjectiva et substantiva variae rationis; e. c. अश्वीय *equinus,* tanquam substantivum gen. neut. *equorum multitudo,* किरातार्जुनीय *n.* nomen carminis, quod pugnam celebrat *Ardschuni* cum *Sivo* formâ *Kirâti* induto. 3) Pronomina possessiva, v. *r.* 289.

ईयस् v. *r.* 251, 252 et 253.

ईर, ईल v. इर.

उर format aliquot adjectiva possessiva, e. c. दन्तुर *magnum et prostantem dentem habens* a दन्त *dens.*

उल Hoc suffixo formari dicitur मातुल *m. avunculus* e मातृ; cum tamen र् et ल् semivocales facile inter se mutantur, मातुल mihi ex मातुर ortum esse videtur (cf. suffixum अ).

एद्युस् vel potius द्युस्, a द्यु *dies* adjecto स् adverbiali vel Locativum significante, adjungitur vocibus पूर्व *anterior,* अन्य, पर, अपर, इतर *alius,* अन्यतर *alteruter,* अधर *inferior,* उत्तर *superior;* ita ut haec adjectiva vocalem अ finalem in ए convertant, id quod occasionem dedit Grammaticis, ut suffixum एद्युस् proponerent, eodemque explicarent adverbia पूर्वेद्युस् *pridie* et *mane,* अन्येद्युस् *alio die* etc. Pro परेद्युस् *cras* (cf. *perendie*) dicitur etiam परेद्यवि, ubi द्यवि manifesto est Locativus, vel obsoletus, a द्यु adjectâ *Gunâ* et additâ terminatione Locativi इ formatus, vel regularis a cognato द्यो*). Praeter adjectiva modo commemorata etiam उभय *ambo*

---

*) Etiam prior horum compositorum pars, id quod recte Schlegelius monuit, tanquam Locativus explicari potest (v. *Indische Bibl.* Vol. I. p. 363. et *r.* 279.). Quum tamen अ finale facile in ए convertitur, ita ut e. c. परे in परेण, परेभ्यस्, परेषाम्, परेषु thematis vice fungatur: eadem ratione, ubi adjectiva ista commemorata cum द्युस्, quasi cum suffixo derivativo, sunt composita, diphthongum illam ortam esse affirmaveris.

cum द्युस् compositum invenitur, aut अ finali item in ए converso aut non mutato, unde उभयेद्युस् vel उभयद्युस् *utroque die.*

एन्य aliquot format adjectiva atque appellativa, e. c. प्रावृषेण्य (v. r. 94[a].) *auctumnalis* a प्रावृष् *pluviale tempus, auctumnus.*

*एय format 1) Patronymica, e. c. आत्रेय *Atrida* ab अत्रि, गाङ्गेय *Gangida* a गङ्गा. 2) Adjectiva atque appellativa, e. c. माहेय *e terra factus* a मही *terra*, साखेय *amicalis* a सखि *amicus*, गैरेय *n. bitumen* a गिरि *mons*. 3) Aliquot Abstracta et Collectiva; e. c. ज्ञातेय *n. cognatio* a ज्ञाति *cognatus*, पौरुषेय *m. multitudo virorum* a पुरुष.

*एयक quaedam adjectiva atque appellativa performat; e. c. यौवनेयक *juvenilis* a यौवन *juventus*, ग्रैवेयक *n. collare* a ग्रीवा *cervix.*

क v. अक.

कट a rad. कट् *ire, pluere, tegere* suff. अ, est vocabulum quod etiam separatim invenitur, variis significationibus, quam ob rem male suffixis annumeratur. Cum उमा, तिल, अलाबु compositum, pulverem significat, et ibi *Taddhitum* esse dicitur; e. c. उमाकट *pulvis seminis lini.* Etiam ubi compositum est cum praepositionibus वि, नि, सम्, प्र et उत्, pro suffixo habetur, quo formentur substantiva et adjectiva variae rationis; e. c. उत्कट *multus, nimius, ebrius*, tanquam substantivum, *elephantus coitum appetens.*

कड्या substantivum gen. fem. est, quod separatim non usurpatur; in compositione cum रथ nonnullisque aliis vocibus significat *multitudinem.*

कल्प item substantivum est, gen. masc. Ubi in compositis pro suffixo habetur, exprimit *similitudinem, speciem*, cum notione diminuendi vel contemnendi. Idem valent देश et देशीय a radice दिश् *monstrare.* E. c. पटु *disertus*, पटुकल्प, पटुदेश, पटुदेशीय *aliquantulum disertus*; कवि *poëta*, कविकल्प, कविदेश, कविदेशीय *poetilla*; सुवर्ण *aurum*, सुवर्णकल्प, -देश, -देशीय *auro similis, auri speciem habens.*

किन् aliquot performat adjectiva; e. c. वातकिन् *ventosus, rheumaticus* a वात *ventus.* Flectitur secundum r. 222.

कीय adjectiva e nonnullis substantivis format, e. c. जनकीय *humanus* a जन *homo.*

गोयुग, गोष्ठ composita sunt e गो *bos m. f.* cum युग *n. par* (a युज् *conjungere*) et स्थ *stans*; qua re prius significat *par vaccarum* vel *boum*, separatim autem non videtur usurpari; posterius significat *stabulum vaccarum.* Ubi गोयुग et गोष्ठ cum aliis ani-

malium nominibus componuntur, abjiciunt significationem vocis गो, indicantque *par* et *stabulum* aut *ferarum specum* in universum, quo factum est ut a Grammaticis illa pro suffixis haberentur. E. c. गोगोयुग *n. par vaccarum* vel *boum*, महिषगोयुग *n. par boum bubalorum*, गोगोष्ठ *m. n. vaccarum stabulum*, अश्वगोष्ठ *m. n. equile*, सिंहगोष्ठ *spelunca leonis*. — षड्गव *n. numerus sex vaccarum* vel *boum* (a षष् *sex* et गो suffixo अ) pari modo in compositis significationem vocis गो amittit, ita ut nonnisi numerum senarium significet, quare pro suffixo habetur; e. c. गोषड्गव *n. numerus sex vaccarum* vel *boum*, महिषषड्गव *n. numerus sex boum bubalorum.*

चन componitur cum किम् (v. r. 284.), et कदा *quando*, posterius in hac compositione significat *unquam*.

चर a. चर् *ire* rarissime usurpatur et quidem ad tempus praeteritum indicandum; e. c. दृष्टचर *antea visus*.

जातीय, जाह substantiva sunt, quae in compositis tantum, sed raro, reperiuntur. Prius derivatum videtur a जात vel जाति per suffixum ईय, atque exprimit *genus*; e. c. अश्वजातीय *genus equorum*; जाह incertae originis significat radicem; e. c. कोशजाह *radix capilli*.

तन *) convenit cum Latinis suffixis *tinus* et *ternus* formatque adjectiva ex adverbiis quodpiam tempus significantibus; e. c. श्वस्तन *crastinus* a श्वस् *cras*, ह्यस्तन *hesternus* a ह्यस् *heri*, सायन्तन *vespertinus* e सायम् *vespere* (accusativo adverbiali), सदातन *sempiternus* a सदा *semper*. A प्राह्ण *dies antemeridianus* et युग *mundi aetas*, vel potius ab eorum Locativis adverbialiter positis, descendunt प्राह्णेतन, युगेतन. Praepositio प्र quoque cum तन componitur ad formandum प्रतन *pristinus*.

तम, तमाम्, तर, तराम् v. r. 248-251. r. 253, 277 et 283. तराम् et तमाम् sunt Accusativi femin., quibus adverbia formantur ex adverbiis, veluti उच्चैस्तराम् *altius* vel *peralte*, उच्चैस्तमाम् *altissime* vel *peralte*. Rarissime tamen usurpantur adverbiales hi Accusativi, qui etiam simplices verbis apponi possunt; e. c. वदति तराम् *magis s. permultum loquitur*, वदति तमाम् *plurimum s. permultum loquitur*.

तय ex aliquot numeralibus format Collectiva gen. neut. quae significatione respondent Graecis in άς; e. c. त्रितय *τριάς, trias* a त्रि, चतुष्टय *τετράς* a चतुर्.

तर, तराम् v. तम.

*) Hoc suffixum originem trahit, ut equidem puto, a radice तन् *extendere* suffixo अ.

तस् format adverbia, quae Ablativi rationem designant, e substantivis et pronominibus, quorum Ablativi vice saepe haec adverbia funguntur, praesertim in pronominibus. Interdum quoque significationem Locativi vel Accusativi sing. pronominum illa exprimunt (v. ततस्, यतस्, इतस्, अतस् in Glossar.). E. c. धर्मतस् *ex jure*, इतस् *hinc*, etc. अतस् *hinc*, etc. यतस् *unde* etc. कुतस् *unde?* (a stirpe कु quae declinatione caret atque in कुतस् et कुत्र *ubi?* solum est conservata).

ता, त्व formant substantiva abstracta, prius feminina, alterum neutra; e. c. बहुता, बहुत्व *multitudo* a बहु *multus*, पृथुता, पृथुत्व *latitudo* a पृथु *latus*. ता frequentioris est usus ac त्व, quod item ad usitatissima pertinet suffixa.

तिथ format adjectiva ordinalia e pronominibus derivativis in वत् desinentibus (vid. r. 283.), quorum त् finale ante तिथ abjicitur; item ex बहु *multus* paucisque aliis vocibus; e. c. तावतिथ *totus*, यावतिथ *quotus*, बहुतिथ (Nalus XIII. 2.), ad quod exprimendum ceterae linguae voce analoga carent, quum e. c. germanice dicere non possis *der vielste*, ad modum *der sovielste*, *wievielste*.

तैल est substantivum gen. neut., quod significat *oleum sesami* (a तिल); in compositis significat *oleum* in universum et ibi pro suffixo habetur.

त्न quod per syncopen ex तन ortum esse videtur, format adjectiva temporalia ex परुत् *Adv. anno superiore*, परारि *Adv. anno qui praecessit annum superiorem*, चिर *longus, de tempore*, नु pro नव *novus*; item e praepositione प्र; e. c. चिरत्न *antiquus, vetus*.

त्य format 1) adjectiva, plerumque usu non frequentia, ex adverbiis in तस् et त्र desinentibus, item ex इह *heic*, क्व *ubi?* अमा *cum*, nec non e praepositionibus नि et निस्; e. c. तत्रत्य *qui illius loci*, इहत्य *qui hujus loci est*, नित्य *sempiternus*. 2) Adjectâ *Vriddhi*, adjectiva ex adverbiis दक्षिणा *ab dextra parte, ad meridiem*, पश्चात् *a tergo, ad occidentem*, पुरस् *in fronte, ad orientem*; e. c. दाक्षिणात्य *meridionalis, a meridie oriundus*, पौरस्त्य *antecedens, primus, orientalis*.

त्र format adverbia cum significatione Locativi tam e stirpibus pronominalibus quam ex vocibus quae pronominum declinationem sequuntur; item e बहु *multus*; e. c. अत्र, तत्र *hic*, अमुत्र *illic* (v. r. 271.), कुत्र *ubi?* (v. suffixum तस्), यत्र *ubi*, सर्वत्र *ubique*, अन्यत्र *alibi* etc.

त्रा format 1) quaedam Collectiva gen. fem., e. c. गोत्रा *grex vaccarum*. 2) Adverbia rarissimi usus cum sensu Locativi aut Accusativi e देव *deus*, पुरुष *vir, homo*, मर्त्य *mortalis*, बहु *multus*; e. c. मनुष्यत्रा *inter homines*.

त्व v. ता.

थ formant चतुर्थ *quartus* a चतुर् et षष्ठ *sextus* e षष् (v. r. 81.).

थम्, था formant adverbia quae modum, rationem indicant, e stirpibus pronominalibus; e. c. तथा *ita, sic* e त (*r.* 267.), यथा *sicut* e य (*r.* 272.), अन्यथा *aliter* ex अन्य, सर्वथा *omnimodo* a सर्व. — थम् format tantum कथम् *quomodo* (v. *r.* 273.) et इत्थम् *sic*, ut mihi videtur e perdito neutro इत् (*r.* 270.).

दघ्न, द्वयस sine dubio substantiva sunt quae separatim usu non conservata sunt. In compositis Adjectivis significant mensuram; e. c. पुरुषदघ्न, पुरुषद्वयस *viri mensuram habens* (WILSONUS scribit द्वयस). — मात्र *n. mensura*, quamquam separatim occurrit, tamen pro suffixo ejusdem generis habetur.

दा adverbia temporalia format haec: सर्वदा सदा *semper, omni tempore* *), एकदा *olim*, कदा *quando?* यदा *quando, quo tempore*, तदा *tunc*, अन्यदा *alio tempore*, नित्यदा *semper* a नित्य *sempiternus*.

दानीम् format adverbia तदानीम् *tunc* et इदानीम् *nunc*, e stirpibus त et इ. **)

देश्य, देशीय v. कल्प.

द्वयस v. दघ्न.

न nonnulla format adjectiva et substantiva; e. c. प्रण *vetus* a प्र, पुराण *vetus* a पुरा *olim* (v. r. 94ᵃ.), बलिन *rugosus* a बलि *ruga*; et adjectâ *Vriddhi*, स्त्रैण *muliebris*, tanquam substantivum gen. neut. *muliebritas* a स्त्री *femina*.

पाश substantivum est quod significat *vinculum, funem*; ubi pro suffixo habetur indicat *deminutionem, contemtionem*. E contrario usurpatur रूप *forma* ad praestantiam exprimendam. Utrumque hoc suffixum perraro invenitur.

म numeralia format et quaedam alia adjectiva uti अधम *vilis* ab अध, मध्यम *medius* a मध्य *medium*.

मत् v. इन्.

मय adjectiva format quae materiam vel naturam originemve alicujus rei exprimunt; e.c. काष्ठमय *ligneus* a काष्ठ *lignum*, मायामय *magiâ productus* a माया *praestigiae*,

---

*) सदा quod, ut equidem puto, venit a stirpe pronominali स (v. r. 267.), corruptum esse dicitur e सर्वदा.

**) Orta esse videntur haec adverbia ex illis in दा desinentibus, adjecto नीम्, et quidem तदानीम् e तदा et इदानीम् e perdito इदा a stirpe इ. Cf. p. 247. Gerundium *Vedicum* in त्वीनम् desinens cum regulari in त्वा.

तेजोमय *splendidus* a तेजस् *splendor* v. r. 85. Invenitur tamen contra hanc euphoniae regulam अयस्मय *ferreus* pro अयोमय nec tantum in *Vedis* (v. Pâninim. I. 4. 20.) sed etiam in Mahâ-Bhârato (v. Gloss.).

मात्र v. द्घ्न.

मिन् v. इन्.

*य omnes significationes suffixi अ sibi vindicat, ita ut formet 1) Patronymica, e. c. धौम्य, आगस्त्य, मानव्य a धूम, अगस्ति, मनु (v. r. 650.). 2) Substantiva abstracta gen. neut., e. c. माधुर्य *dulcedo* a मधुर *dulcis*, पैशुन्य *malignitas* a पिशुन *malignus*. अर्हत् *dignus*, quod est partic. praes. radicis अर्ह् format आर्हन्त्य *m.* e fortiori themate अर्हन्त् (v. r. 218.); femin. अर्हन्ती quoque, per solum *Vriddhis* incrementum pro abstracto usurpatur, scilicet आर्हन्ती. — 3) Collectiva gen. neutr., e. c. कैदार्य *multitudo agrorum* a केदार, कैश्य *coma* a केश *capillus*. 4) Adjectiva quorum fem. in आ desinunt, et appellativa, utraque maximam partem sine *Vriddhi*; e. c. दिव्य *coelestis, gratiosus* a दिव् *coelum*, धन्य *dives, fortunatus* a धन *divitiae*, मुख्य *praecipuus* a मुख *os, vultus*, वन्य *silvester, in silva natus* a वन *silva*, रथ्य *n. rota*, रथ्य *m. equus curulis* a रथ *currus*. Exemplum cum *Vriddhi* est सौम्य *lunaris* a सोम *luna*.

या femin. suffixi praecedentis format aliquot Collectiva, sine *Vriddhi*; e. c. गव्या *grex vaccarum* a गो, रथ्या *multitudo curruum* a रथ.

र perpauca derivata varii generis format; e. c. मधुर *dulcis* a मधु *mel*, अश्मर *lapidosus* ab अश्मन् *lapis*; नखर et पाण्डुर idem significant ac नख *unguis* et पाण्डु *flavescente albo colore*; तमिस्र *n. obscuritas*, तमिस्रा *f. magna obscuritas, nox caliginosa* a तमिस् pro तमस् *obscuritas*.

रूप v. पाश.

र्हि format एतर्हि *nunc* ex एत (v. r. 269.) et कर्हि *quando?* quod cum चित् conjunctum *unquam* significat, et plurimum in constructione cum न *non* invenitur ad exprimendum *nunquam*.*)

ल v. इर.

---

*) Ut mihi videtur, र् ad primitivam vocem pertinet, ita ut एतर्हि, कर्हि per suffixum हि ortae sint ex perditis formis एतर्, कर्, quibus cognata sint Gothica adverbia pronominalia *thar ibi hvar ubi* ex thematibus *tha* et *hva* adjecto *r* orta.

लु format nonnulla adjectiva possessiva, e. c. दयालु, कृपालु *misericors* a दया, कृपा *misericordia.*

ल format केशल *comam multam vel pulchram habens* a केश *capillus*, nonnullaque alia derivata.

वत् v. इन्. Praeterea वत् significat *sicut*, ubi revera proprium vocabulum est, quamquam non separatim, sed substantivorum thematibus tantum adjectum usurpatur; e. c. सिंहवत् *leonis instar*, चन्द्रवत् *lunae instar.*

वल nonnulla format adjectiva et appellativa possessiva; e. c. ऊर्जस्वल *fortis* ab ऊर्जस् *fortitudo*, शिखावल *crista instructus*, tanquam substantivum *m. pavo*, a शिखा *cacumen, crista*, दन्तावल *elephantus* a दन्त producto अ.

विन् v. इन्.

व्य format पितृव्य *patruus* et भ्रातृव्य *fratris filius* e पितृ, भ्रातृ.

श format aliquot adjectiva possessiva, item appellativa; e. c. लोमश *Adj. pilosus*, लोमश *m. aries*, लोमशा *f. vulpes* a लोमन् *corporis pilus.*

शस् (cf. κις) adverbia format 1) e numeralibus et substantivis aut adjectivis quae exprimunt *mensuram* vel *multitudinem*, e. c. एकशस् *singulatim*, द्विशस् quasi *binatim*, शतशस् *centenatim*, सहस्रशस् quasi *millenatim*, गणशस् *gregatim, catervatim*, क्रमशस् *gradatim.* 2) Ex adjectivis cujusvis rationis, in constructione cum substantivis, ubi शस् in adjectivo locum tenet terminationum, quibus casus exprimuntur; e. c. Nalus VIII. 21. नलामात्येषु मुख्यशः pro मुख्येषु *Nali-consiliariis praecipuis.*

शाकट, शाकिन substantiva gen. neut. sunt, quae separatim non occurrunt, in compositis vero campum significant; e. c. तिलशाकिन *n. campus sesamum proferens*

षड्ग v. गोयुग.

स aliquot format adjectiva, e. c. तृणस *gramineus* a तृण *gramen*; cum *Vriddhi*, त्रापुष *stanneus* a त्रपु *stannum* (v. *r.* 101[a].).

सात् in modum casus notae cum nomine rei conjungitur, in quam alia res mutatur. Saepissime occurrit in constructione cum कृ *facere*, conjunctum praesertim cum भस्मन् *cinis*; e. c. भस्मसात् कृत *in cinerem versus.*

स्तात् format adverbia e praepositionibus; e. c. उपरिष्टात् (v. *r.* 101[a].) *super* ex उपरि *super.* अधस्तात् *sub* et पुरस्तात् *in fronte, ad orientem*, a Grammaticis explicantur ex अधर et पूर्व, quamquam propiora sunt vocabulis पुरस् atque अधस्, a

quibus suppresso altero utro स् descendere potuerunt; nisi potius, id quod multo verisimilius est, verum suffixum est तात् i. e. त cum Ablativi terminatione, ita ut sibilans in अवस्तात्, उपरिष्टात् etc. ad praepositionem primitivam sit referenda, vel pro euphonica littera inserta habenda (cf. *r.* 111. परि, प्रति, सम्).

स्य format मनुष्य *homo* a मनु *Manuus*, item femininum धेनुष्या *) a धेनु secundum *r.* 101[a)].

---

*) Secundum WILS. «*A cow at the dairy or tied up to be milked.*»

COMPOSITA.

653. Radices plurimae, ubi verborum munere funguntur, non nisi cum praepositionibus quas in *r.* 111. attulimus, componi possunt; solummodo मन् *cogitare, arbitrari,* et verba auxiliaria अस्, भू *esse* et कृ *facere* cum aliis quoque vocibus composita inveniuntur; et मन् quidem cum बहु conjungitur ad exprimendum *magni aestimare,* e. c. Indralôk. IV. 15. सम्मानम् बहुमन्य *honorem magni aestimando* (cf. *r.* 635.); कृ *facere* cum अलम् *satis* conjunctum significat *ornare;* cum substantivo indeclinabili नमस् (*adoratio*) *adorare,* cum adverbio तिरस् (*flexuose*) *conviciari;* cum पुरस् (*ante*) *anteponere.* अस् et भू *esse* conjunguntur cum प्रादुर् *palam,* ad exprimendum *apparere, in conspectum venire, oriri.* Praeterea radices अस्, भू et कृ conjunguntur cum substantivis et adjectivis, ita ut ई terminatio his adjiciatur, ante quam अ et आ vocales abjiciantur; e. c. कुण्डलीकृ *annulum aliquid efficere* a कुण्डल, मात्रीभू *matrem fieri* a मातृ. उ et ऊ vocalibus in hujusmodi compositis ई quidem non adjungitur, उ autem producitur; e. c. लघूकृ *levem efficere* a लघु. Voces quaedam in स् desinentes, hanc litteram abjiciunt, deinde leges quas statuimus sequuntur, eaeque sunt: मनस् et चेतस् *animus,* रजस् *pulvis,* रहस् *solitudo,* चक्षुस् *oculus,* अरुस् *ulcus;* e. c. रजीकृ, अरूकृ. Nonnullarum vocum in अ exeuntium producitur solummodo haec littera; e. c. दुःखाकृ *dolore afficere* a दुःख *dolor.*

654. Composita nominalia a Grammaticis in sex classes dividuntur, quarum quamque nomine signant technico.

CLASSIS PRIMA.

COMPOSITA COPULATIVA द्वन्द्व DICTA.

655. Proprium est linguae Sanscritae hoc Compositorum genus, quo componuntur vel duo vel plura Substantiva, quae in eadem casuum ratione versantur atque, quod ad significationem attinet, per *et* inter se conjuncta sunt. Casuum ratio autem nonnisi in ultimo membro exprimitur. Distinguuntur duae *Dwandvorum* vel Copulativorum species. Prior ultimum Compositi membrum habet in Duali si dua, in Plurali si plura duobus Substantiva inter se conjuncta sunt; ita tamen, ut quodvis Compositi membrum singularem conservet notionem, quia vocis finalis terminatio numeralis nonnisi summam indicat rerum vel personarum quae vocabulum compositum constituunt; e.c. चन्द्रादित्यौ *luna et sol,* सुन्दोपसुन्दौ *Sundus et Upasundus,* नरव-रराक्षसौ (नर *vir,* वर *optimus*) *virorum optimus et Rākschasus* (Hidimba IV. 36.); दम्पती et जम्पती *uxor et maritus**), वाङ्मनसौ (वाच् *f.* + मनस् *n.* v. r. 58.) *sermo et animus* (Manus II. 160.), अग्निवायुरविभ्यस् (अग्नि + वायु + रवि) *ex igne aëre et sole* (Manus I. 23.), शय्यासनभोगेषु (शय्या + आसन + भोग) *in somno et sessione et cibo* (Nalus II. 4.), गीतवादित्रनृत्यानि (गीत + वादित्र + नृत्य) *cantus vocum et nervorum et chorea* (Indral. III. 9.).

656. ऋ finale, in vocibus consanguinitatis (v. r. 178.), ante पुत्र *filius* vel alias consanguinitatis voces per ऋ terminatas, in आ commutatur**); e. c. पितापुत्रौ *pater et filius,* मातापितरौ *mater et pater.* Quodsi plura nomina agentis in तृ exeuntia inter se conjunguntur, priorum membrorum Compositi ऋ finale item in आ converti potest.

*) दम् et जम् *conjux* nonnisi cum पति *maritus* conjunctae inveniuntur.

**) Hoc आ ex primaeva harum vocum terminatione अर् abjecto र् et producto अ explicaverim (v. r. 179.).

657. Ubi in *Védis* duo Deorum nomina in Vocativo conjuncta sunt, prioris nominis vocalis finalis producta invenitur; e.c. मित्रावरुणौ *Mitre et Varune!*

658. Quodsi Compositi membris inest vis pluralis, notione hujus generis characteristica deletâ, membro ultimo semper Pluralis terminationes adjunguntur; hujusmodi Composita tamen generi priori annumerantur; e.c. देवमनुष्येषु *inter deos et homines* (Indral. IV. 7.), सिद्धचारणगन्धर्वैस् *Siddhis, Tschâranis et Gandharvis* (Indral. V. 14.), अशनिमेघान् (अशनि + मेघ) *fulmina et nubes* (Manus I. 38.). Quodsi membrorum duorum conjunctorum alteri tantum pluralis, alteri autem singularis inest vis, ultimum membrum nihilo secius plurali notatur; e.c. बुद्धीन्द्रियमनांसि (बुद्धीन्द्रिय + मनस्) *cognitionis sensus et cor* (Manus II. 192. cf. II. 91.).

659. Ex अहन् *m. dies* et रात्रि *f. nox* anomale formatur अहोरात्र *m.* (cf. r. 228.) loco अहोरात्रि *f.*, e.c. त्रीन् अहोरात्रान् *tres dies et noctes* (Nal. XII. 61.), कैश्चिद् अहोरात्रैः *nonnullis diebus et noctibus* (XII. 89.).

660. In specie posteriore ultimum membrum vocis compositae, sive e duobus membris formatae sive e pluribus, neutrum singulare efficitur, quod plerumque, ne dicam semper, in अ desinit. Substantivorum autem conjunctorum tam singularis, dualis et pluralis, quam mixtorum numerorum significatio esse potest. Ultimo Compositi membro, si in consonantem desinit, additur अ; plerumque tamen jam primitive vel in अ desinit vel in आ, quod in अ corripitur; e.c. चराचरम् *mobile et immobile* (Manus I. 57.), भक्ष्याभक्ष्यम् *edule et incedule* (Man. I. 113.), पायूपस्थं हस्तपादम् *anus et penis, manus et pedes* (Man. II. 90.), शय्यासनम् (शय्या *f.* + आसन *n.*) *cubile et sedile* (Man. II. 119.), अन्नपानम् *cibus et potus* (Indral. IV. 11.), रक्षणपोषणम् *servatio et nutritio* (Brahmanavilâpa II. 8.), छत्रोपानहम् (छत्र *n.* + उपानह् *f.*) *umbella et calcei* (Man. II. 246.), चित्तसङ्कल्पभावम् *cogitatio, consilium*

et animus (Indral. V. 4.), यूकामक्षिकमत्कुणम् (यूका + मक्षिक + मत्कुण) *pediculi, muscae et cimices* (Man. I. 40.).

661. Haec compositionis ratio praecipue adhibetur in componendis nominibus quae vel res sibi oppositas, vel corporis membra, vel notiones abstractas, et in universum sive res inanimatas sive animalia infimi generis exprimunt; id quod dilucide apparet ex exemplis regulae antecedentis. Nomina autem animantium quibus ratio tribuitur, nisi collective ad totum exprimendum genus exhibentur, hanc compositionis speciem non admittere videntur.

ANNOT. अन्योन्य et परस्पर q. v. in Glossario, a Grammaticis inepte *Dvandvorum* classi annumerantur.

662. Vocabula ex adjectivis duobus pluribusve composita, quorum singulae partes, quod ad significationem attinet, per *et* inter se conjunctae sunt, a Grammaticis inter *Dvandvos* non referuntur. Quae cum classium ceterarum nulli bene congruunt, neque classem separatam efficiunt, sed in libris grammaticis silentio omnino praetermittuntur, Copulativis apte ea accensueris. Exempla sunt: वृत्तपीन *rotundus et turgidus* (Indral. II. 19.), हृषितस्रग्रजोहीन (हृषितस्रज् + रजोहीन v. r. 59.) *erecta florum serta habens et vacuus a pulvere* (Nal. V. 25.).

CLASSIS SECUNDA.

POSSESSIVA बहुव्रीहि DICTA.

663. Hujus classis Composita sunt adjectiva vel appellativa, quae exprimunt personam vel rem possidentem id quod singulae Compositi partes designant. Posterius eorum membrum semper est substantivum sive adjectivum substantivi munere fungens, prius autem membrum, quaeque alia orationis pars praeter Verbum, Conjunctionem et Interjectionem esse potest, saepissime tamen est Adjectivum vel Substantivum, aut simplex aut compositum. E. c. कामोपहतचित्ताङ्ग

(Hidimb. II. 29.) *amore perculsum animum et corpus habens*, e कामोपहत (काम + उपहत) *amore perculsus* et चित्ताङ्ग (चित्त + अङ्ग) *animus et corpus*; पीनश्रोणीपयोधर (Nalus I. 32.) *turgida femora et mammas habens* e पीन *turgidus* et श्रोणि + पयोधर *femora et mammae*; गजेन्द्रविक्रम (Nal. XII. 54.) *elephantum principis fortitudinem habens*, e गजेन्द्र (गज + इन्द्र) *elephantum princeps* et विक्रम *robur, fortitudo*. Non semper eundem Numerum significant substantiva quae, in *Dvandvum* conjuncta, posterius Bahuvrihici Compositi membrum constituunt; e. c. सुभ्रूनासाक्षिकेशान्त (Hidimb. III. 14.) *pulchra supercilia, nasum, oculos et comas habens*.*)

664. Substantiva in fine hujus classis Compositorum posita aliam mutationem non subeunt quam eam quae distinguendo generi est necessaria; ita ut adjectiva haec composita nonnisi declinatione a substantivo quo terminantur differant; e. c. vocis बुद्धि *f. mens*, in composito पापबुद्धि *pravam mentem habens* (Nalus XIX. 5.), Masculinum flectitur sicut कवि (v. Tab. ad *r.* 154.), Femininum sicut simplex बुद्धि vel मति, et Neutrum sicut वारि. — Substantiva fem. per ई vel ऊ terminata sequuntur leges *r.* 169.; e. c. पृथुश्री *largam fortunam habens* (Nal. XII. 46.), त्यक्तश्री *relictam fortunam habens* i. e. *desertus a fortuna* (Nal. XII. 52.), सुश्रोणी *pulchra femora habens* (N. XII. 66.), सुभ्रू *pulchra supercilia habens***). Diphthongis terminata substantiva, ubi in fine *Bahuvrihium* occurunt, sequuntur *r.* 184. — आ finale sub-

---

*) Prius hujus compositi membrum est praefixum सु *pulcher* (cf. *r.* 114.), posterius substantiva भ्रू *f. supercilium* (quod in compositis corripere licet) नासा *f. nasus*, अक्षि *n. oculus*, et केशान्त (केश + अन्त) *comarum extremum*, quod in fine compositorum saepe nonnisi comam valere videtur.

**) Substantiva in ई vel ऊ desinentia quae in fine hujusmodi Compositorum inveniuntur, plerumque sunt Primitiva; sin autem Derivata sunt, velut नारी femina a नर, suffixum क sibi adjungunt (v. *r.* 665.).

stantivorum fem. corripitur, nisi Adjectivum compositum item est femininum; e.c. विपुलच्छाय (e विपुल et छाया, v. *r.* 60.) *magnam umbram habens* (Indral. I. 24.), fem. ···या.*) — Quae in consonantem desinunt Substantiva, si sunt Primitiva, Adjectiva constituunt generis communis, quae Neutrum a Masc. et Fem. nonnisi in cognitis casibus distinguunt; e.c. सत्यवाच् *verum sermonem habens* (Nal. XII. 54.). Eandem rationem sequuntur Substantiva quae suffixis इस् vel उस् terminantur (v. *r.* 232.), e.c. महाधनुस् *magnum arcum habens* (e महा v. *r.* 681. et धनुस् *n.*) in Nominativo trium generum sonat महाधनुस्, in Accus. masc. et fem. महाधनुषम्, neut. महाधनुस्. Quae suffixo अस् formata sunt substantiva, in fine hujusmodi Compositorum, Masculinum et Fem. flectunt sicut अप्सरस्, Neutrum sicut वचस् (v. *r.* 230.); e.c. दुर्मनस् *pravam mentem habens* (e दुर् et मनस् *n.*) format Nominativos दुर्मनास् *m. f.* दुर्मनस् *n.* (cf. δυσμενής, δυσμενές). Quae aliquo suffixo in न् desinente terminantur substantiva, in fine *Bahuvrihium* flectunt Masc. et Neut. secundum *r.* 224-230., atque in Fem. ई characterem themati addunt debilissimo, ita ut e.c. नामन् *n.* nomen in Masc. flectatur sicut राजन् (Acc. नलनामानम Nal. XII. 128.), in Fem. formet नाम्नी (सौम्यनाम्नी *quae molle nomen habet* Man. III. 10.).

665. Substantivis nonnullis in horum compositorum fine suffixum क additur, e.c. व्यूढोरस्क *firmum pectus habens* e व्यूढ + उरस्, अङ्गुष्ठमात्रक (Nal. XIV. 9.) *digiti mensuram habens.*

666. Adjectiva quae in fine *Bahuvrium* inveniuntur, omnia substantive sunt accipienda, plerumque in genere neut. Hoc modo saepissime adhibentur पर *n.* et परम *n. summum, eximium;* e.c. चिन्तापर (Nal. II. 2.) *cogitationem tanquam summum habens* i.e. *totus in co-*

*) Simili modo in lingua Lat. fit *u-s* ex feminina terminatione *a*, in Graeca *ο-ς* ex *α*, *η*; e.c. *multicomus*, πολύκομος.

gitatione defixus, cui synonymum est ध्यानपर (Nal. II, 3.); निःश्वासपरम *gemitum tanquam summum habens* i. e. *gemitui omnino addictus* (Nal. II. 2.)*). Simili modo आद्य sive आदि *primus*, पूर्व *superior, primus*, पुरोगम *antecedens* adhibentur, ita tamen ut nonnunquam etiam substantivum masc, vel fem. significare possint; e. c. Nal. V. 39. स्रजश्चो 'त्तमगन्धाढ्याः *sertaque eximium odorem tanquam primum habentia* (i. e. serta quae odore eximio aliisque virtutibus sunt praedita); उत्तमगन्धाद्य compositum est e membris उत्तमगन्ध *eximius odor* et आद्य *n. primum.* — Nal. III. 5. लोकपाला महेन्द्राद्याः *mundorum custodes magnum Indram tanquam primum habentes* e महेन्द्र (महा + इन्द्र) et आद्य *primus.***) Nal. III. 34. अग्निपुरोगमान् *Agnem tanquam antecedentem habentes;* Hidimba II. 23. स्मितपूर्वम् इदं वाक्यम् *risum tanquam primum habens (a risu exorsus) hic sermo;* Bhag. X. 6. महर्षयः सप्तपूर्वे *magni Sapientes septem priores habentes* (i. e. in quorum fronte versantur noti septem Sapientes), e सप्तन् *septem* (*r.* 67.) et पूर्व *prior.* Eodem modo in hujusmodi compositorum fine numeralia ordinalia usurpantur; e. c. पाण्डवाः .... मातृषष्ठाः *Panduidae (quinque) matrem tamquam sextum (sextam personam) secum habentes.*

667. In priori *Bahuvrihium* loco e *r.* 663., Verbo, Conjunctione et Interjectione exceptis, quaevis orationis pars admittitur. Fre-

*) Quae composita etiam pro *Tatpuruschis* habere licet, ut sonent *in cogitatione, in gemitu excellens* sive *eximius*, quod tamen poetae consilio parum congruit, qui innuere vult Damayantiam *eo tempore* in cogitatione et gemitu totam versatam nil fecisse nisi cogitasse et gemuisse; quibus cum locis conferas Nal. XVI. 19. भर्ता नाम परं नार्याः *«maritus scilicet summum est feminae.»*

**) In exemplo priore आद्य aliud quam neutrum putare non licet, quia neque ad serta neque ad odorem eximium spectat, sed ad virtutes, quarum tanquam prima et excellentissima affertur odor eximius. Eloquitur enim epitheton, serta eximie quidem odorata, praeterea autem ceteris quoque virtutibus praedita fuisse, quas in serto pulchro esse oportet.

quentissimo in usu est Adjectivum,*) deinde Substantivum; Adjectivis annumerantur participia, quorum saepissime invenitur part. pass. in त desinens; e. c. जितक्रोध *victam iram habens* i. e. *iram cohibens,* जितेन्द्रिय *victos sensus habens* (Sund. III. 2.), वीतशोक *remotum moerorem habens* i. e. *moeroris expers* (Nal. XII. 104.), जातमन्मथ *natum amorem habens* i. e. *amore captus* (v. Gloss.). Exemplum part. praes. *Parasm.* est स्फुरदोष्ठ (स्फुरत् + ओष्ठ) *trementia labra habens* (Indral. V. 51.). — Ad Substantiva pertinet Infinitivus (v. *r.* 640.), qui sicut alia nomina in initio compositorum casus signum abjicit atque nudo suo themate apparet; e. c. जेतुकाम *vincendi cupiditatem habens.* Pronominum, numeralium, adverbiorum, praepositionum, particularumque inseperabilium in *Bahuvrihium* initio positorum exempla sunt: तदाकार (तद् + आकार cf. *r.* 267.) *illam formam habens* (Nal. II. 5.), मत्पर (cf. *r.* 263.) *me tanquam summum habens* (Bhag. II. 61.), मन्मनस् (pro मत्मनस् e *r.* 58.) *in me animum habens* (Bhag. IX. 34.), चतुर्मुख *quattuor facies habens,* सहस्रनेत्र *mille oculos habens* (Sunda III. 28.); तथाविध *talem rationem habens, ita comparatus,* e तथा *ita* et विधा *modus, ratio;* सदागति *semper itionem habens* (venti cognomen), एवमादीनि प्रलापानि *ita primum habentia* (i. e. *ita incipientia*) *lamenta* (Nal. XIII. 43.) ex एवम् *ita* et आदि *primum;* निर्ज्ञाति *expers cognatorum* (Hid. I. 40.) e निर् (*r.* 111.) et ज्ञाति *m.*, विजन (Hid. I. 23.) *ab hominibus vacuus* e वि (cf. *r.* 111.) et जन *homines,* अपभी *liber a timore* ex अप (*r.* 111.) et भी**), उन्मुख (Nal. XXI. 7.) *sursum* (*elevatum*) *vultum habens* ex उत्

---

*) Adjectiva etiamsi ad femininum Substantivum referantur, tamen in themate, quod Masculinis et Neutris commune est, ponuntur; ubi tamen Femininum Adjectivi cujusdam substantive accipitur, femininum thema adhibetur; e. c. सुकेशीभार्य *pulchris comis praeditam feminam tanquam uxorem habens.*

**) Cf. Latina et Graeca composita veluti *exsanguis, excors, absonus, abnormis,* ἀπόθυμος, ἀπόθριξ.

et मुख (v. r. 58.), अमल *sine maculis* ex अ et मल, अनङ्ग *sine corpore* ex अ et अङ्ग interjecto न् (v. r. 114.), दुरात्मन् *pravam mentem habens* e दुर् (r. 114.) et आत्मन्.

668. Praepositiones सम् et सह *cum* rarissime in hujusmodi compositis inveniuntur; saepissime autem synonymum स, cujus usus fere in Composita *bahuvrîhica* est coërcitus; e.c. सभार्य *secum uxorem habens* (v. Gloss.).*)

669. Prius *Bahuvrîhium* membrum, si substantivum est et Locativi significationem continet, hoc casu exhiberi potest; e.c. उरसिलोमन् *in pectore pilos habens.***)

CLASSIS TERTIA.

COMPOSITA DETERMINATIVA, कर्मधारय DICTA.

670. Hujus classis compositorum membrum posterius vel substantivum est, vel adjectivum, quod priore membro accuratius definitur sive describitur, neque vero sicut in *Bahuvrîhibus*, categoriae suae

---

*) Quae composita e स et substantivo formata sunt, quod ad formam attinet, adjectiva quidem sunt, aliorumque ad instar *Bahuvrîhium* suo cum substantivo congruunt genere, numero et casu; si autem significationem respexeris, membrum ultimum plerumque retinet indolem substantivi, ita ut vox composita valeat Substantivum quod per *cum* vel *et* cum alio substantivo sit constructum; e.c. Brahmanavil. I. 11. «*Audiebant moerore genitum sonum Brahmani illius et uxoris*» (तस्य विप्रस्य सभार्यस्य), quod formâ solummodo spectatâ valet «*Brahmani cum uxore versantis.*»

**) Quodsi vox quae manum significat cum nomine rei quae manu tenetur conjungitur, illa posterius, res autem quae manu tenetur prius compositi membrum fit; e.c. शूलहस्त (e शूल *hasta* et हस्त *manus*) *hastam in manu gerens.* Ex analogia hujusmodi Compositorum cum supra memorato उरसिलोमन्, ordinem conversum हस्तशूल, sive in Locativo, हस्तेशूल exspectaveris; veruntamen composita veluti शूलहस्त ita sunt accipienda, ut manus sit res substantiva, cui nomen rei quae manu tenetur tanquam epitheton est antepositum; शूलहस्त igitur, si formandi rationem spectaveris, non *hastam in manu gerens* est, sed *hastâ praeditam manum habens.*

grammaticali adimitur. Prius membrum, excepto Verbo*), quaevis orationis pars esse potest; frequentissima autem Substantivorum cum antecedente Adjectivo est conjunctio, vel Adjectivi cum antecedente Substantivo. Exempla sunt: दिव्यकुसुम *m. coelestis flos*, तीव्रशोक *m. acerbus moeror*, पुण्यगन्ध *m. purus odor*, प्रियभार्या *f. amata uxor*, सप्तर्षयस् *septem sapientes*, अधिपति *dominus* (verbo tenus *supra-dominus*), अजीवित *n. non vita, mors*, अभय *n. non timor, animi fortitudo*, अदृष्ट *invisus*, सुमहत् *valde magnus*, परमदारुण *eximie terribilis*, सहज *una natus, innatus*, अतिमानुष *ultra humanum*, विनाकृत *sine-factus*, i. e. *privatus*, भूधरविस्तीर्ण**) *ad montis instar expansus*, नीलाम्बुदश्याम *ad caeruleae nubis instar caeruleus*, मनःपावनगामिन् *sicuti animus et ventus iens (velox)*, त्यक्तजीवितयोधिन् *relictâ vitâ pugnans* (i. e. *relicto vitae desiderio pugnans*).

671. Interrogativum किम् tanquam exclamatio admirationis alicui substantivo antepositum, diminutionem vel contemtionem exprimit; e. c. किंराजन् *rex despectus* (*qualis rex?*).***)

---

*) Wilkinsius et Forsterus e Grammaticis Indicis afferunt composita quorum prius membrum est secunda pers. Imperativi; e. c. एहियव, एहिवाणिज्य, आहरचेला; apud scriptores tamen hujusmodi formas nusquam inveni.

**) Hoc atque quae sequuntur exempla, e Mahâ-Bhârati partibus a me editis desumta, ad hanc neque vero, ut prius mihi placuit, ad classem subsequentem referenda esse censeo, quia membro compositi priore Adjectivum subsequens nonnisi illustratur et definitur, neque vero ulla in illo inest consueta casus ratio.

***) Etiam stirps fem. का, deinde stirps कु (unde कुत्र *ubi* et कुतस् *unde*) atque neutrum कत्, कद्, quod e stirpe क formatum exspectaveris (v. r. 267.), in hujusmodi conjunctis inveniuntur. Videre velis apud Wilsonum कापुरुष, कुजन्तु, कुतृण, कत्तृण, कत्तोय. Inter *Bahuvrîhia* quoque hujusmodi composita sunt; e. c. कुरव *malum sonum habens, malam vocem habens*, कारव *cornix* (quasi *quam malum sonum habens?*), कञ्जल *nubes* (*qualem aquam habens?*) e neutro obsoleto कम् (*r.* 61.) et जल *aqua*.

CLASSIS QUARTA.

COMPOSITA DEPENDENTIAE तत्पुरुष DICTA.

672. Hujus classis compositorum membrum prius a posteriore pendet, ita ut cujusvis casus rationem exprimere possit, Nominativo et Vocativo exceptis. Vel utrumque compositi membrum est substantivum, vel prius tantummodo, posterius autem adjectivum et plerumque quidem participium in त desinens. Substantivi prioris vice pronomen quoque substantive positum fungi potest. Exempla sunt: वीरसेनसुत *Virasêni filius*, महीपति *terrae dominus*, हस्त्यश्वरथघोष *elephantorum equorum curruum strepitus**), मद्वचस् *meus sermo* (*mei sermo*), अस्मद्विषय *nostra regio* (*nostri regio* cf. r. 679.), त्रिदिवगत (= त्रिदिवं) *ad coelum profectus*, हृच्छयपीडित (= हृच्छयेन) *amore vexatus*, शोकसन्तप्त (= शोकेन) *moerore ustus*, क्षुत्पिपासापरिश्रान्त (= क्षुत्पिपासाभ्याम् cf. r. 655.) *fame et siti confectus*, भार्यासम **) *uxori similis*, महीसुप्त (= मह्यां) *in terra dormiens*, नभश्च्युत (= नभसश् cf. r. 75.) *de coelo lapsus.****)

673. Sunt etiam *Tatpuruschi*, quorum priore in membro casus ratio formâ quoque exprimitur. Vocabula ita conjuncta ea tantum de causa in compositorum referenda sunt numerum, quia vel tanquam appellativis sive nominibus propriis unitatis iis inest vis, vel eorum membrum posterius in usum separatum receptum non est. Exempla sunt: युधिष्ठिर *Judhischthirus* (युधि *in pugna*, स्थिर *firmus*, v. r. 109.), खेचर *avis* (खे *in aëre*, चर *iens*), जलेशय *piscis* (जले *in aqua*, शय *dormiens*), सरसिज *lotus* (सरसि *in aqua*, ज *natus*), दिविज *in coelo natus*,

---

*) हस्तिन् *elephantus* (v. r. 67.), अश्व *equus*, रथ *currus*, घोष *strepitus.*

**) = भार्यायाः सम, सम enim postulat Genitivum.

***) Ad hanc classem pertinent etiam quae in r. 170. sqq. memoravimus composita.

divinus, दिवस्पति *coeli dominus,* Indri nomen (दिवस् Genitivus vocis दिव्, cf. *r.* 79.), दिवोदास *coeli servus,* nomen proprium. Huc referenda sunt composita in *r.* 645. p. 257. descripta, sicuti अरिन्दम *hostem domans**).

CLASSIS QUINTA.

COMPOSITA COLLECTIVA द्विगु DICTA.

674. Comprehendit haec classis Collectiva, quae antecedente voce numerali accuratius sunt determinata, eundem in modum quo Latine dicitur *biduum, triduum, quadriduum, biennium* pro *biannum* etc. Substantivum finale, generis primitivi ratione non habitâ, sive neutrum est quod plerumque अ vocali terminatur, sive, vocali finali in ई commutatâ, genere feminino notatur; e. c. त्रिगुण *n. tres qualitates* (गुण *m.*), त्रिखट्व *n.* sive त्रिखट्वी *f. tria cubilia* (खट्वा *f.*), पञ्चेन्द्रिय *n. quinque sensus* (पञ्चन् + इन्द्रिय *n.* v. *r.* 67.), चतुर्युग *n. quattuor mundi aetates* (युग *n.*), त्रिरात्र *n. tres noctes* (रात्र loco रात्रि cf. *r.* 681.), पञ्चाग्नि *n. quinque ignes***) (अग्नि *m.*), त्रिलोकी *tres mundi* (लोक *m.*). — E गो *bos, vacca* formatur गव *n.*, e नौ *navis* नाव *n.*, e पथिन् *via* पथ *n.* Quae in अन् exeunt voces, litterâ न् abjectâ, neutra in अ sive feminina in ई fiunt; e. c. त्रितक्ष *n.* sive त्रितक्षी *f. tres fabri* (तक्षन् *m.*).***)

---

*) Aliorum ac Locativi, Accus. et Genit. casuum signa non inveniuntur; cum Wilkinsio enim vel grammaticis indigenis तमसा वृत *tenebris oppertus,* प्रासादात् पतित *de palatio lapsus,* similiaque, compositis annumeremus necesse non est, cum neque appellativa sint, neque nomina propria, neque vocem contineant quae simplex usu non recepta sit.

**) Sol scilicet atque flammae quattuor, mundi regiones quattuor versus accensae, quibus se opponunt qui vitae austerae operam dant.

***) Voces quae aliâ ac न् consonante terminantur, inveniri non videntur in fine hujus classis Compositorum, quae in universum usu non sunt frequentata. Necesse enim esse non censeo, ut cum Wilkinsio (p. 576. et 577.) hujus classis Compositorum tria genera statuamus; etenim त्रिराज *tres reges habens Bahuvrîhe* est ad instar त्रिलोचन, चतुर्मुख simi-

CLASSIS SEXTA.

COMPOSITA ADVERBIALIA अव्ययीभाव DICTA.

675. Haec classis Adverbia composita comprehendit, quorum membrum prius semper est vox indeclinabilis, posterius autem substantivum, cui neutralis datur terminatio. Vocales igitur longae, et simplices et diphthongi, secundum *r.* 245. corripiuntur, ita ut eam assumant formam, quae Neutrorum Accusativo et Nominativo sing. est communis. Substantiva in अ et आ desinentia formant igitur अम्; quae in इ, ई, ऐ exeunt, formant इ; et quae per उ, ऊ, ओ, औ terminantur, formant उ. Latissime in hac classi substantivorum in अ et आ desinentium patet usus, neque vero ea in इ cum यथा conjuncta raro inveniuntur*). Exempla sunt असंशयम् *non dubium, sine dubio* (संशय *m.*), अनुक्षणम् *eo momento, statim* (क्षण *n. momentum*), प्रत्यक्षम् *in conspectu, coram* (verbo tenus *adversus oculum* अक्ष loco अक्षि vid. *r.* 681.), समक्षम् *in conspectu, ante oculos* (ad verbum *cum oculis*)**),

---

liumque; ita etiam त्र्याढक *tria Adhaca* (i. e. *trium Adhacorum mensuram*) *habens*, atque adjectiva similia, classi possessivae non sunt adimenda; quia haec classis cujuscunque rationis substantiva, neque non quae mensuram exprimunt, tanquam compositi Adjectivi membrum posterius recipere potest.

*) Alias vocales finales apud scriptores legere non memini.

**) Irregulare hujus classis compositum est साक्षात् (e स *cum* et अक्षात्), quia membro posteriori Ablativi impressum est signum, significatione autem id cum समक्षम् et प्रत्यक्षम् convenit, ita tamen ut semper absolute ponatur (Indralok. II. 16. Sund. I. 17. Ram. ed. Schleg. XIV. 5. XIX. 6.), quum illa saepe Genitivum secum habeant vel cum voce quae Genitivum significat composita sint; e. c. Nal. XX. 14. प्रत्यक्षं ते *in tuo conspectu, coram te,* मत्समक्षम् *corum me, me praesente* Nal. XII. 15. (cf. *r.* 263.). Cum इव *sicut* constructum, comparationem confirmat साक्षात्; साक्षाद् इव enim valet *plane ut* (Nal. II. 28. Ram. XXIII. 6.), quasi *»sichtlich wie, augenscheinlich wie«*. Verbo साक्षात् congrue est formatum समन्तात् (e सम् *cum* et अन्त *finis*) *undique, omnibus partibus*.

परोक्षम् *in absentia, procul,* oppositum verbis प्रत्यक्षम् et समक्षम् *), अतिमात्रम्, अत्यर्थम् *ultra modum, mirum in modum* (मात्र *mensura* अर्थ *res*), अभिमुखम् *in conspectu, coram* (मुख *n.* Manus II. 193.), निरन्तरम् *sine intervallo, sine divisione, simul, conjunctim* (अन्तर *n. intervallum* Sund. I. 4.), अनन्तरम् *illico, proxime post* (verbo tenus *sine intervallo*), सार्धम् *cum* (verbo tenus *cum dimidio*, e स et अर्ध *dimidium*)**), यथाकामम् *sicuti* sive *secundum desiderium* (काम *m.*), यथोत्साहम् *pro viribus* (उत्साह *m.*), यथाश्रद्धम् *secundum fiduciam* (श्रद्धा *f.*), यथाविधि *secundum praeceptum* (विधि *f.*), यथाशक्ति *pro facultate* (शक्ति *f.*)***). — Irregulare hujusmodi compositum est यथातथम् *ad veritatem* (Indral. V. 52.), ubi

---

*) परोक्षम् valet *ultra oculum, post oculum,* cujus membrum prius non पर *alius* esse potest, quia पर cum अक्षम् formaret पराक्षम्. Quodsi vel irregularem inter आ et ओ statuerimus permutationem (cf. *r.* 254. not. 1.), tamen पर heic locum habere non posset, quia hujus classis compositorum membrum prius indeclinabile sit necesse est. Verisimile igitur videtur analogum cum पुरस् *ante* fuisse adverbium परस्, quod *post, ultra* valuerit neque vero in usu separato remanserit. Inter पर *alius* et परस् eadem intercesserit relatio quae inter पुरस् *ante* et पूर्व *anterior.* E परस् autem et अक्षम् coalescentibus secundum *r.* 76. efficitur परोऽक्षम् sive परोक्षम्. — Ubi प्रत्यक्ष et परोक्ष «*visibilis* et *invisibilis*» significant (Nal. XX. 12. et 13.), non ad hanc sed ad class. possess. sunt referenda, quia, Adjectivo exorto, membri posterioris indoles substantiva abjicitur. Male igitur WILSONUS adjectivo समक्ष tribuit significationes «*before, in presence or sight of, visible*», quarum ultima tantum adjectivo debetur, priores duae autem *Avjajîbhâva* समक्षम्.

**) Longius petitus, quo WILSONUS illud e स et ऋद्ध *auctus* interpretatur, videtur modus; praeterea sec. *r.* 36. सर्द्धम् ex his conjunctis evaderet, neque vero सार्धम् (vel सार्द्धम् v. *r.* 105.).

***) यथा *sicut* in hujusmodi compositis frequentissimo est in usu, et significatione *sicut, secundum, ad,* cum omnibus, praesertim cum abstractis Substantivis potest conjungi; quum alia Indeclinabilia sive ad certa quaedam vocabula, jubente loquendi usu, adstricta esse videntur, sive in hujus classis compositis omnino non occurrunt. In Hitopadesi oratione soluta compositorum, quorum prius membrum est स, late patet usus; e. c. सकोपम् *irâ, irate,* सत्रासम् *cum timore.* Aliquando Instrumentali quoque notatum invenitur substantivum finale, e. c. सोत्साहेन (edit. Londin. p. 30.) *cum labore,* अयत्नेन *sine labore,* निर्विशेषेण *sine distinctione* (p. 83.).

तथा *ita,* ex analogia substantivi feminini, signo neutrali est affectum, et sensu quoque Substantivi quod veritatem significet vice fungitur (cf. *Bah.* वितथ in Gloss.). Simili modo formatur यथायथम् e यथा + यथा.

676. Substantiva in consonantem exeuntia in horum compositorum fine rarissime occurrunt; quae autem ibi adhibentur, consonanti finali अ adjungunt vocalem, quâ cum म् adverbiale conjungitur; e.c. सर्वतोदिशम् (Nal. XVI. 5.) *quamcunque regionem versus* (e सर्वतस् cf. *r.* 652. de suffixo तस्, et दिश् *plaga coelestis*). Voces in अन् desinentes, litterâ न् abjectâ, formant अम्, e.c. प्रत्यहम् *quoque die, quotidie* (e प्रति et अहन् *m. dies*), अन्वहम् *id.* ex अनु + अहन् (Man. II. 167.).

DE SEX CLASSIBUS IN UNIVERSUM.

677. Idem compositum sensu diverso classium diversarum esse potest; e.c. दीर्घबाहु *longum brachium* simul et *brachia longa habentem* potest significare, quorum priore in loco in Determinativorum, in posteriore in Possessivorum numero habetur; त्रिगुण tanquam neutrum singulare, significatione *tres qualitates,* est Collectivum, idemque eadem significatione, plurali notatum, simul genere masculino verbi गुण proprio servato, inter Determinativa referendum est; ubi autem adjectivi vi praeditum *tres qualitates habentem* significat, Possessivis annumeratur.

678. Quamvis sex classium quodcunque compositum e duobus tantum constet membris, alterum utrum tamen sive utrumque horum etiam ipsum Compositum esse potest, quod in nova compositione pro unitate habeatur; e.c. हृषितस्रग्रजोहीन *erecta serta habens et pulveris expers* est *Dvandvus* (*r.* 662.) cujus membrum posterius est *Tatpuruschus,* prius autem *Bahuvrîhis;* vocis कामोपहतचित्ताङ्ग *amore perculsum animum et corpus habens* membrum prius कामोपहत est *Tatpur.*

cujus cum *Dvandvo* चित्राङ्ग societas efficit *Bahuvrīhe.* Haec autem composita, quorum utrumque compositum est membrum, rarius occurrunt, frequentissime vero ea, quorum alterum compositum alterum simplex est membrum; e.c. नीलमेघश्याम (Hid. I. 37.) *sicuti caerulea nubes caeruleus*, est *Karmadh.* cujus membrum prius नीलमेघ et ipsum est *Karmadh.* (cf. *r.* 670.); पूर्णचन्द्रनिभानन (Nal. XI, 32.) *plenae lunae similem vultum habens* est *Bahuvr.* cujus membrum prius, (पूर्णचन्द्रनिभ) est *Tatpur.*, cujus denuo membrum prius पूर्णचन्द्र est *Karmadh.*; पुण्यगन्धाधिवास (Indral. II. 17.) est *Bahuvr.*, cujus membrum prius पुण्यगन्ध *bonum odorem habens* et ipsum est *Bah.*, quod ad formandum *Bah.* novum (*bona odore praeditum odoramentum habens*) cum substantivo simplici अधिवास *odoramentum**) foedus iniit.**)

679. Pronomina primae et secundae personae, in initio Compositorum, loco thematis utuntur Ablativo, plerumque singulari ad singularem et plurali ad pluralem rationem exprimendam; potest etiam Ablat. pluralis trium numerorum significationem exprimere, quam ob rem a Grammaticis pro themate habetur (v. *r.* 264, 265.); e.c. मद्वचस् *meus sermo*, त्वद्गुणाकृष्टचित्त (Indral. V. 35.) *tuis virtutibus pellectum animum habens.* Exempla ubi Ablat. plur. singularis loco

---

*) Praepositiones inseparabiles (*r.* 111.), quia radicum per omnia derivata comites esse possunt, inter compositorum nominalium elementa non referuntur, nisi ubi, substantivo subsequenti conjunctae, Adjectivum possessivum (*r.* 667.) sive Adverbium (*Avjajībhāvum*) formant (*r.* 675.). — E praefixis autem adverbialibus सु, दुर् et अ sive अन् (*r.* 114.) nonnisi composita proprie dicta formantur.

**) Compositorum divisio, ideo simul sensus, in dubio saepe versatur, e. c. महामेघरवोपम (Indral. I. 5.) significare potest *similitudinem soni magnae nubis habens*, aut *similitudinem magni nubis soni habens* (scil. *magni tonitru*); quia hujus compositi partem priorem et in महामेघ + रव (*magnae nubis sonus*) et in महा + मेघरव (*magnus nubis sonus*) dissecare licet. Priori adhaereo dividendi modo, quia nubium magnarum sive nubium cumulorum frequentissima apud poetas Indicis redit mentio. Vid. उपमा in Gloss.

habetur rarius occurrunt; invenitur, ut exemplum proponamus, अस्मत्पुत्राणाम् *filiorum meorum* (Hitop. ed. Lond. p. 5. lin. 3. ab imo).

680. Adverbium पूर्वम् *prius, antea* nonnunquam cum quodam participio in त desinente ad *Karmadhârayum* componitur, converso quem ex sensu exspectaveris ordine, ita ut Adverbium in Compositi fine positum casuum terminationibus instruatur; e.c. दृष्टपूर्व (Nal. I. 29.) *antea visus* pro पूर्वदृष्ट (v. *r.* 686.), आस्वादितपूर्व *antea gustatus* (Ram. ed. Bonn. I. 9. 36.), उक्तपूर्व *antea dictus* (l. c. I. 58. 19.).

681. Sunt quaedam voces quae in Compositis per alias ejusdem significationis et formâ cognatas supplentur, quae separatae usu non conservatae sunt nec partim fortasse unquam in separato usu fuerunt. Notentur hae vicariae voces, ordine alphabetico dispositae, quae vel in fine Compositorum tantum adhibentur, vel, ubi diserte id diximus, in initio:

अक्ष *m.* pro अक्षि *n. oculus.*

अङ्गुल in comp. nonnullis pro अङ्गुलि *digitus.*

अञ्जल in comp. nonnullis pro अञ्जलि *manuum junctio.*

अध्व cum nonnullis praepositionibus inseperabilibus conjungitur, pro अध्वन् *via.*

अनस in *Karmadh.* pro अनस् *currus.*

अयस in *Karmadh.* pro अयस् *ferrum.*

अश्म in *Karmadh.* pro अश्मन् *lapis.*

अष्ठीव in Copulativis speciei secundae pro अष्ठीवत् *genu.*

अह in comp. nonnullis pro अहन् *dies.*

अहर् tanquam membrum prius pro अहन् *dies* (cf. *r.* 228.).

अह्न in comp. nonnullis pro अहन् *dies.* Mutatur न् hujus vocis in ण्, ubi priore Compositi membro continetur una litterarum *r.* 94*). commemoratarum; e.c. अपराह्ण *tempus pomeridianum.*

38

ईप in comp. nonnullis, originis obscurae, voci अप् *aqua* substitutum esse dicitur.

उक्ष in *Karmadh.* nonnullis pro उक्षन् *bos.*

उषासा in Copulativorum initio pro उषस् *diluculum.*

काकुद in Possessivis nonnullis pro काकुद *palatum.*

गन्धि in *Karmadh.* nonnullis pro गन्ध *odor.*

गव in Collectivis pro गो *m.f. bos.*

ज्ञ et ज्ञु in Possessivis nonnullis pro जानु *genu.*

तमस in *Karmadh.* cum सम्, अव et अन्ध pro तमस् *obscuritas.*

दत् in Possessivis nonnullis pro दन्त *dens* *).

दिवा in comp. nonnullis tanquam membrum prius pro दिवन् *dies.*

द्यावा pro दिव् *coelum* in compositis copulativis antecedit voces quae *terram* significant.

धुर pro धुर् *onus.*

नाभ in comp. possess. pro नाभि *umbilicus.*

नाव in comp. nonnullis pro नौ *navis.*

पथ pro पथिन् *via.*

प्रजस् in Possessivis post अ, सु et दुर् pro प्रजा *progenies, populus, subditi* usurpari potest, rarius tamen occurrit.

ब्रह्म in *Karmadh.* nonnullis pro ब्रह्मन् *Brahmanus.*

---

*) दत् etiam in usu separato fuisse videtur, invenitur enim apud WILSONUM, qui dualem दन्तौ, pluralem दन्तस्, accus. दतस् ei tribuit, unde patet, id esse participium praesentis, atque दन्त् formam fortem, दत् autem formam esse debilem (v. *r.* 185. *b.*). Accuratius haec vox quam vulgare दन्त latino *dens* et graeco ὀδούς (ion. ὀδών) congruit, quae et ipsa corruptae formae participiales esse videntur. A दत् sive potius a fortiore themate दन्त् vulgare दन्त originem habere videtur, unde primitiva forma दत् Nominativum singularem दन्तस् loco दन् assumit (cf. WILSONUM). In compositis autem दत् Nomin. primitivum दन् tuetur, e.c. सुदन्, Acc. सुदन्तम्, Instrum. सुदता etc. WILSONUS दत् repetit e दम् *domare,* ut sit pro दमत्; veri autem similius mihi videtur, ex अदत् *edens* illud esse corruptum sicuti सत् ex असत्.

भूम in comp. nonnullis pro भूमि *terra*.

भ्रुव in Copulativis speciei secundae pro भ्रू *supercilium*.*)

मूर्ध (मूर्द्ध) pro मूर्धन् (मूर्द्धन्) *caput* in Possess. cum द्वि et त्रि.

मह pro महत् significatione *avus*, et femin. मही significatione *avia*, cum पिता et माता (e पितृ, मातृ cf. r. 656.) conjunguntur; unde पितामह *avus paternus*, etiam epitheton Brahmae, पितामही *avia materna*, मातामह *avus maternus*, मातामही *avia materna*.**)

महा pro महत् *magnus* in priore Possessivorum et *Karmadhârayorum* membro, e.c. महाबाहु *magna brachia habens*, महावन *n. magna silva* (cf. annot. ad Nal. XIX. 16.). Ubi महत्, in priore *Tatpuruschi* loco, substantivi fungitur munere, id non mutatur (cf. Hitop. ed. Lond. p. 74. l. 4. ab imo).

मेधस् pro मेधा *ingenium* in Possess. cum अ, सु, दुर्, अल्प et मन्द.

राज pro राजन् in *Karmadh.*; e.c. महाराज *magnus rex*.

रात्र pro रात्रि in Copulatt. speciei secundae, Collectivis et *Karmadhârayis*.

वर्चस pro वर्चस् in *Karmadh.* et *Bahuvr.* nonnullis.

श्रेयस pro श्रेयस् *salus* in *Karmadh.* et *Bahuvr.* nonnullis.

स tanquam membrum prius pro सह, quod et ipsum occurrit.

सक्थ pro सक्थि *femur* in Possess. et *Karmadh.* nonnullis.

सख pro सखि *amicus* in *Karmadh.* et Collectivis.

सरस pro सरस् *lacus* in *Karmadh.*

---

*) Apud Wilkinsium legitur भ्रव (p. 571.), ut mihi videtur, vitiose. E भ्रू enim addito अ sec. r. 51. formatur भ्रुव, quod in Nalo V. 6. invenitur, ubi copulativum नासाक्षिभ्रुवम् *nasus, oculi et supercilia* cum praefixo सु *pulcher* format Possessivum.

**) Grammatici haec verba pro simplicibus habere maluerunt, मह inter suffixa referentes.

682. अहम् *ego* in irregularium quorundam compositorum exordio legitur, quae jure inter *Karmadh.* referuntur; अहङ्कार, अहङ्कृति *sui studium, superbia, nimius sui amor* (verbo tenus *ego-factio*), अहङ्कृत *superbus, sui amans* (*ego-factus*), अहम्पूर्विका *certamen de principatu**), अहमहमिका *gloriatio,* ab अहमहम् *ego-ego* per इका (*r.* 652.) derivatum.

*) Ut accuratius verbum definiamus, est invicem sibi inclamare «*ego prius*», per suffixum इका (*r.* 652.) derivatum ab अहम्पूर्वम् *ego prius.*

INDECLINABILIA.

ADVERBIA.

683. Adverbia diversi generis formantur

1. Suffixis *Taddhitis* इ, एद्युस्, तमाम्, तराम्, तस्, त्र, थम्, था, दा, दानीम्, ध, धा, ध्य, र्हि, वत्, शस्, स्, सात्, स्तात्, de quibus *r.* 652. videas.
2. Charactere Accusativi म् omnibus ex Adjectivis in अ desinentibus*); e. c. शीघ्रम्, क्षिप्रम् *celeriter* a शीघ्र, क्षिप्र *Adj. celer;* सततम्, नित्यम् *semper* a सतत, नित्य *aeternus,* अज्ञातवासम् (Nal. XV. 19.) *incognita habitatione, in occulto,* a *Bahuvr.* अज्ञातवास *incognitam habitationem habens.* Nonnulla etiam Substantiva Accusativum Adverbii loco ponunt, itaque कामम्, सुखम् *libenter, cum voluptate* a काम *m. cupiditas, desiderium,* सुख *n. voluptas.*
3. Terminatione Instrumentalis plur. Adjectivorum nonnullorum, quae in अ desinunt, e. c. उच्चैस् *alte, clara voce,* ab उच्च *Adj. altus, magnus;* उच्चकैस् *id.* ab inusitato उच्चक, *Deriv.* ab उच्च; नीचैस्, नी-

*) Etsi अम् terminatio tam masculini quam neutrius Accusativum denotare potest, hi Accusativi tamen ad neutrum sunt referendi, quia Masculinum nimis definite ad personam respicit, Neutrum autem proprie attributum abstractum significat, genere caret, et, exceptis Adjectivis quae in अ desinunt, etiam in Nom. et Accusativo idem est atque thema. Nonnulla Adjectiva उ vocali terminata item Neutrum pro Adverbio ponere possunt; e. c. बहु *multum,* साधु *bene.* Conferenda sunt Latina adverbia veluti *ceterum, multum, facile, difficile,* quae item tanquam Accusativi sunt accipiendi, quanquam formam cum Nominativo habent communem.

चकैस् *humiliter,* ab Adjectivo नीच ejusque inusitato Derivativo नीचक*); शनैस् et शनकैस् *lente* ab inusitatis शन et शनक.

4. Compositionibus Classis, quae अव्ययीभाव vocatur (cf. *r.* 675.).

684. Complura Adverbia casus cujusdam obliqui Singularis terminatione instructa sunt, pro adverbiis autem habentur, quia terminatio, quâ Casus denotatur, consuetae significationis fines transgreditur, aut quia thema, a quo descendunt, nullo alio in Casu est servatum. Accusativi enim sunt: तूष्णीम् *tacite,* नक्तम् *noctu* (ab inusitato नक्त vel नक् cf. *nox, noct-is*), किम् *cur?* साम्प्रतम् *nunc,* रहस् *clam, in occulto* (रहस् *n. locus occultus, secretum*), तत् *propterea,* यत् *quam ob rem,* तावत् *tam diu, eatenus, interea,* यावत् *quam diu, quatenus* (*r.* 283.). Instrumentales sunt: चिरेण *diu, multo post,* अचिरेण *mox, brevi,* दक्षिणेन *meridiem versus,* उत्तरेण *septentrionem versus,* सहसा, अञ्जसा, तरसा *celeriter***), दिवा *die* (quod videtur a themate दिव् esse derivatum), तेन *eam ob rem,* येन *ubi, quo, quorsum.* Dativi sunt: चिराय *diu, multo post,* अह्नाय *mox,* proprie *die,* ab अह्न pro अहन्. Ablativi sunt: बलात् *vi,* a बल *vis, robur,* पश्चात् *postea,* (a पश्च ceterum inusitato, cf. *post*), चिरात् *diu, longo ex tempore,* अचिरात् *propere, celeriter,* अकस्मात् *subito, sine causa****), आरात् *prope,*

---

*) उच्च et नीच descendunt a praepositionibus उत् et नि, quarum posterior vocalem producit, adjecto suffixo च; unde videre est नि oppositum esse voci उत्. Cum नि, id quod jam alibi observavi, cohaeret Germanicum *nieder deorsum,* in antiquissima dialecto, *nidar,* a नि adjecto Comparativi suffixo *dar* (cf. Latina *sub-ter* a *sub, prae-ter* a *prae* etc.); eodem modo *wi-dar* (hodie *wider*) *contra* cognatum est cum वि.

**) Ut तरसा pro Adverbio habeatur, necesse non est, quia Instrumentalis rationem praepositionis *cum* significat: similiter अञ्जसा et सहसा originem traxerunt e Substantivis अञ्जस् et सहस्, quorum tamen prius alio casu non usitatum est, posterius significatione *celeritas* non invenitur.

***) Hocce atque praecedens Adverbium Composita sunt classis अव्ययीभाव dictae secundum analogiam vocabulorum साक्षात् et समक्षात् v. *r.* 675. not., ita ut चिर *longus* et किम् *quid,* pro substantivis sint habita.

in propinquo. Genitivus est: चिरस्य *tandem, multo post.* Locativus est: प्राह्णे *ante meridiem* a प्राह्ण (cf. प्राह्णेतम p. 275.).

685. Ex eorum Adverbiorum numero, quorum formatio ad generalem quandam normam referri, aut origo certo demonstrari non potest, usitatissima, in ordine alphabetico, haec sunt: अ *non* (tanquam Praefixam v. *r.* 114.), अतीव *valde* (ex अति *super* et इव *sicut*), अद्य *hodie, nunc**), अधुना *nunc* (Instrumentalis esse videtur), अलम् *satis,* आशु *celeriter* (cf. ὠκύς), इति *ita***), इत्थम् *ita* (v. p. 277.), इव *sicut* (semper postponitur), इह *hic* (a stirpe demonstrativa इ v. *r.* 270.), ईषत् *paulum,* एव *sic, scilicet, profecto,* एवम् *sic,* कच्चित् Adverbium interrog. (*an, num*)***), किन्नु (किम् + नु) Adv. interrog., क्व *ubi?* क्वचित् *alicubi,* किल *certo,* खलु *certo* (saepe expletive ponitur), जातु *unquam* (plerumque cum न *non* conjunctum est, ad exprimendum *nunquam*), दिष्ट्या *macte, proh felicitatem!* (v. Gloss.), दुर् *male* (tanquam praefixum *r.* 114.), न *non,* नाना *multum, multifariam,* (proprie Adjectivum indeclinabile, quod non nisi in priore *Karmadhârayorum* membro invenitur), नाम *nomine* (a नामन् *nomen*), नूनम् *certo,* नो *non,* परम् *ultra, posterius, post* (v. Gloss.), पुनर् *iterum,* पुरस् *ante,* पुरा 1. *olim,* 2. *prius quam;* पृथक् *separatim,* प्रभृति *inde a* (v. Gloss.), प्रादुस् *aperte manifesto*†), प्रातर् *matutino tempore, mane,* प्रायस् *plerumque,* प्रेत्य *post mortem* (vid. Gloss.), भूयस् *plus,* Comparativus a बहु *multum* (v. *r.* 251.), मा, मास्म *ne* (v. Gloss.), माचिरम् *statim* (v. Gloss.), मिथ्या

---

*) Ut mihi videtur ex stirpe demonstrativa अ (v. *r.* 270.) et द्य formâ anomalâ, cum variis nominibus quae *diem* significant cognatâ, quae fortasse e दिवा est orta, correptâ अ finali et suppressâ semivocali व्, quam ob rem इ in य् transire debuisset.

**) Ex pronominali stirpe इ (*r.* 270.) addito suffixo ति, conferantur *itidem* et *identidem.*

***) Ab obsoleto neutro कत् (*r.* 273.) addito suffixo चित्.

†) Tanquam Praefixum cum अस् et भू *esse* componitur.

falso, मुहुस् *identidem, iterum iterumque* (plerumque bis ponitur), वृथा *frustra,* शश्वत् *semper, perpetuo,* श्वस् *cras,* सद्यस् *momento, statim* (v. Gloss.), सनत् et सना *continuo, semper,* सम्प्रति (सम् + प्रति) *nunc, hoc tempore,* ह्यस् *heri**).

686. Adverbia secundum *r.* 683. *n.* 2. et 4. formata si tanquam prius Compositi membrum ponuntur, Accusativi Characterem abjiciunt; e.c. सततग *semper iens* (*ventus*) e सततम् + ग. Reliqua euphoniae legibus tantum subjecta sunt; e.c. उच्चैर्घुष्ट ex उच्चैस् + घुष्ट v. Wilsonium.

CONJUNCTIONES ET PARTICULAE EXPLETIVAE.

687. Paucae tantum in lingua Sanscrita Conjunctiones inveniuntur, earumque nonnullae etiam sunt Particulae expletivae i.e. non sensibili significatione. Utrasque alphabetico ordine heic apponimus (cf. Glossarium):

अतस् *itaque, ergo* (v. *r.* 652. suffix. तस्). अथ 1. *at,* 2. *et, etiam.***) अथो *etiam, adeo* etc. vid. Gloss. उ explet. उत explet. उताहो *aut, an.* एव *etiam, nempe, profecto,* explet. किञ्च (किम् + च) *sed.* किन्तु (किम् + तु) *autem, etsi.* च 1. *et.* Sicut Latinorum *que,* sem-

---

*) ह्यस् corruptum esse videtur e voce composita, cujus pars prior fuerit stirps demonstrativa, posterior quoddam substantivum significans *diem;* suspicor formam हियस् vel ह्यस् (cf. स-घस्), ita ut prior pars conveniret cum particulis quas pronominalis originis esse puto हि *enim* et ह. Notatu est dignum, etiam in Germanicis linguis esse stirpem demonstrativam, quam dialecti nonnullae fere solum in compositione cum *diem* vel *noctem* exprimentibus substantivis conservarunt et quae Gothice sonat *hi,* cujus Dativus et Accusativus apparent in *himmadaga hodie* et *hinadag hunc diem* (v. Jac. Grimm Gramm. I. 794.).

**) अथ videtur ex pronominali stirpe अ (v. *r.* 270.) suffixo थ addito ortum esse, quod quidem suffixum praeterea nusquam invenitur, suffixis autem था et थम् (v. *r.* 652.) arctissime cognatum est; qua ex origine optime significationes *tum* et *nunc* explicari possunt (vid. Gloss.). Ejusdem originis est अथो.

per postponitur, et, si bis positum est, idem valet atque *et-et*, 2. expletiv. चेत् *si.**) चैव (च + एव) 1. *et, etiam,* 2. *autem.* तत् *itaque, ideo, propterea* (respondens ad relativum यत् *quia*). तदा 1. *tunc tempore* (respondens ad यदा *quum*), 2. respondet ad यदि *si,* ubi sensu convenit cum germanico *so***). तथापि *tamen, attamen, nihilominus;* in Hitopadesi soluta oratione saepenumero tanquam Correlativum vocis यद्यपि *etsi* invenitur; non raro etiam ubi यद्यपि non antecedit, usurpatur. तस्मात् (Ablat. a तत्) *ideo, propterea.* तावत् *tum,* ita ut sit correlativum vocis यावत् *quum,* in Hitopadesi soluta oratione. तु 1. *autem, vero,* postponitur. 2. explet. मा *ne.* यत् (Acc. neutr. pronominis relativi) 1. *quia,* 2. *quod* (nostrum *dass.*). यत्र (v. *r.* 652. suffix. त्र) 1. *quia,* 2. *quod* (nostrum *dass.*). यदा (v. *r.* 652. suffix. दा) *quum, dum, quando.* यदि 1. *si,* 2. *an, num,* utrum (germanice *ob* v. Gloss.). यद्विवा (यदि + वा) 1. *vel,* 2. *utrum, an* (v. Gloss.). यद्यपि (यदि + अपि) *quanquam, etsi, etiamsi.* यथा (v. *r.* 652. suffix. था) *ut.* यस्मात् (Ablat. Relativi) *quia.* यावत् *quum.* वा 1. *aut,* sicut

*) Proprie significat *et si,* et sine ulla dubitatione compositum est ex च et इत्. Nunquam in sententiae initio ponitur, id quod propter particulae च naturam fieri nequit. इत् ipsum quidem simplex usu non conservatum est, veruntamen recte nos conjunctionem चेत् explicuisse apparebit, si ad similes conjunctiones नेत् *nisi,* ex न + इत् et वेत् *si* (nisi forte vertendum est: *aut si*) ex वा + इत् respiciamus. Apud scriptores tamen नेत् et वेत् nondum inveni, quae quidem verba fortasse in Vêdis tantum leguntur; prius in Zendica lingua sonat *nôit,* quod ibi significatione *non* saepissime invenitur. Posterius istarum Conjunctionum compositarum membrum इत् Neutrum demonstrativae stirpis इ (vid. *r.* 270.) habeo — ad analogiam formarum तत्, यत्, अन्यत् et Latini *id* — id quod eo confirmatur quod यदि item a pronomine, et quidem a Relativo (v. *r.* 272.) originem trahit, et quod in universum omnes fere conjunctiones ex pronominibus sunt ortae. Wilsonus tamen चेत् a radice चित् *cogitare* deducit, neque वेत् nec नेत्, quae Wilkinsius et Colebrookius in Grammaticis afferunt, recepit (cf. Pânin. schol. p. 94. ubi tamen वेत् desideratur).

**) Sine ulla fere exceptione in ea Hitopadesi parte, quae soluta est oratione confecta, quae quidem, etsi quam vetustissimas fabulas referat, ab ea tamen forma quam nunc prae se fert, recentiori tempori attribuenda videtur esse.

Latinorum *ve* postponitur, et bis positum idem significat atque *aut-aut.* 2. explet. वै explet. स्म explet.; si cum tempore Praesentis construitur, huic Praeteriti notionem addit. ह explet. हि *enim* postponitur*).

PRAEPOSITIONES.

688. Ex eorum praefixorum numero de quibus *r.* 111. actum est, अनु *post* et प्रति *versus, contra,* separata quoque adhibentur, cum Accusativo constructa, prius etiam cum Genitivo. Grammatici etiam अभि, अप et परि separatim usu admittunt, primum cum Accusativo, अप et परि cum Ablativo (Pânini. p. 115. et 151.).

689. Praepositio inseparabilis आ conjungitur cum Substantivorum Ablativis, ubi significat *usquead;* e.c. आसमुद्रात् *usque ad mare.* Etiam cum Accusativo substantivorum आ conjungi dicitur; utraque compositio ad classem *Avyayîbhâvorum* referri potest, prior cum साक्षात्, posterior cum समक्षम्, प्रत्यक्षम्, परोक्षम् convenit (v. *r.* 675.).

690. Notentur praeterea Praepositiones haece: 1) cum Accusativo interdumque cum Ablativo, ऋते *praeter,* quod formâ est Locativus participii in त desinentis (v. *r.* 606.) e radice ऋ *ire.* 2. cum Instrumentali: सह, सार्धम् (सार्द्धम्), समम्, साकम्, सत्रा *cum***), विना *sine,* quorum postremum etiam cum Accusat. invenitur. 3. cum Ge-

---

*) In Amara-Kôscho तु, हि, च, स्म, ह, वै expletiva esse docentur, quae quidem ad versum supplendum adhibeantur (पादपूरणे).

**) Usitatissimae sunt सह et सार्धम् (सार्द्धम्) ex स et अर्ध (v. *r.* 675. not.); समम् invenitur in Hitopadêsi oratione solutata et *Dêvimâhâtmyo* (ed. Poleyi VIII. 44.); साकम् et सत्रा apud auctores nondum inveni; itaque ex earum significatione tantum conjici licet, Instrumentalem cum iis conjungi. Quod ad originem attinet praepositionum सह, समम्, साकम् et सत्रा, diversis suffixis e stirpe pronominali स (*r.* 267.) eas ortas esse censeo, ita ut सह formatione conveniat cum इह *heic* ex इ (*r.* 270.), सत्रा cum तत्र *ibi,* producto अ, et cum मनुष्यत्रा *inter homines* (v. *r.* 652. suff. त्रा).

nitivo: अन्तर् *inter, infra,* उपरि *super,* पुरस्, पुरतस्, पुरस्तात् *coram,* अधस्तात् *infra**). 4. cum Ablativo: वहिर् *ex,* ऋते *praeter* (saepius c. Accus.), विना *sine* (saepius c. Instr.).

691. Substantiva et Adverbia composita Substantivo quodam terminata (*r.* 675.), ubi Praepositionum vice funguntur, omnia cum Genitivo construuntur. Notentur haec: अर्थ *res, causa,* in Acc. Instr. Dat. Loc. — अर्थम्, अर्थेन, अर्थाय, अर्थे — significat *causâ;* eandem vim habet कृते, Locat. nominis कृत *n. factum,* et निमित्तम् Accusat., qui pro adverbio habetur, a निमित्त *n. causa.* अग्र *cuspis* in Locat. et si cum suffixo तस् (*r.* 652.) compositum est — अग्रे, अग्रतस् — significat *coram, ante;* eandem vim habent Composita adverbial. समक्षम्, प्रत्यक्षम्, अभिमुखम् (*r.* 675.) et Accusat. adverbialis सान्निध्यम्, a सन्निधि *praesentia* addito suffixo य (*r.* 650.). Saepenumero vocabulum rectum cum regente ad compositum dependentiae (*r.* 672.) conjungitur.

INTERJECTIONES.

692. Usitatissimae Interjectiones sunt: अहो, अहोवत (अहो + वत) exclamatio lamentandi, *eheu!* आः stupendi, *o!* उम् irascendi, contemnendi. धिक् abhorrendi, detestandi, c. Accus., भो appellandi, *age! heus!* वत *ah!* स्वाहा exclamatio quam ii pronuntiant, qui Diis dona offerunt. हन्त *age!* हा *ah!*

---

*) पुरतस् anomale ex पुरस् est formatum addito suffixo तस्, ita ut sit pro पुरस्तस्. De पुरस्तात् et अधस्तात् videas, quae in *r.* 652. de suffixo स्तात् exposui.

INDEX NOMINUM ATQUE VERBORUM ANOMALORUM SECUNDUM ORDINEM ALPHABETICUM DIGESTUS.

693. Jam sequuntur secundum ordinem alphabeticum omnia Nomina anomala, additis regulis ubi de iis agitur. Diversa quoque illa themata, quae praeter ea quae Grammatici proponunt, in nominum anomalorum declinatione valent, in indicem recepi; e. c. अस्थन् et अक्षन्, quia inde Casus anomali vocum अस्थि et अक्षि oriuntur. Pronomina derivata, nominaque, quae in pronominum analogia flectuntur, item sunt recepta; neque minus themata pronominum tertiae personae, ex quibus singuli aut omnes Casus formantur, etsi tanquam themata a Grammaticis indigenis non proponuntur; e. c. अन (*r.* 270.).

*) V. annot. ad *r.* 224.

694. Consequens tabula continet ordine alphabetico radices, quae in Conjugatione aut in Participiorum formatione anomalae sunt, una cum formis, quas, omissis iis quae ab euphoniae legibus requiruntur, in formationibus anomalis assumunt — veluti उच् pro वच्, इज् pro यज्*) — radicibusque vicariis, quae in specialibus temporibus sunt usitatae.

*) Simul etiam ad indicem respicias, quem in *r.* 620. habes. Formas quae vel *Gunae* vel *Vriddhis* incremento, vel nasali littera inserta oriuntur, in indicem non recepi.

**) In formis puris Praeteriti redupl. haec radix inserit य् inter ई vocalem, ex इ repetitae et इ radicalis syllabae ortam (*v. r.* 432.), et vocales terminationum; id quod ab euphoniae lege 51. recedit, quâ e. c. ई + इव efficeret इयिव neque ईयिव. Formae auctae sunt regulares, inde 1. इयाय vel इयय, prius ex इ + ऐ + अ, posterius ex इ + ए + अ; 2. इययिथ vel इयेथ; 3. इयाय.

*) In Praeter. redupl. haec radix format जिज्यौ etc. (cf. *r.* 456*).).

*) In Praet. redupl. hae radices formant दिद्युते, पिप्याये cf. *r.* 456[a]).

*) Haec radix in specialibus temporibus syllabam रु in ऋ corripit, unde शृणोमि etc. (*r.* 94[a]).).

695. Sequuntur heic, ordine alphabetico dispositae, immutationes euphonicae quas, in Verborum conjugatione et Nominum formatione, consonantes radicum finales et terminationum suffixorumque initiales subeunt. Apponimus iis litteras primitivas, ex quibus oriuntur, et regularum numerum, quibus transformationes illae praescribuntur. Ex vocalium mutationibus eas tantum addimus, quae non generalibus euphoniae legibus, sed certis Grammaticae nituntur.

आ pro ए, ऐ, ओ in plerisque earum radicum formationibus, quae hasce in diphthongos desinunt, exceptis prioribus quattuor temporibus; r. 413. 438. 446. 477. 511. 519. 547. 565. 611.

इर् pro ॠ 334.

---

*) Ubi litterae स्थ् hujus radicis proxime cum praepositione उत् sunt conjungendae, ad evitandam nimiam consonantium accumulationem, स् initiale abjicitur, unde e. c. उत्थातुम् *surgere*, उत्थास्यामि *surgam.*

ई pro आ 494. 561.; pro ए, ऐ, ओ 501.

ईर् pro ॠ 393. 472. 497. 500. 543. 564.

ऊर् pro ॠ v. ईर्.

ए pro आ 471.; pro आ, ऐ, ओ 626.

क्त 1. pro च् + त् 86. e.c. वक्तुम् *dicere* a वच्. 2. pro ज् + त् 89. e.c. योक्तुम् *conjungere* a युज्.

क्थ 1. pro च् + थ् 86. e.c. वक्थ *dicitis* a वच्. 2. pro ज् + थ् 89. e.c. युङ्क्थ *conjungitis* a युज्.

क्ष 1. pro क् + स् 101[a]. e.c. शक्ष्यामि *potero* a शक्. 2. pro च् + स् 86. e.c. वक्ष्यामि *dicam* a वच्. 3. pro छ् + स् 87. e.c. प्रक्ष्यामि *interrogabo* a प्रछ्. 4. pro ज् + स् 89. e.c. योक्ष्यामि *conjungam* a युज्. 5. pro श् + स् 98. e.c. देक्ष्यामि *monstrabo* a दिश्. 6. pro ष् + स् 99. e.c. द्वेक्ष्यामि *odero* a द्विष्. 7. pro ह् + स् 102 et 103. e.c. लेक्ष्यामि *lambam* a लिह्, धोक्ष्यामि *mulgebo* a दुह्.

ग्ध 1. pro च् + ध् 86. e.c. वग्धि *dic* a वच्. 2. pro ज् + ध् 89. e.c. युङ्ग्ध्वे *conjungitis* a युज् *âtm*. 3. pro ह् + त्, e.c. दोग्धुम् *mulgere;* pro ह् + थ्, e.c. दुग्ध *mulgetis;* et pro ह् + ध्, e.c. दुग्धि *mulge* (v. *r.* 315.) a दुह् 104.

ग्न pro ज् + न् 607. e.c. विग्न *perturbatus* a विज्.

ट्ट pro ड् + त् 91.

ट्ठ pro ड् + थ् 91.

ड्ढ 1. pro ड् + ध् 91. 2. pro श् + ध् 98. 3. pro ष् + ध् 99.

ढ pro ह् + त्, ह् + थ्, ह् + ध् 102. *a*)

ण्ण pro न्न ex द् + न् 607. e.c. विषण्ण *perterritus* a सद्.

त्त pro द् + त् 83. e.c. छेत्तुम् *findere* a छिद्.

त्थ pro द् + थ् 83. e.c. अत्थ *editis* ab अद्.

त्स 1. द् + स् 83. e.c. अत्सि *edis* ab अद्. 2. pro स् + स् 100. e.c. वत्स्यामि *habitabo* a वस्.

द्ध् 1. pro ध् + त् 83. $d^{a)}$. e.c. शुद्ध *purificatus* a शुध्. 2. pro स् + ध् e.c. आद्ध्वं *sedere* a आस्.

न्त् pro न्द् + त् 378.

न्थ् pro न्द् + थ् 378.

न्न् pro द् + न् 607. e.c. भिन्न a भिद्.

प्स् pro भ् + स् 83. e.c. लप्स्यामि *adipiscar* a लभ्.

ब्ध् pro भ् + त् 83. $d^{a)}$. e.c, लब्धुम् *adipisci* a लभ्.

रि pro ऋ 472. 498.

रिय् pro ऋ 331.

ष्ट् 1. pro छ् + त् 87. e.c. प्रष्टुम् *interrogare* a प्रछ्. 2. pro ज् + त् 89. e.c. सृष्ट *creatus* a सृज्. 3. pro श् + त् 98. e.c. दृष्ट *visus* a दृश्. 4. pro ष् + त् 99. e.c. द्वेष्टुम् *odisse* a द्विष्.

ष्ठ 1. pro ज् + थ् 89. e.c. मृष्ठ *purificatis* a मृज्. 2. pro श् + थ् 98. e.c. उष्ठ *vultis* a वश्. 3. pro ष् + थ् 99. e.c. द्विष्ठ *odistis* a द्विष्.

ANNOT. In praecedente indice earum compositionum ratio non est habita, quae in Intensivorum *Parasmaipado* solum locum habere possunt, et propterea nunquam fere inveniuntur.

ADDENDA.

15. *Anusvârae* necessariae respondere videtur illa Zendicae linguae debilissima nasalis quae, cum antecedente *a* conjuncta, invenitur ante sibilantem *ś* (ष्) et aspiratas *h*, *th* et *f*; deinde ante *m* vel *n* finales; e. c. *csayańś regnans*, *zańhyamâna*, quod significat, nisi fallor, *qui nascetur*, et participium est Futuri in *Atmanêpado*, a *zan* (ज्ञन्) adjecto *hya* = स्य; *mańthra sermo; ćańfna* (Nom *ćańfnô*) *os*, *vayańm avium* a themate *vi*, *imańn* (इमान्) *hos*.

33. Id quod in annot. hujus regulae de diphthongorum ए, ओ, ऐ, औ compositione dixi, Zendicâ linguâ video confirmatum, quâ ऐ semper per *âi* redditur, औ vel per *âo* vel per *âu*. Pro ए vel aequalis adhibetur diphthongus *ê* vel, praesertim post य्, *ôi*; ubi posterius accidit, miram interdum conspicimus similitudinem cum Graeca lingua, quia in ea Sanscritae diphthongo ए non raro οι respondet. Conferatur *barôis*, *barôit* (भरेस्, भरेत् a भृ cl. 1.) cum φέροις, φέροι; *maidhyôi* (मध्ये) *in medio* cum Dativi formis οἴκοι, μοί, σοί; *yôi* (ये) cum οἵ. Pro ओ aut item ponitur *ô*, aut *ao* aut *eu*. — Ubi ex euphoniae lege 36. आ cum sequente इ vel ई in ए, cum sequente उ vel ऊ in ओ coalescit, haec contractio eo explicanda est, quod, prius quam आ cum sequente vocali coaluerit, illud in अ corripiatur, quum in medio vocum ante vocales terminationum plerumque omnino supprimatur (v. *r.* 47.).

65. Etiam in Zendavesta hujusmodi insertas sibilantes litteras deprehendi; e. c. *aêśmańśća baoidhîmća yazmaidhê lignaque odoremque adoramus*,*) ab *aêśma lignum*, quod cohaeret cum इध्म, mutato ध् in *ś* ad analogiam graeci πεῖσμα pro πεῖθμα similiumque. Ex *vĕrĕthrazan* victor, quod respondet sanscrito वृत्रहन् *Vritri accisor*, nascitur superlativus *vĕrĕthrazańśtĕma* (p. 43.)

*) P. 32. saepiusque redit. Anquetilius male priori formae singularem posteriorique pluralem tribuit significationem.

nisi forte haec forma deducenda est a Nominativo participii Praesentis *zańś*, quum etiam themata in *a* desinentia suffixum *tĕma* apponant Nominativi formae, eundem in modum quo nominum compositorum prius membrum, nisi in *u* desinit, plerumque Nominativi formâ induitur; e. c. *pĕrĕnô-mâonghĕm plenam lunam, vayô kherefs-kharô aves corpus-edentes.* Participium *zanś* (a themate *zant*) quidem nusquàm inveni; in usu tamen id fuisse licet suspicari ex analogia formae *upa-zôit verberet,* quae forma est corrupta Potentialis, a radice *zan* (हन्), abjecto *n*, exorta, ad analogiam primae conjugationis.

78. Quam in annotatione hujus regulae proposuimus sententiam confirmatam videas linguâ Zendicâ, quippe quae स् litteram finalem post आ vocalem ubique in *o* breve immutaverit, quod hoc loco multisque aliis, Sanscriti उ vice fungitur. Ita e. c. मास् *luna,* इमास् *hae,* भूयास् *sis* (r. 470.) Zendice sonant *mâo, imâo, buyâo.* Haec tamen in qua स् sibilantem quasi liquefactam conspicimus *o* vocalis, tamen residet, ubi, adjectâ quadam terminatione a vocali incipiente, स् in *h* commutatur, quod in medio initioque vocum semper Sanscriti स् locum occupat. Ex मासम् *lunam* igitur fit *mâonghĕm**), eandemque rationem habet forma *âongha fuit* ad Sanscritum आस् (r. 367.). Etiam ante adjectam particulam *ća* (च) sanscrita sibilans, si आ ei praecedit, dupliciter expressa est in Zendico, simul per *o* et per *ś*, unde dicitur *mâośća lunaque, imâośća haeque, buyâośća sisque,* «*imâo apaśća* (इमा अपश्च) *zĕmaśća urvarâośća âyêśê*» *has aquasque terrasque arboresque celebro* (Vendidad Sade in codice ab E. Burnoufio edito p. 22.). Apparet igitur ex Zendica lingua, particulam च, sicut respondens Latinum *que,* voci quam sequitur esse adjungendam, id quod ex Sanscritis manuscriptis, quae sine discrimine omnia in unum trahunt verba, intelligi nequit.

92. न् radicum finale ante स् terminationum transit in Anusvâram **necessariam**; e. c. हंसि *occidis,* हंस्यामि *occidam* ab हन्.

100. स् etiam ante ध् secundae personae pl. *Atm.* abjici potest, unde आध्वे vel आद्ध्वे *sodetis,* ab आस्.

102. Hanc regulam sequitur radix दृह् quanquam a द् litterâ incipit.

111. Praepositiones hac regula commemoratae in *Vêdorum* dialecto saepissime a radice ad

---

*) *h* litterae inter dua vocales positae plerumque anteponitur gutturalis nasalis quam per *ng* exprimimus.

quam pertinent separatae inveniuntur; ita legitur in Rosenii specimine p. 20: उदु अस्य शोचिर् अस्थाद् आजुह्वानस्य मीढुषः । उद् धूमासो अरुषासो दिविस्पृशः सम् अग्निम् इन्धते नरः ॥ «*sursum ejus splendor it, invocati, benefici; sursum fumi splendidi coelum-tangentes* (*eunt, quando*) *ignem accendunt viri.*» Eâdem Zendica lingua fruitur licentiâ; e. c. p. 233.: *mazdayaśna aêtâo* (एतास्) *vaśtrâo* (a *vaśtra f.* cf. वस्त्र *n.*) *fraća kĕrĕntĕn* (cf. अकृन्तन्) *nića kanayĕn* (खनेयुस्) «*Ormuzdis asseclae haec stragula et lacerent et defodiant*»*). Heic *fra* (प्र) et *ni* praepositiones a verbis suis particulâ *ća* (च) sunt separatae. P. 257. legitur: *yat frâ vayô pataṅn frâ urvara ucsyaṅn* «*ubi aves volant, arbores crescunt*».

121. Zendica lingua, quia euphoniae legi 57. quâ multae corruptae sunt formae Sanscritae, non est subjecta, non minus quam Graeca et Latina duas in fine vocum consonantes admittit, *s* suffixum Nominativi post consonantes retinuit. Unde e. c. *âfs aqua*, *kĕrĕfs corpus*, *drucs daemon* (cf. *trux* et radicem द्रुह्) e stirpibus *ap*, *kĕrĕp* vel *kehrp*, *drug'* (cf. *r.* 89.). Tres tamen consonantes in fine locum habere nequeunt; atque, quae in *nt* desinunt themata, ad analogiam Latini, *t* abjiciunt et nasalem una cum Nomin. signo conservant; e. c. *csayaṅś regnans* a themate *csayant* e radice *csi* (क्षि), *ćvaṅś quantus* a themate *ćvant*.

125. c. Omittitur interdum in *Vêdorum* dialecto न् euphonicum (cf. annot. ad *r.* 638.), quod in universum non ad pristinam linguae structuram pertinere videtur, quippe quod a cognatis Graeca et Latina linguis prorsus sit alienum, et in Zendica nonnisi in Genitivo plur. a me deprehensum, ita tamen ut heic quoque quibusdam in declinationibus omitti possit et e. c. e *paśu* (पशु) et *paśunaṅm* et *paśvaṅm* formetur. *Vêdorum* exempla न् euphonici in Instrumentali omissi, proponuntur in schol. ad Pân. VII. 1. 39. veluti उरुया, धृष्णुया ab उरु, धृष्णु inserto य् euphonico (cf. *r.* 271.), प्रबाहवा a प्रबाहु adjectâ Gunâ, स्वप्नया a स्वप्न mutato अ in ए. ad analogiam formarum मया, त्वया a मे, त्वे pro म, त्व (v. *r.* 264, 265.).

131. Heic afferre liceat formam दक्षिणायास् quae teste schol. ad Pân. VII. 1. 39. in *Vêdis* pro दक्षिणायाम् invenitur, id quod eo majoris mihi est momenti, quod Zendicos quoque deprehendi Genitivos sing. qui Locativi vice funguntur: 1) in pronomini-

*) Anquetilius vertit: «*Les Mazdéienans couperont au large l'endroit du tapis, et le jetteront loin d'eux.*»

bus, quamquam ea locali terminatione propria non carent; e. c. *ainghê vîsê in hac via* (V. S. p. 46.), ubi *vîsê* est Locativus a *vîsa*, *ainghê autem* Genitivus variis ex euphoniae legibus a Sanscrito अस्य profectus, quod invenitur etiam sub formâ *anghê*, et, nasali omissâ, *ahê*. 2) Themata in *u* plerumque utuntur Genitivi terminatione *ô* (ex अस्), ad Locativum exprimendum, et simplici *s* ad Genitivi denotandam rationem; ita *ahmi* (अस्मिन्) *zantv-ô in hac urbe*, a themate *zantu*, cujus consuetus Genitivus est *zanteu-s* ad analogiam sanscriti भानोः. 3) Themata in *i* desinentia, quorum proprium Locativum nusquam inveni, saepius autem Genitivum Adjectivi *mâzdayasni**) ad Substantivi *namâna* vel *nmâna terra* Locativum relatum; (p. 255.) *ahmi namânê yat mâzdayasnôis in hac terra quidem mazdayasnica.* Quod in hujusmodi constructionibus attinet ad adverbialem usum vocis *yat*, quod est Neutrum relativi in Accusativo, conferatur p. 337. ubi legitur *aêtahmi danghvô yat astvainti in hoc mundo quidem existente***).

137. *Vêdorum* dialectus terminationem औ saepe in आ corripit, ita ut prius tantum hujus, ex आ + उ compositae, diphthongi elementum sit conservatum, posterius autem suppressum. Exempla sunt: उभा यन्तारा *ambo aurigae* (in schol. ad Pân. VII. 1. 39.) ab उभ et यन्तृ; अश्विना *duo Asvini* ab अश्विन्; नरा *duo viri*, quod tam e नृ quam e नर् explicari possit (in *Rig-Vedo* apud ROSENIUM p. 15.).***) Hac Vêdorum formâ utitur etiam Zendica lingua, ita ut ibi *â* vel *a* saepius quam *âo* Dualem exprimant et e. c. अश्विना sonet *aspinâ*. Ita legimus in V. S. p. 313. *aspinâca yavanô yaz(maidhê)* «*Asvinosque juvenes veneramur*» id quod Anquetilius reddit per «*Je fais Izeschné à l'excellent toujours (subsistant)*». Docemur tamen hoc exemplo, si lectio est genuina, Pluralem etiam cum Duali construi posse, nam *ya*-

---

*) I. e. *mazdayasnicus* e *mazdayasna Ormuzdis adorator* formatum suffixo *i*, adjecto Vriddhis incremento (cf. annot. ad Nalum IV. 10.).

**) *danghvô* a themate *danghu*; *astvainti* est Locat. e themate *astvant* formatus, ita ut vi euphonica litterae *i* finalis, in antecedente etiam syllaba vocalis *i* sit inserta. *astvant* esse videtur pro *astuvant*, quod proprie significet *existentia praeditum*, ab Infinitivi themate *astu esse* suffixo *vant* (cf. r. 218.) profectum.

***) Etiam aliis in locis Vêdorum dialectus diphthongum औ in आ corripere potest, e. c. नाभा *in umbilico* pro नाभौ a नाभि (schol. ad Pan. l. c.).

vanô est Pluralis, neque Dualis vocis *yavan* (cf. युवान्). Ita quoque Verborum Pluralis ad Nominum Dualem relatus invenitur, nam legitur V. S. p. 136.: *dvaêibya haća nĕrĕbya* (नृभ्याम्) *dva nara uszayêintê mithvana ŝtrîca nairyaśća;* «*duobus ex hominibus duo homines nascuntur* (*nati sunt*), par, *feminaque virque.*» Heic *uszayêintê* respondet Sanscrito उज्जायन्ते. Nec tamen prorsus deest Verbo Zendico numerus dualis; exemplum est locus quem Anquetilius (Vol. 2. p. 364.) reddit par «*ce qui est doux au goût, les viandes bien nouries ne reviendront pas,*» in textu originali sonat *nôit paitića-ŝâtô ischâća âzûitiŝća,* id quod verti possit per «*non redeunt sacrificatioque oblatioque.*» *Paitićaŝâtô* nascitur e radice usu frequentissimo *ćaŝ* ire praefixa praepositione *paiti* (प्रति) et adjecta terminatione duali *â-tô* (अ+तस्) primae Sanscritarum radicum classis. Vocem *ischâ,* cujus *â* longum protegitur adjectâ particulâ *ća,* ortam esse puto ex इड्या abjecto य et ड् mutato in *sch,* eodem modo quo *schĕnu* *genu* profectum est a जानु. *Azûiti* autem nil aliud esse potest quam Sanscritum आहुति *sacrificatio, oblatio,* quum *u* ante *i,* quod heic vi attractionis litterae finalis est insertum, plerumque producatur.

142. Pro आस् ex अ finali masculinorum thematum et अस् Nominativi plur. terminatione composito, in antiqua Vedorum dialecto plerumque invenitur आसस्, ita ut primitivae terminationi आस् (= अ + अस्) nova et perceptibilior terminatio hujus casus sit adjuncta. Exempla sunt frequentissima in *Rigvêdi* specimine a Rosenio edito, veluti धूमासस् pro धूमास् a धूम, यज्ञासस् pro यज्ञास् a यज्ञ. Hac masculina forma nititur Pracriti terminatio plur. feminina आओ, siquidem, ut equidem puto, hoc ortum est ex आसो expulso स्; e. c. Sacunt. p. 68. सोहग्गदेवदाओ अच्चिदव्वाओ pro सौभाग्यदेवतास् अर्चितव्यास्.

143. Terminationum आनि et ऊनि (*â-n-i, û-n-i*) vice in Vêdis saepius funguntur आ et ऊ; e. c. पुरू वना *magnae silvae,* quod Accusativi significatione occurrit in Rosenii specimine p. 10. Pagina sequente legitur: सुगा ऽत ते (सुगा उत) सुपथा पर्वतेषु अवाते अपसु तरसि स्वभानो । «facilia aditu *sunt* tibi *et* pulchras vias habentia *loca* super montibus, invicta (*aurora*)! aquas *transgrederis,* proprio splendore *praedita!*» His *Vêdicis* formis respondent Zendica neutra in *â* et *û* exeuntia, ita tamen ut *â* in polysyllabis vocibus consueto usu plerumque corripiatur; e. c. *tâ vaŝtra* (ता वस्त्रा) *hae vestes, vôhû opes,* a themate *vôhu* quod idem est ac Sanscritum वसु,

mutato *a* in *ô*, propter vim assimilationis quam *u* finale in antecedentem syllabam exercet, quâ, inter alia, etiam Dativus *athurunê* et Genitivus *athurunô* oriuntur ex themate *atharvan* (per metathesin *athravan*), unde Nomin. *athrava* et Acc. *athravanĕm;* in casibus debilibus autem syllaba *van* in *un* contrahitur, quo fit ut antecedentis syllabae vocalis etiam in *u* transeat.

148. Quam in annot. hujus regulae proposui sententiam, postea Vedicâ et Pracritâ dialectis quodammodo confirmatam vidi. Prior rarius ऐस् utitur terminatione, saepissime autem एभिस्, cujus ए locum tenet अ litterae finalis thematum, ad analogiam Dat. Ablativorum in ए-भ्यस् desinentium. Exempla sunt श्येनेभिस् et अश्वेभिस् (apud. Ros. p. 18.) a श्येन, अश्व. Vix tamen ex श्येनेभिस्, अश्वेभिस् contractae formae श्येनैस्, अश्वैस् oriri potuerunt, quae facillime ex अश्वाभिस् et श्येनाभिस् explicantur, ita ut, ejecto भ्, इस् terminatio cum producta vocali thematis in ऐस् coaluerit, quod etiam Zendice sonat *âis*. In Sanscrito tamen non omnino perdita est primaeva forma आ-भिस्, quam conspicimus in pronominibus primae et secundae personae, quippe quae insertam syllabam स्म ante भिस् producant, unde अस्माभिस्, युष्माभिस्. Quanquam genere non distinguuntur haec pronomina, tamen proprie masculinum genus ea significare ex eo colligi potest, quod Accusativi eorum sunt अस्मान्, युष्मान्, qui conferantur cum शिवान् (*r.* 145.). Respicias denique, dialectum Pracritam, quae *Vêdicas* formas ए-भिस् commutavit in ए-हिं — unde e. c. एहिं कुसुमेहिं, Sacunt. p. 69. ex एभिस् कुसुमेभिस् — etiam in his pronominibus antiquam vocalem आ in ए convertisse*), ex quo colligere licet etiam Vêdicas formas veluti श्येनेभिस् अश्वेभिस् profectas esse ab antiquioribus श्येनाभिस्, अश्वाभिस्.

156. Argumentis quibus nostram de आत् sententiam in annotatione hujus regulae comprobare studuimus, heic quartum addere liceat petitum e lingua Zendica, quippe quae omnibus in declinationibus Ablativi characterem *t* exhibeat. Exordiamur a stirpibus in *u* desinentibus, quibus E. Burnoufius (*Journal asiatique* 1828) Ablativum in *t* desinentem vindicavit. Huc pertinet e loco supra laudato (p. 253.) forma *dâonghvô-t* a themate *dâonghu*, vocali finali per *Gunam* auctâ, et आ expresso per *âo* (add. ad *r.* 33.), unde colligimus in Sanscrito fuisse Ablativos veluti

*) अम्हेहिं (per nos) per metathesin et sibilantis litterae transformationem in ह्.

भानो-त् a भानु. Quae in *i* desinunt themata Zendica, Ablativos formant in *ôi-t* analogos Genitivis in *ôi-s*, ita ut e. c. a themate fem. *âfrîti benedictio* cujus Genitivus est *âfrîtôi-s* (cf. मते-स्) Ablativus descendat *âfrîtôi-t*, quo Sanscritos Ablativos veluti कवे-त्, मते-त् exstitisse olim docemur. Formam *âfrîtôit* invenimus in *Vendidadis* sententia quam Anquetilius vertit per *«si le Medecin rend la santé à un Athorné, (celui ci) récitera pour lui l'Afergan Dahman».* Textus originalis est hic: *athravanĕm biszyât dahmayât parô-âfritôit* (V. S. p. 242. cf. p. 332.) i. e. *«presbyterum (si) sanat, ex sancta summâ benedictione (ipsius pretium constat)».* Sic vertimus, si *parô âfritôit* est vox composita, id quod ex eo quod p. 320. observavi fit verisimile, e scriptura autem intelligi nequit, quia singulae compositorum partes non conjungi solent. Ceterum ellipsis subesse videtur verbis laudatis, nisi scriptoris lapsu omissum est quoddam vocabulum, quod *pretium* significet. Sequuntur enim verba quibus multa alia pro aliorum sanationibus definiuntur pretia, veluti *namânahê namânô-paitîm biszyât nitĕm staôrĕm arĕgô «regionis regionis-dominum (si) sanat, parvum animal (est) pretium.»* — Sicuti Sanscrita Feminina vocali terminata quibusdam in casibus productioribus utuntur casuum flexionibus, atque e. c. in Genitivo certis legibus (r. 130. *b, c.*) आस् aut necessario assumunt, aut ad arbitrium vel स् vel आस्; ita Zendica themata in *â* desinentia Ablativi terminationem habent *ât*, ac quae in *u* desinunt tam solum *t* quam *ât* admittunt. Hoc modo supra memoratum *dahmay-ât* oritur ex themate *dahmâ*, cujus Genitivus est *dahmayâo*, et alibi (V. S. p. 373.) legitur *urvaray-ât arbore* ab *urvarâ*. Ex Infinitivi themate *zantu generare* oritur *zanthv-ât* (v. p. 253.) quod ad *tanaô-t corpore*, a *tanu* fem., similem habet rationem ac धेन्वास् ad धेनोस्. — Quae in consonantem exeunt themata quibus *t* character simplex adjungi nequit, *a* inserunt vocalem, ad analogiam Genitivorum et Accus. Sanscritorum veluti वाचस्, वाचम्. Saepissime hujusmodi Ablativi formas deprehendi in V. S. e. c. *căsman-at oculo, nâonghan-at naso, âthr-at igne* (ab *âtar*); *ap-at aquâ.*

179. Confirmatam vidi hujus regulae sententiam linguâ Zendicâ, quae syllabam *ar* pluribus in casibus conservavit ubi Sanscrita illam in ऋ corripit; e. c. *nars hominis, naranm hominum.* Notandum est ceterum, linguam Zendicam consonantem *r*, nisi *h* ei anteponitur, neque cum sequente consonante, *s* finali exceptâ, con-

junctam*), neque in vocum fine positam tolerare, sed in hujusmodi locis aut brevissimam vocalem *ĕ* illi adjunxisse, aut *h* praefixisse, aut conjunctas consonantes transposuisse, nusquam tamen illam in spiritum transformasse; ita *dâtarĕ*, *dator, creator!* dicitur pro दातर् (दाता:), *hvarĕ* *sol* pro indeclinabili स्वर् *coelum*, *dadarĕśa* *vidit* pro ददर्श, *nĕrĕbya* vel *narĕbya* pro नृभ्याम् e नर्भ्याम्, *vĕhrka* vel *vĕrĕka* *lupus* pro वृक, *ćathrus* *quater* pro चतुर्स् quod exspectaveris pro चतुस् e चतुर् (v. r. 264.).

221. भवत् *dominus, excellens* melius deducitur a भा splendor suffixo वत्, ita ut sit pro भावत् et proprie significet «splendidus» (cf. annot. ad Nalum XI. 34.).

264. Nominativi plur. formas अस्मे *nos* et युष्मे *vos* quae secundum schol. ad Pan. VII. 1, 39. in Vêdis occurrunt, ad analogiam aliorum pronominum (ते, ये, के etc.) sunt formatae, ita ut syllaba स्म quam stirpibus अ et यु adjunctam esse diximus, et quae separatim etiam adhibetur, cum adjecta terminatione इ in ए coaluerit. In secunda persona praeter ते *Vêdorum* dialectus etiam pleniore, quam primitivam esse diximus, formâ utitur त्वे (vid. Ros. p. 26.), quacum Zendicum *thvôi* cohaeret, de quo E. Burnoufius disseruit (*Journal Asiatique* 1828). Saepius tamen in Zendavesta legimus pro hac formâ vel *tê* vel *tôi* (cf. add. ad r. 33.) sicut in prima persona dicitur et *mê* et *môi*. Posterius cum Graeco μοί, et *tôi* cum σοί, τοί, majorem similitudinem quam veram cognationem prae se fert, quippe quae ab omni casus suffixo sint vacua, quum in μοί et σοί vocalis ι Dativi character esse videtur ad analogiam secundae declinationis (cf. οἴκοι et λόγῳ e λόγοι), ad quam Genitivi μοῦ et σοῦ etiam pertinent.

266. 4. Aliam de hac re nunc mihi Zendica lingua suggerit sententiam, ita ut existimem femininos casus ibi commemoratos originem ducere a feminino themate स्मी, quod a स्म descenderit sicuti e. c. सुन्दरी *pulchra* a सुन्दर (v. r. 240.). Formas तस्यै, तस्यास्, तस्याम् igitur ex तस्म्यै, तस्म्यास्, तस्म्याम् ejecto म् corruptas esse censuerim, quo speciem eam induissent, ut a Genitivo Masculini et Neutrius communi sint profectae. In Zendica lingua enim non prorsus periit haec a Sanscrito expulsa littera म्, ita ut e. c. Locativus relativi sonet *yahmy-a* — pro *yah-*

---

*) Nonnisi semivocales *rv* antecedente *u* conjunctas invenire memini e. c. *urvara arbor*, *haurva* (सर्व) *totus*.

myanhi, abjectis nasalibus — a feminino themate *yahmi*, quo Sanscritum यस्मी supponitur. Legimus in V. S. p. 246. *yahmya narô ĕrĕsta**) *nidhayĕintĕ* *in qua (terra) homines mortui deponuntur.* Etiam in Instrumentali syllaba *hmi* inseritur e. c. *ahmya per hunc* quod Sanscrite ग्रस्म्या sonaret, a stirpe ग्र. In Genitivo fem. tamen etiam Zendica lingua litteram *m*, simul cum *y* expulit, ita ut e. c. *anghâo* vel *ainghâo* dicatur pro ग्रस्यास्.

267. Notetur *Vêdorum* Accusativus सीम् *eam* pro ताम् (apud Ros. p. 6.) a feminino themate सी, quocum, quod ad femininam litteram finalem attinet, convenit Zendicum *hmi*. Sed सीम् Zendice sonat *hîm* quod adverbialiter adhibetur e. c. *hîm gâtvô* *ibi loco* (V. S. p. 125.).

268. Hoc pronomen saepius invenitur in ROSENII Rigv. specimine, ita ut ad analogiam r. 101*) initiale स् mutationi in ष् sit subjectum. Fortasse in Pluralis Nominativo praeter ते et स्ये primaeva linguae aetate etiam से et स्ये dicebantur, id quod Graeco οἱ et Zendico *yĕnghê* *qui* confirmari possit. Posterius vix aliter quam ex duorum pronominum conjunctione explicari potest, vel ex ये + से vel ex ये + स्ये, quorum alterum ad *yĕnghê* eandem habet rationem atque ग्रस्यास् ad Genitivum fem. *anghâo* supra commemoratum.

270. Forma इत् quod Neutrum est stirpis demonstrativae इ in Nom. Accus. quo r. 687. Conjunctiones चेत्, नेत् et वेत् terminatas esse diximus, in antiqua *Vêdorum* dialecto latioris est usus atque tanquam particula indeclinabilis demonstrativa — ad analogiam Graeci *ί***) in οὑτοσί, ἐκεινοσί etc. et Zendici *ê* vel *î* in *kasê*, *kasi* *quis* (V. S. p. 39. sqq.) — cum aliis tertiae personae pronominibus conjungitur, saepissime cum तत्; exempla affert ROSENIUS p. 24., veluti तमित् सखित्व ईमहे «*eam in societatem desideramus*,» इहे न्द्राग्नी उपह्वये तयोरित् स्तोमम् उश्मसि (v. add. ad r. 299.) «*hic Indrum et Agnem voco, eorum laudem volumus*». Voci इत् analoga forma est चित्, quae in *Vêdica* et Zendica dialectis etiam cum substantivis conjungitur, e. c. वयश्चिद् वसतेर् अपप्तन् नरश्च «*aves e domicilio surgunt hominesque*» (Ros. p. 8.); *â sçhĕnubyasçit* *usque ad genua* (V. S. p. 203.). —

---

*) Lege *iris̆ta* a rad. *irith* eadem euphoniae regulâ quâ Graeci dicunt e. c. πέπεισαι pro πέπειθ-σαι.

**) Quod fortasse abjecto τ, vel δ, ex generali euphoniae lege ortum est ex *ιτ* vel *ιδ* sicuti τό ex τότ, τόδ, ἔλεγε ex ἔλεγετ (cf. ἐλέγετ-ο).

चित् adjecto Neutrorum Nom. et Accusativi signo त् ortum est ex stirpe pronominali चि, quae ipsa a कि, mutatâ gutturali cum respondente palatina littera profecta esse videtur (cf. r. 368. 4.). Neque minus masculinum genus hoc pronomen exhibet in lingua Zendica, ubi praesertim cum particulis negativis illud conjunctum invenitur. Ita legitur V. S. p. 146. *naêcis akharentanm tava* «*nullus non edentium est fortis*»; et p. 45.: *paurva tâyûm paurva gadhĕm paurva vehrkĕm bûidhyôimaidhê mâcis paurvô bûidhyaêta nô vîspê paurva bûidhyôimaêdê* (... *maidhê*) «*ut priores furem, priores lacerantem* (?), *priores lupum cernamus, nequis prior cernat nos, ut omnes priores cernamus*». Conferatur graecum τίς, cujus quidem thema adjecto ν est auctum, ceterum vero ad चि eandem habet rationem atque τέσσαρες, πέντε ad चत्वारस्, पञ्च. Respiciatur denique, quod ad compositum *mâcis* attinet, forma माकिस् quod a Grammaticis male माकिर् scribitur, quum littera ejus finalis nil aliud esse possit quam Nominativi signum, ita ut किस् cum *quis* conveniat et vocali radicali Neutrius किम् respondeat, quod Zendice sonat *kat* (v. r. 273.).

271. य् litterae euphonicae insertio, qua formas veluti युयम्, अमुयोस् explicavi, linguâ firmatur Zendicâ ubi pariter *y* inter *u*, *û*, et sequentem vocalem inseritur, ita ut e. c. a rad. *mrû* (ब्रू) *dicere* nascatur *mrû-y-ê* pro Sanscrito ब्रुवे (*r.* 51.), atque a द्व *duo*, *duyê*, mutato *v* in *u* et *y* euphonico inserto.

299. Pro मस् terminatione primae pers. pl. in antiqua *Vêdorum* dialecto exhibetur मसि unde e. c. उश्मसि *volumus* (v. add. ad *r.* 270.) a rad. वश् (*r.* 361.). Hac forma nititur Zendica terminatio *mahî*, quam Anquetilius ubicunque per Singularem reddit; e. c. *dadĕmahî* vel *dadimahî* pro दद्मसि, insertâ vocali auxiliari inter conjunctas consonantes द्म्. Quod attinet ad *Atmanêpadum*, Zendica lingua conjecturam quam in annot. hujus *r.* proposui confirmat terminatione *maidhê* vel *maidê*, quae Sanscrito महे respondet, adhibita non solum in Praesente Ind. sed etiam in Potentiali (vid. add. ad *rr.* 137 et 270.). — In tertia pers. Potentialis et Praet. reduplic. plur. *Par.* terminationem उस् corruptam esse censeo, priore loco ex अन्त्, posteriore ex अन्ति, ita ut त् consonans in स् transierit et nasalis *n* in vocalem *u* se dissolverit, ad analogiam Graeci τύπτουσι (τύπτο-υσι ex τύπτο-ντι). Forma अन्ति in Praeter. redupl. firmatur eo quod huic tempori terminationes conveniunt quae Praesenti sunt propriae, deinde terminatione αντι et *ĕnti* quam dialecti Dorica et Zendica eodem loco exhibent. Legimus enim in V. S. pag. 33.

âonghĕnti tanquam Pluralem formae आस = *âongha fuit.* Apponamus locum laudatum, quippe qui alias quoque notatu dignas offerat formas: *haômô taêćit yôi katayô* (cf. कति r. 286.) *naskô frasâonghô* (cf. प्रशास् a rad. शास्) *âonghĕnti ṡpânô maṡtîmća bacsaiti* «*Homus iis quidem quicunque Nascos dicentes sunt, excellentiam* (?) *et magnitudinem impertitur.*»*) Notetur, linguam Zendicam sicut *Vêdorum* dialectum saepissime Praeterita adhibere Praesentis significatione. Ita eadem pagina etiam *Atmanêpadi* Pluralis *âonghairi* (*âonghairê?* cf. आसिरे) significationem Praesentis exprimit. Alio loco (p. 222.) legitur *âongharê*, vitiose pro *âonghairê*, sensu Praeteriti: *yâ* (*yâo*) *zi* (हि) *âongharê yâoṡća hĕnti yâoṡća bvainti* (*bavainti?* भवन्ति) «*quae fuerunt, quaeque sunt, quaeque erunt.*»**) — Potentialis terminatio अन्त् quae euphoniae lege 57. in अन् abiisset, firmatur eo quod ceterum hic Modus terminationibus Praet. augmentati uniformis utitur, deinde collatis Graeca et Zendica formis *εν*, *ĕn*; conferantur e.c. *φέροιεν*, *barayĕn*, भरेयुस्.

301. *d.* Secundae personae in *Atmanêpado* et Passivo terminationem स्, quae ex terminatione tertiae personae त and e Graecis formis veluti *ἐδίδοσ-ο* ex *ἐδίδως* exspectatur, revera priori linguae Sanscritae aetate in usu fuisse, nunc etiam Zendica mihi persuadet lingua, ubi in hac persona terminatio स remansit consuetâ formâ *ha*, cui, ubi *a* vocalis ei antecedit, ex generali euphoniae lege gutturalis nasalis (*ng*) anteponitur, ita ut ex अस factum sit *angha*. Apponere liceat e codice ab E. Burnoufio edito *Zendaoestae* locum quo memorabilem hanc, inter alias quae ad grammaticam Zendicam restituendam non parvi momenti sunt locutiones, deprehendi formam. Legitur l.c. p. 42. *kaṡê thvanm tûiryô haôma masyô aṡtvaithyâi hunvata gaith(a)yâi kâ ahmâi asis* (आशिस्) *ĕrĕnâvićit ahmâi gaṡat âyaptĕm. âat mê aêm* (अयम्) *paiti aoćta haômô asava dûraôsô pôurusâṡpô manm tûiryô masyô aṡtvaithyâi hunûta gaithîâi* (*gaithayâi?*) *kâ ahmâi*

*) Anquetilius qui heic et vicinis locis Praesens cum Imperativo confundit, vertit «*O Hom, accordez l'excellence, la grandeur a celui qui lit dans sa maison les Nosks* (*de l'Avesta*).

**) Futurum hoc formâ Praesentis radicis *bû* est expressum.

asis ĕrĕnâvĕtat (lege *ĕrĕnâvicit*) *ahmâi gasat âyaptĕm yat hê tûm usazayangha* «*Qualis te quartus Haôme! homo in existente celebrabat mundo? Qualis ei gratia digna quidem eo venit...? Deinde mihi ille respondit Hômus purus...**)? *Pôurusaspus me quartus homo in existente celebrabat mundo; haec ei gratia digna quidem eo venit, quod ipsi tu natus es*» (cf. Anquetilium V. II. p. 109.). De *kasê* vid. add. ad r. 270. Formae *astvaithyâi* et *gaithayâi* Dativi sunt qui heic Locativi vice funguntur, e stirpibus femininis *astvaiti* et *gaithâ***); prius ab *astvant*, cujus Locativum *astvanti* supra vidimus. *Hunvata* et mox *hunûta* descendunt a radice *hu laudare, celebrare* (cf. ὕ-μνος) adjecto charactere quintae classis, cui in forma *hunvata* character primae classis denuo est adjunctus; *usazanyangha*, quod in codice male scribitur *ûsa zayangha*, ortum est ex *usazayasa*, quo Sanscrita forma उदजायस supponitur. Ceterum Zendica terminatio *angha* respondet etiam Sanscrito अस्व in Imperativo *Atm.* ita ut, abjecto व्, अस transierit in *angha*. Hac significatione et origine in eodem Izeschnis capite (p. 39.) invenitur *hunvangha* pro *hunvasva*. Verba enim quae Anquetilius (p. 107.) reddit per «(*celui*) *qui me mange en m'invoquant avec ardeur, qui m'adresse humblement sa prière, reçoit de moi les biens dans le monde*» ita Zendice sonant: *frâ manm hunvangha kharĕteê aovi manm staomaêni* (*staomaini?* a themate *staoman* e radice *stu* स्तु suffixo *man*) *stûidhi yatha manm paracit saoskyantô stavanin* (स्तवन्) «*me celebra ad edendum, etiam* (?) *me in collaudatione collauda sicut me antea... collaudabant.*» Vis

*) Si Zendicum *Haôma* idem est ac सोम *luna*, equidem conjecerim, consuetum ejus epitheton *dûraôsa*, quod Anquetilius reddit per «*qui éloigne la mort*» respondere Sanscrito ओषधीश, vel ओषधिपति, quae lunae sunt cognomina et significant *ôschadhium plantarum dominum*. Si quidem *ôsa* est Sanscritum ओषधि (ex ओष + धि), compositum *dûraôsa* (cf. दूर) significare possit «*diffusas aôsa dictas plantas habens*».

**) Quod ad mutationem litterae *t* in *th* attinet, a vi euphonica sequentis semivocalis profectam, lectorem ad praeclaras E. Burnoufii hac de re observationes mittimus (*Jour. Asiat. Apr.* 1829.) quibus addere liceat, eandem vim, in antecedentem litteram, exercere nasales *n*, *m* et sibilantem *s*; unde e. c. *khafna somnus* a स्वप्, *gaghmûst quae ivit* a जग्मुषी, *âfs aqua*, *kĕrĕfs corpus* pro *âps*, *kĕrĕps* (Acc. *âpĕm*, *kĕrĕpem* vel *kĕhrpĕm*).

enim imperativa vocis *hunvangha* dilucide apparet e sequente *s̓tŭidhi* de quo videas add. ad *r.* 315. Saepius etiam invenimus *dâongha da*, quo Sanscrita forma दास्व supponitur, id quod दा ad normam secundae classis efficeret.

315. Sententiam hac in regula propositam, qua contra Grammaticorum indigenarum auctoritatem (v. *r.* 104.) धि tanquam genuinam secundae pers. Imp. terminationem accepi, posthac Vêdorum et Zendavestae dialectis quodam modo confirmatam vidi, quippe quae hanc terminationem quibusdam in radicibus etiam post vocalem conservarint. Sic supra *stŭidhi* et alibi *kĕrĕnŭidhi* et *vĕrĕnŭidhi*, quae formis Sanscritis respondent कृणु (a कृ Classis quintae in *Vêdis* tantum usurpatae), वृणु, स्तुहि. In Rosenii Rigv. sp. legimus श्रुधि *audi* (p. 6.), quod Graece sonat κλῦθι, et कृधि *fac* (p. 22. ubi videas Rosenii hac de re annotationem).

457. Quam in annotatione hujus regulae de forma in श्राम् enuntiavi sententiam, confirmari videtur linguâ Zendicâ, siquidem huc pertinet forma *raŏdhyanm*, quod manifesto est Accusativus fem. substantivi abstracti, qui Infinitivi vice fungitur hoc *Vendidadis* loco (V. S. p. 198.): *yêzi vas̓en mazdayas̓na zanm raŏdhyanm hiçtayaêća karstayaêća parakantayaêća kutha tê vĕrĕzyanm aêtê yô (yôi) mazdayas̓na* «*si velint Ormuzdis adoratores terram perforare ad humectandumque, ad arandumque ad fodiendumque, quomodo ii faciant hi qui sunt Ormuzdis adoratores.*»*) Pro *raŏdhyanm* in simili locutione scribitur *raŏdhayĕn* (p. 179.), ubi tamen Anquetilius (p. 299.) mirandum in modum significationem corrumpit verborum *yêzi vas̓en mazdayas̓na zanm raŏdhayĕn* quippe quae vertat per «*car la terre des Mazdeïesnans desire les fleuves.*» Totum quidem quod his verbis terminatur Ormuzdis praeceptum non intelligo; verba autem quae l. c. proxime antecedunt in textu originali sonant: *âonghanm* (आसाम्) *nasunanm yâo paiti ayâ zemâ irîritharê* «*horum funerum quae super hac* (?) *terra mortua sunt*», apud Anquetilium: «*Tel sera certainemant* (*le sort*) *de celui qui laisse un mort sur la terre*». Notetur forma *irîritharĕ* quod sine dubio est Praeteritum reduplicatum radicis *irith* in *Atm.* cujus Praesens ad normam quartae clas-

---

*) Anquetilius vertit (Vol. 2. p. 310.): «*Lorsque les Mazdeïesnans veulent creuser des ruisseaux dédans et autour d'une terre pour l'humecter, à quoi ces Mazdeïesnans doivent-ils avoir attention?*

sis inflexum saepenumero invenitur. Pro *irlrilharĕ* autem *irlrithairê* legendum esse videtur, quippe quod ex *irlrithirê* oriatur adjectâ vocali *a*, ex consueto linguae Zendico usu, de quo videas E. Burnoufii observationem.*) Quod attinet ad reduplicationis genus formae *irlrithare*, conferre liceat reduplicationem dictam atticam, e. c. ἐλήλυθα, ὀλώλεκα, ὀμώμοκα. Plura de hac re alibi disseram; ut nunc ad variantes lectiones *raódhyanm* et *raódhayen* redeam, genuina lectio fortasse in utriusque medio est querenda, ita ut *raódhayanm* sit scribendum. Huc etiam pertinet composita forma *yáoschdayann*, quae manifesto orta est ex *yáoschdayanm* (pro *yâm* याम्), et saepius cum verbo substantivo, in modum Sanscriti ईशामास, constructa invenitur, passiva tamen significatione, e. c. V. S. p. 299.: *kat tâ nara yaóschdayann***) *anghĕn* (आसन्) «*quomodo hi homines purificantur?*»

---

*) *Nouveau Journal Asiatique* 1829. Vocales finales hoc *a* quod in initiali vel media syllaba saepissime anteponitur, non admittere videntur, ita ut loco supra laudato, Dativi *hictayaê, karstayaê, kantayaê*, enclyticâ particulâ *ća* privata, exierint vel in *ayê* vel in *eê* quae item in Dativo Femininorum in *i* desinentium interdum occurrit forma.

**). Posterior hujus formae compositae pars venit a radice *dâ dare, facere.*

INDEX
SECUNDUM ORDINEM ALPHABETICUM DIGESTUS.

CORRIGENDA.

Pag. 27. lin. 8. infra pro vel fine lege vel medio
- 29. - 2. supra - बालौदर्य lege बालौदार्य
- 29. - 2. - - औदर्य lege औदार्य
- 30. - 17. - - pro ताव् lege pro तौ
- 30. - 9. infra - सुतायै lege सुतायाय्
- 31. - 12. - - ”क्षन्ते lege ”क्षेते
- 31. - 12. - - एते lege एतौ
- 31. - 13. - - ईक्षन्ते lege ईक्षेते
- 35. - 3. supra - नौ lege निनौ
- 39. - 10. infra - syllaba vel lege syllaba vel augmentum अ vel
- 47. - 9. supra - एष lege एषस्
- 54. - 8. - - ac ञ् lege ac च्
- 56. - 7. infra - *Visargam* lege *Anusvâram*
- 80. - 11. - - गोस् lege गौस्
- 112. - 3. supra - मूर्धन् *n.* lege मूर्धन् *m.*
- 138. - 13. - - कीनाम् lege कतीनाम्
- 199. - 3. infra - (*Atm.*) क्षेप्तास्मस् lege क्षेप्तास्महे
- 209. - 2. - - ग्रहणाम् ययो lege ग्रहणां ययौ
- 217. - 1. supra - अपस्पशाभ् lege अपस्पशाम्
- 218. - 11. - - वेदयाश्चकार lege वेदयाञ्चकार
- 220. - 6. infra - चुचुटिप् lege चुचुंटिष्
- 220. - 6. - - चुचोटिप् lege चुचोटिष्
- 221. - 4. - - श्री lege श्रो
- 222. - 8. supra - जुगूर्विर्ष् lege जुगूर्विष्
- 223. - 14. - - भावव् lege भावय्
- 226. - 8. - - अर्यृ lege अर्ॠ
- 230. - 5. infra - कम्य् lege काम्य्
- 233. - 2. - - कम्य् lege काम्य्
- 237. - 13. supra - परिकृष्यन्तम् lege परिकृष्यन्तं
- 243. - 7. - - घूत् lege घूत
- 249. - 3. - - ऋ lege ॠ
- 269. - 3. infra - दक्षि lege दक्ष
- 324. - 4. - - 1828 lege 1829
- 328. - 1. - - 33 lege 45

Tab. ad *r.* 324. p. 4. lin. 1. pro अबोधोवहि lege अबोधावहि.